BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
D
7
NAPOLI

XLIX
D
7


XLIX
D
7

SYNOPSIS
SOCIETATIS IESV.

Dom: Prof: Neap: Cat: inscript:


DVCE ET AVSPICE IESV
IHS
SYNOPSIS
PRIMI SÆCVLI
SOCIETATIS IESV.
Proponebat
IACOBVS DAMIANVS
ex eâdem Soc:
Prouinciæ Gallo-Belgicæ
nomine.
TORNACI NERVIORVM
Typis Adriani Quinqué sub signo SS. Petri & Pauli

NAPOLI



S. IGNATIO DE LOIOLA SOCIETATIS IESV CONDITORI

PROVINCIA GALLO-BELGICA.

NE fige oculos, DIVE; in hac Synopſi. Æquo anguſtior eſt.; & Tuæ adeo Cenſuræ metuens, vt Patrocinij auida. Mortalibus modò ſpectanda proponitur: quorum nempe acies, breuis; & infirma, ad plurimas ſimul res contuendas, niſi compendio preſſas cum diſpendio maieſtatis. Ingens Diuinitatis Speculum habes, Immortalis; quæ non ad verum ſingulas tantũ, ſed & ad iuſtum exhibet. Eam quippe formam repræſentans, quam ijs dedit, eadem ipſa omnium Idea & Exemplar, dein Artifex, & Speculum denique. In hoc non, vt in Synopſi, perinde iacent mediocria, deprimuntur excelſa, ampla denſantur. Iſtud creatis ſpecularibus proprium eſt, magnitudinem minuere corporum; & breuioris ſtyli, facta Heroum ingentia, in codicem ſtringere. At quæ Tu, Tuique geſ-

ſiſtis, pleniſſimè omnia contemplaris in Deo, qui ſuâ ipſorum mole oſtendit ſingula, & per eam ducta menſuram, quam ipſe, propriæ cuique virtutis definitione, præſcripſit. Nec in eo minora minùs aduertis, abreptus auguſtâ ſpecie maiorum. Vtraque, dum fierent, immenſo ſplendore ſuo pariter excepit; atque æternùm Tibi repræſentandis, peræque ſe totum impendit. Et in tanta luce exiguam Synopſim hanc quoq; perſpicis; quippe quæ, velut per Radium Solis, Atomus, ſic per illum æternitatis immenſum Orbem, Circulus ipſa primi Seculi trãſlucet, quamquam in receſſu. At Tuum, Tuorumq; vultus, illic vt non diſtingues, ſaltem videbis; & victoriarum ſi nõ numerũ, certè genus, earũ Author, agnoſces. Quin Patres, Imagines Filiorum ac ſuas, benigniùs intuentur in Annulo quem gerunt, quã in Tabulâ ingenti. In hoc autem, etſi nihil Te dignum, aliquid videbis Tuum: ac ſi offerentis conditio, & Superos afficit, iam illum natiuitatis ordine fauorabilem putabis. Serum Minimæ Prolis Tuæ Opuſculum eſt, quam ſenex & immoriens, Prouinciarum duodecim poſtremam, genuiſti. Et exiguis Filioli Beniamini munuſculis, blandiùs, quàm adultorum vndecim Fratrum maioribus donis, Iacobus Parens arriſit.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO.

SOcietas IESV adeò Centum per annos propagata eſt; vt qui totam circumſpicit, Sæculum ei ſaltem alterum aſſignet. Tam varia Chriſtianos inter & Barbaros geſſit, pertulitque; vt fortè ambigas, proſperiſne magis, quàm aduerſis creuerit. Quare, cùm ea plurimos in Libros diſperſa, inde perdiſcere negotioſo Lectori longum ſit; faciam Artificis more, Exercitum Prœliaq́ pingentis. Stationes hic tantùm Caſtrorum, Legionumq́; Signa, & Ducum facinora exprimit, vnde Gregarius Miles æſtimetur: ſic ego præcipuas Societatis res, Anno collectas, Compendio proponam, in Præiudicium cæterarum. Quin velut ille primas Acies diſtinctiùs efformat, extenditque, totos repræſentans Imperatores ac Tribunos; Medias autem, ac Poſtremas retrudit longè in Tabulam, vmbriſq; condenſat; quorumdam tantùm Caſſides, Criſtas, Tela; paucorum verò faciem, brachiumúe coloribus adducens; Ita & ego, Geſta Sociorum prima, penitiùs exequar, & per annos ducam; ſtringam verò recentiora, vel inquinandæ veritatis, vel odij, & faſtidij, metu. Si quibus moleſtum ſit, vel præteriri ſua, vel infra meritum exſtare: dent debitam primo labori veniam: Tum & ſecundo gratiam, ea ſuggerendo, quibus ignoratæ attolli res poſſint, ſi manus iterum referatur ad Tabulam.

Dum igitur Societatem ex ſuâ ipſius appellatione, velut Militiam, contemplor; & progreſſiones cum initijs, extrema cum medijs compono: Sex eius diuerſas quaſi formas, ſub totidem Præpoſitis Generalibus diſcerno. Et

Et quidem poſtquam ea Decuria numero contenta ſex per annos fuerat: impetratâ ſubinde ſummi Antiſtitis Confirmatione, primùm ad ſexaginta Profeſſos, & Cohortis ſpeciem; tum ad Capita mille, Annis ſedecim proximis ſub Ignatio creuit. Hîc Legionis numerum exæquat.

Per Iacobi Lainij ſeptennium conſequens, Socij haud pauci: & Ignatianis duodecim Prouincijs, ſex inſuper acceſſere. Ideo Agmen eam dicere meritò quis poſſit.

Franciſco autem Borgiâ Annis octo Præfecturam ſummam gerente, plus Triginta Domicilijs aucta eſt. Hîc iam in ea, Exercitûs iuſti molem agnoſcas.

Pòſt Euerardus Mercurianus, accuratis eam officiorum deſcriptionibus diſtinxit per alios octo. Et en Aciei ad Prælium ordinatæ, ſpeciem. Adhuc primis quaſi velitationibus tantùm, leuioribuſq́; Pugnis exercita Societas eſt.

At ſub Claudio Aquauiuâ, Hæreſim, Idololatriam, Vitium, plenâ tanquam Acie impugnauit; ab quibus & ipſa viciſſim oppugnata, reſtitit annis omnino quatuor & triginta. Hîc gemina Bellicæ virtutis Laus; Agere & pati fortia.

Ad extremum tot congreſsionibus magnam partem eluctata, Annum ſub Mutio Vitelleſco vigeſimum quintum; à ſua Confirmatione Centeſimum, Exercitûs more exultantis agitat, duplicis lætitiæ argumento; cùm Militiæ huic idem Annus, gemini Iubilei fortunatâ coniunctione inſignis, decurritur.

PRÆNARRATIO.

Militiam hanc IESV, Ignatius de Loiola, Nobilis Cantaber, Pompeiopoli dudum Carolo V. Cęſari in Gallos miles, condidit. Condendæ Formam atque Conſilium, biennio pôſt diuinitus præcepiſſe creditus eſt: quando nimirum Chriſtiani iam Belli Tiro, Minoreſſæ octiduo iacuit, per Ecſtaſim mentis abſtractus à ſenſibus. Quiddam in pręſentia tentare, intercedens Peregrinatio Ieroſolymitana vetuit, ignoratioque Litterarum. Characteres legere tantùm norat & pennâ pingere. Exercitiorum tamen Spiritualium Librum, Celeſti eruditus luce, conſcripſit: per ea deinde formaturus Socios, ſi qui eius ſe Inſtituto darent. Ieroſolymis in Europam, ad quęrenda Diſciplinarum Pręſidia, reuerſus, Societatem condere ter tentauit, poſtremo demum conatu perfecit. Barcinone Hiſpanos primùm tres, inter condiſcendas Grammaticales Spinas; dein Compluti, inter Philoſophicas, Gallum vnum, ſibi adiunxit in experimentum magis, quàm in ſpem perpetuæ Societatis. Fędera inter eos nulla; neque Tecti communio. Idem tantùm propriæ, alienæque ſalutis ſtudium: idem veſtitus, natiui & ſubrufi coloris, laneus. Suſpicionem nouitas mouit. Adeo per Archiepiſcopi Toletani Vicarium, tres cum Ignatio dantur in vincula. Quartus aberat ęger Segouiæ, Calliſtus: qui regreſſus breui Complutum, vltro reliquis addidit ſe. Primo & quadrageſimo vinculôrum die dimiſſi, diſcolores Vicario iubente aſſumpsêre cultus. At prohibiti ad Populum verba, vel priuatim facere; Archiepiſcopi eiuſdem aſſenſu, Salmanticam abiêre ad liberiorem Animarum curam. Eâdem excipiuntur ibi fortunâ: pariter quippe ludibria & carcerem experturi. Ipſe quoque Exercitiorum Codiculus in ſuſpicionem, & Tribunal raptus, Iudicij pręmium, laudem retulit. Lutetiam igitur præceſſit Ignatius; aduocaturus eôdem & Socios, ſi è

Ignatij de Loiola pro Societatis condenda Conſilium.

1522.

Primus eiuſdem pro cogenda conatus Barcinone & Compluti.

1526.

1527.

Annus Chriſti. re quidem foret. At inopiam Pariſijs, externus ipſe, maiorem
1528. paſſus, Epiſtolâ eos monuit, vt hęrerent porrò Salmanticæ.
Euaneſcit. Sed alter ab altero, breuî diſceſſêre, quos nempe vna modò Magiſtri præſentia copularat. Annuum inopiæ leuamentum, primo & altero anno in Belgium, tertio inſuper & in
1529. Angliam, quęſijt è Mercatoribus Hiſpanis. Et auſpicatò So-
1530. lum illud repetijt, Sociorum poſtmodum ferax. Societatis
1531. certè fundandæ indicium aliquod à Ludouico Viue, Brugis accepit; Petro Quadrio, Antuerpiæ dedit. Et Brugis Religioſam ab Ignatio Familiam aliquâ, Ludouicus; Antuerpiæ autem Quadrio prædixit Ignatius, ab ipſo conditum iri ſua in Patria Societatis IESV Collegium. Hoc Methymnæ diu pôſt euênit: Illud breuî, Lutetiæ. Tãtum ad Opus, & ad ſtudia Litterarum repetenda, ei tempus indulsêre Mercatores, ſpontaneâ pecuniæ Miſſione procùl è Belgio. Et eo vſus eſt diligenter, ceu Apis ad mel, ſobolemq́ue Bello cogendam. Grammaticam ſeſquianno relegerat in Montis Acuti Gymnaſio, Hoſpes ipſe Xenodochij interim Iacobęi. Nunc indidem Philoſophicas, in Diuæ Barbaræ Scholas frequen-
Alter eiuſdem pro Societate conatus, Pariſijs tans, Ioannis Pennæ Doctoris. Ibi tres è multis Iuuenes ſub
1531. ſuam breuî Diſciplinam aggregauit. Hiſpani & ipſi fuêre. Et fortunas quiſque ſuas in egenos impetu primo effuderant. Dein egere ceperunt, Magiſtri exemplo. Quin & Gymnaſio egreſſi, in Noſocomium conuolarunt ſeruîtum ęgrotis. At illuc Contubernales irrumpunt armati; ac repertos retrahunt ad Pędagogium & morem Retrahentibus
Et hic euaneſcit. illi demum ceſsêre, citò per Ignatium parti, citò delapſi. Neque nihilo conatus hic, vt vanus, Ignatio conſtitit. Decreta in eum Virgarum pęna eſt. Nec abnuit: quin vltro obtulit ſe, quamquam præiudicio damnatus. Sed præſentis alloquio dedoctus Iacobus Gouea Præſes, non ſuſtinuit infamiâ notare tantam virtutem, aut innocentiam dolore afficere. Quin probri conſilium in laudem publicam vertens, ei quoque in illo habitandi Collegio ius, & maturiores Socios aggregandi occaſionem dedit. Opportunè in Petri Fabri Allobrogis, & Franciſci Xauerij Nobilis Nauarri Contubernium

Annus Chriſti.

bernium incidit. Aptiſſimi viſi ſunt ad rem, quam parabat. Sed ſuam diu mentem, & Curſu Philoſophiæ reliquo, preſſit. Præcipitantur celeritate conſilia, & pręcoces fructus, ſeipſi concidunt. Vtrumque interim demeritus officijs eſt; & eximiæ propoſitione virtutis, eò ducebat quo neſcirent, & demum ſequerentur. Primus quidem & ſponte, Allobrox; per Ignatium abſolutus à ſcrupulis, & angoribus animi, & ad Primitias offerendas Deo, Neomyſta, Exercitijs mentis excultus.

Tertius, & ipſe Pariſijs, proſperè ceßit.

1534.

Petrus Faber Allobrox.

Plus in Xauerio laboratum, feruidæ & excelſæ indolis Iuuene. Et pannoſo primùm hortatori, obſtrepebat, præceptâ honorum ſpe ferox, vota alìorſum conferens. At beneuolentiâ demulcebat eum Ignatius, Diſcipulos quoque conquirens, in Beluacenſis Gymnaſij Scholis Philoſophiam tradenti. Humanitate haud quęſtuosâ Ignatij, reluctatio Xauerij vincitur, & diutinis ſubacta patienter officijs mens, totam ſe ſubdit. Periculoſa Authori conuerſio. Eâ efferatus Michael quidam Hiſpanus Franciſci cliens, enſem in Ignatium ſtrinxit. Sed perfodere volentis ictum tenuit delapſa Celo vox. Et tanti erat, Apoſtolum Indis acquiri.

Franc. Xauerius Nauarrus.

At ſicut Xauerium Faber, ſic Alphonſum Salmeronem Iacobus Lainius, Hiſpanum Hiſpanus, ad Ignatij Inſtitutum adduxit. Eius viſendi gratiâ, Pariſios Compluto nuper aduenerant. Et captus primo propè illius aſpectu Lainius eſt: Impetratis autem de eodem egeſtatis extremæ ſubſidijs, Nicolaus Bobadilla, & ipſe Hiſpanus: at diutino vocantis Dei admonitu Simon Rodericius Luſitanus.

Iac. Lainius, & Alphonſ. Salmeron,

Et Nic. Bobadilla Hiſpani.

Simon Rodericius Luſitanus.

Septem iam erant: ignarus quiſque conſilij Sociorum. Omnes igitur congregauit Ignatius: & de re condoctos, & volentes ad Montem Martyrum haud Lutetiâ procul, conduxit, Vota nuncupatum Deo. Caſtimoniæ atque Paupertatis hæc erant; tum & vitæ, Ieroſolymis in Saracenorum conuerſione tranſigendæ. Præſtolaturos autem ſe Venetijs per Annum, eò Nauigādi opportunitatem. Quæ ſi deficeret, Summo Pontifici ſuam delaturos operam, ad quamlibet Miſſionem. Sacris operabatur Faber, Sacerdos vnus ex omnibus. Aſſumptæ in Celum Virgini Sacra Lux erat. Eâdem poſt Annum recurrente, ab ijſdem ac

Septem Primorum Patrum Prima in Monte Martyrum ad Lutetiam Vota 15. Auguſti.

ã3 c 2 ibidem

Annus Chriſti.

ibidem inſtaurata eſt ea religio. At eo cepta eſt, quo & Anglicanum Schiſma ſub Henrico VIII. Rege: & Pauli III. Pōtificatus, quo ſex inde poſt Annos Cōfirmata Societas eſt.

Inſtauratio prima Votorum, ijſdem die & loco.

1535. Subinde Claudius ſe Iaius, Sacerdos & Allobrox addidit ſe.

Accedunt alij tres. Claudius Iaius Allobrox.

Perſiſtentene adhuc Pariſijs, an digreſſo in Hiſpaniam nuper Ignatio, incertum. Huc illum valetudinis ratio, & Hiſpanorum negotia Sociorum, Autumno remiſêre, ſeſquianno pôſt, Venetijs, ad Ieroſolymitanam Profectionem, quippe reliquos inuenturum. Eos abſentis Ignatij mandato regebat Faber, & breuî duobus auxit, Ioanne Codurio Gallo, & Paſchaſio Broëto Gallo-Belgâ & Sacerdote. Gallum & hunc olim credidit fama: & Picardum ſe geſſit ipſe, vtili admodum causâ. Nimirum ne Cameraceſi ex Agro, & adeo è Cæſaris Ditione oriundus, Pariſijs & Galliâ pelleretur, exorto iam inter illum & Franciſcum Regem Bello. Et valuit ea diſſimulatio ad Decuriæ numerum.

Io. Codurius Gallus & Paſchaſ. Broetus Gallo Belga, per Fabrum adiuncti, Ignatio in Hiſpaniam digreſſo.

Societas iam Decuria.

Pleraque eius Capita, Indole, Gente, conditione, diuerſa. Poſteris concordiæ argumentum; & opus Prouidentiæ ſingulare, è diſcordibus inter ſe Populis, illam ſub Hiſpano Duce, in Galliâ coiſſe. Socios iam omnes alia conciliabant, Philoſophiæ Magiſterium, abſolutus iam propè Theologiæ curſus, conſilium idem vitæ, menſtruâ cuique Exercitiorum Spiritualium tractatione, & triduanâ ſaltem inediâ confirmatum. Arctiſſimus, concordiæ nexus, Ignatius antea; nunc pro eo, Faber. Et hic illos Aſſumptæ Feſto Deiparæ, ad Montem Martyrum reduxit, ad communiter inſtauranda Vincula Votorum: atque inde per Hyemis Bellique rigorem, condictâ die, Venetias.

Inſtauratio altera Votorum Socios inter nouem: & Pariſijs in Venetam vrbem Profectio.

1536. Eò Ignatius iam antè peruenerat, ſuis Sociorumque negotijs in Hiſpania confectis, Pompeiopoli, Almazani, Toleti. Iuerat autem Ignatius Mari & per Italiam; Socij Terrâ, per Galliam Germaniamque, Numinis Ductu. Aliàs haud ille Ænobarbi Archipiratæ Claſſem, & Apennini prærupta, & Torrentium impetus; Hi Alpium niues, Militumque & Hæreticorum inſidias vitaſſent. Velut Sectariorum probrô Marianas geſtabant è collo Corollas: Auſi & Precem palàm

In eandem Ignatij aduentus ex Hiſpania.

in Diuerſorijs, de Genibus, ſacras ante Imagines fundere. *Annus Chriſti.*
Euchariſtiæ verò viaticum quotidie ſumere, faciente Fabro, Broeto vel Iaio. Nec ea religionis officia vel omittere, vel erubeſcere, etiam diſceptando aduersùs Hæreticos. Adeo hi fortitudinem tantam laudabāt, in oculos, vel minimè perſpicacium, incurrentem. Et eam, ad ingentis Fracti præiudicium, Homo Ruſticanus accepit, dictitans eos Prouinciam ad aliquam Reformatores ire. Tales Venetiarum experta Vrbs eſt, & querulo Energumenæ gemitu ibi conteſtatus eſt Dæmon. *Et aliorum Nouem è Gallia.* Appulſos in Noſocomia Ignatius ſparſerat; & in eo, quod inſanabilium eſt, Xauerius manantem tetro vlcere ſaniem ſuxerat, in pęnam Victoriamque horroris exorti. Sed ſuam Palæſtinæ, ampliori & egentiori Prouinciæ, obligauerant operam. Omnes Sacerdotio inſtructos ire oportebat. Septem eo carebant, potiebantur reliqui tres, Faber, Paſchaſius, Iaius. Romam tamen Veris initio Nouem conceſsēre, ad Ieroſolymitanæ commorationis inſuper ius à Pontifice Paulo III. poſtulandum. *Eorumdem Romam ad Sacerdotij Ordinem, & Ieroſolymitanam Commorationem à Pont. impetrandam.* Vnus in nauigandi occaſionem intentus, Venetijs Ignatius manſit. Vnus cum eo Iacobus Hozius Hiſpanus, ſuum ad Inſtitutum ab ipſo nuper adiunctus, primum Decuriæ Incrementum, & pòſt adiungendis Exemplum. *Iac. Hozius Hiſp. Primus poſt Decem Primos, Socius.* At Peregrinos Petrus Ortizius, Orator Cæſaris, ad Pontificem duxit. Audiuit autem hic ſuper menſam de Religione, Vrbanis cum Theologis ex more diſputantes. Collaudatis, ad Sacerdotium paupertatis nomine ſuſcipiendum, & Ieroſolymitanam habitationem, ius conceſſit: viaticum vltro conferens, & vaticinium, eos haudquaquam illucituros. Et Nauis in Palæſtinam eo ſoluit anno Venetijs nulla. Huc itaque regreſſi, & Sacerdotio initiati, Vicina inter ſe Oppida diuidunt ad culturam: & Deo primùm litauēre Vicetiæ. *Venetias reditus.* *Sacerdotij ſuſceptio atque Primitiæ.* Ignatius autem, & diu pòſt, Romæ. Deſperatā iam in Orientem Profectione, quam toto exſpectauerant anno, ſupererat Voti Pars altera, ſiſtere ſe Pontifici Summo ad Animarum lucra. *Profectio Ieroſolymitana deſperatur.* Eius gratiā Ignatius Venetijs Romanum ad iter, Fabrum, & Lainium aſſumpſit. Xauerium Bobadillamque, Bononiam; Senas

 Salmero-

Annus Christi.

Ignatij, Fabri, Lainij Romam Profectio: cæterorum in præcipuas Italiæ Vrbes.

1538.

Salmeronem atque Paſchaſium; Ferrariam, Rodericium & Iaium; Patauium deniq; Codurium & Hozium, Vicetiâ ſparſit. Locis ita diſtrahendos, decebat animis copulari. Opportunæ ad eam coniunctionem erant Leges. In has ante diſceſſum cōſensêre. Mendicato viuerent; in Xenodochijs hoſpitarentur publicis; in Noſocomia autem itarent interdiu ad infirmorum curam. Alter alteri, alternis pręeſſet, ſubeſſetque Hebdomadis. Iam tum per rudia Paupertatis, Charitatis, Obedientięque lineamenta depingebat ſeſe Societas. Appellatio deerat Operi imperfecto. Cōſultatum eſt ecquā tribueretur. Id vnum arbitratui ſuo relinqui Ignatius petijt, cętera permittens Socijs; & Societatem IESV appellauit.

Et Appellatio.

Aſſensêre omnes, numquam, aliter opinantibus, aſſenſuro; & dudum ita, vt credebant, edocto diuinitus. Et IESVS in eius Cohortis Ducem aſſumptus, Patronum inſuper ſe pollicetur. Audijt Ignatius in vetere ad Romam Templo. Illuc de viâ ſeceſſerat ad precem. Inter huius ęſtum, mente ſublato Æternus ſe Pater oſtendit, Ignatium Socioſque, gerenti Crucem Filio commendans: Et Christus, *Ego vobis Romæ propitius ero*, conuerſo ad Ignatium vultu, reſpondens.

Ignatio Pater Æternus & Christus, videndos ſe præbent.

Adpromiſſam opem ſensêre tum Romæ, tum per Italiam Socij. Quoquo ibant ſub tanto Duce, inſolitum vigorem experti, & inſperato attoniti ſucceſſu. At in Vrbe, multò manifeſtiùs & graues inter Procellas. Ignatium, Fabrum, Lainium, Pontifex Paulus benigniſſimē accepit, ſuam Sociorumq́ue operam conſecrantes ad Animarum lucra, ſed honorum & dignitatum adminiculis liberam. Et dum aliò eam conuerteret, ſuam iuſſit Fabrum atque Lainium, in Romano Sapientiæ Gymnaſio Litteris palàm tradendis, impendere. Ignatius arcanam magis Sapientiam magni Nominis Viris inſpirabat, per Sacrarum Commentationes rerum. Contarenus in his Cardinalis, Petruſq; Ortizius Orator Cęſaris. Patauij ſubtriſte quiddam in ſpeciem; ſed ipſo exitu lętum, Captiuitas nimirum Codurij Hozijq́ue, & huius Mors, breui interuallo ſuccedens. Nam Captiuitas iucunda fuit, pedes, manuſq́ue ferro conſtrictis, & noctem gaudioque

Ignatij, Fabri, Lainij, geſtæ res Romæ.

Codurij & Hozij Carcer Patauij.

dioque, riſuque totam degentibus. Quin poſterò die, glorioſa, eductis cum laude, & cum publico fauore ad Animarum curam remiſſis. Carceri eos addixerat ſuſpicioſa nouitas Concionum, vtilitas exêmit. Nunc Hozij mors, pulcra & beata. Extincti facies, formoſiùs quàm viuentis nitêre; Anima autem, multâ cum luce per Angelos in Celum deferri, ab Ignatio procùl, & è Caſſinati Monte viſa eſt. Nec tamen puſillo Gregi damnoſa; quando ei Patronum in Celo Primum pro Socio dedit, immò alterum in Terra Socium Franciſcum Stradam. Redeuntis è Caſſino Romam Ignatij voculâ ſuccenſus, eius ſe Inſtituto Adoleſcens & ipſe Hiſpanus addidit; at in Româ ipsâ alij alijque. Iam prima Sociorum Domus, tot capax non erat. Habitabant in Quirini Garzonij Ædibus, ad Pincij Montis Cliuum. Et aduenturi erant Patres ex Italia reliqui. Conſilium erat Ieroſolymitanam Profectionem rurſum tentare. In ampliorem, ſed conductitiam Domum commigrarunt. Deſperatâ iterum eâ Profectione, laborem intra Sanctam Vrbem alteram concludunt. Tendebat ille ſuî compreſſione vegetior, & qualis animæ virtus, minori ſe corpori adſtrictæ. Sic illi Romanis affixi Curijs, Populum Concionibus animabant; & ne perpetuæ Dominicis Feſtiſque diebus deeſſent, curauêre. Ad Sacramentorum frequentationem hortamenta, inſpirauêre moribus viuidos Spiritus Pietatis. Orbitati etiã vtriuſq; Sexûs; & infirmioris vel periclitãti, vel expugnato Pudori, & Catechumenorũ Inſtitutioni, ędificata perfugia. Ita pergentibus calumniarum molem obiecit Lutheranus, Religioſi Ordinis adhuc Sectator, pòſt transfuga: tum Michael, Xauerij olim Cliens, & alij complùres. Earum ſumma, Ignatium, Socioſque, ex Hiſpaniâ, Galliâ, Venetijs, de Hæreſi flagitijſque conuictos, Iudicium fugiſſe. Cauſa autem, Lutherani illius Hæreſim de ſuggeſtu docentis, admonitio primùm priuata; tum & perſeuerantis, Confutatio publica per Socios. Exitus, honorificum de Innocente Cœtu Iudicium Præfecti Vrbis. Et Innocentiæ Teſtes ex Hiſpania, Galliâ, & Italiæ vrbibus ſimul, diuersâ quiſque causâ, Romam

Annus Chriſti.

Hozij Obitus.

Pro eo Franc. Strada Socius.

Socij omnes Romæ.

Officia.

Calumniarum grauiſſima.

Annus Chriſti. mam aduenêre, Numinis vt creditur inſtinctu. Socij iam famæ integri, fructuoſiùs mouebantur; ac velut delapsâ nube, benigniora Mortalibus ſidera. Motionibus perpe-

De Societatis perpetuitate agitur. tuitas deerat. Ad poſtulandam, ſolicitabant eos multa, haud pauciora deterrebant. Pontificis Pauli tentatus eſt animus.

1539. Et ei Compendiaria Inſtituti Formula oblata eſt. Agebat ille Tibure à Caniculæ & Negotiorum æſtu. Ac Formulam

Confirmatur à Paulo III. Pont. 3. Septembr. collaudans, *Spiritus Dei hic eſt*, reſpondit. Res vltro à Socijs geſtæ, pro Teſtimonio erant: per eum ipſis demandatæ, pro Iudicio. Et nuper Ænariam in Inſulam, Bobadillam; Senas, Rodericium atque Paſchaſium; Velitras ac Tibur Co-

Multæ Miſsiones. durium; Parmam Lainium & Fabrum, diuiſerat. Breui quoque hunc cum Petro Ortizio in Germaniam, ad Vormatienſe Colloquium: & Rodericium atque Bobadillam in Indiam, Ioannis III. Luſitaniæ Regis poſtulatu ſubmittet. Pro Bobadilla, Iſchiade affecto, iuit Xauerius. At rogatus Confirmationis Diploma, tempus ad experimenta capienda, prudens Pontifex ſumpſit. Ad danda Ignatius, reliquos So-

Sed & Socij: Petr. Codacius, Paul. Achilles, Elpid. Vgolettus, Io. Bapt. Viola, Silu. Landinus, Ant. Araozius, Hier. Domeneccus, Petr. Ribadeneira, Iac. Eguia &c. ciorum per Vrbem & Italiam ſparſit. Iam enim alij alijque acceſſerant, Petrus Codacius ex Italis primus, tum & Paulus Achilles, Elpidius Vgolettus, Io. Baptiſta Viola, Silueſterque Landinus. Ex Hiſpanis Antonius Araozius, Ignatij propinquus, Hieronymus Domeneccus, Petrus Ribadeneira, Iacobus Eguia. Hunc Pariſios cum Tironibus aliquot, per Litterarum ſtudia formandis, idem Ignatius miſit, ipſe interim Romæ in Diploma perpetuæ Confirmationis intentus.

SYNOPSIS

SYNOPSIS
PRÆCIPVARVM RERVM A SOCIETATE IESV GESTARVM SECVLO EIVS PRIMO.

LIBER PRIMVS SIVE IGNATIVS.

CAPVT PRIMVM.

Annus Chriſti. Societ.
1540. 1.

Societatis IESV Confirmatio.

DIv, ceu rei magnæ, pependit ea deliberatio. Societatem ab Anno Paulus III. Pōtifex Tibure comprobarat. Sed vocis Oraculo tantùm; & derepente per ſubitariam ſummarum Legũ Inſpectionem. Quamobrem Cardinalibus eas tribus recenſendas tradidit. Et perlectis, refragabantur ſinguli, tum ſuâ ſponte, tum impenſiùs Guidiccionij diſſuaſu, atque exemplo. Nouorum hic Ordinum acer aduerſarius. Et de veteri- *Obſtacula.*

Annus Chriſti. Societ. bus ad quatuor redigendis, Librum dicitur ſcripſiſſe. At Ignatij conatum tot obſtacula intenderunt. Conciliat ſibi Deum Hoſtiarum ter mille ſponſione, ſi res eueniat: Guidiccionium autem, modeſto ſed efficaci ſermone.

Superantur. Ita is iam non ſuffragator tantùm, ſed quaſi Author noui Ordinis fuit. Præcipui quoque Europæ Principes litteris Paulum eò compulêre, quò ſponte ferebatur. Neque Confirmatæ Societatis dies auſpicio caruit. Quippe Diuis Coſmę & Damiano fratribus, Medicis, Martyribus Sacer: Adeoque præiudicium Socijs & amoris, tum inter ſe, tum in animas Hominum infirmas; & Fortitudinis in Cruces ac necem.

Reſtrictio ad Profeſſos ſexaginta. Ad experimenti cumulum, Diplomati cautio adſcripta, ne plures eſſent ſexaginta Profeſſis. Sed breuî, plures eo gradu digni ſunt viſi. Itaque

Tollitur.

1543. 4. tribus, nec totis pôſt annis, illam idem Pontifex ſuſtulit. Exinde cæteri, beneuolâ Societatem ſucceſſione comoprobarunt.

CAPVT II.

1541. 2. ## *Præpoſitus Generalis Ignatius creatur.*

PLERIQVE Patrum Italiâ aberant. Alium aliò Pôtifex ablegarat. Et proindè ſuffragium quiſque ſuum, Pars digrediendo reliquerat; Pars iam digreſſi, miſerant Romam. Hûc cæteri ſex conuenêre pro deligendo Capite, pauca parui Corporis membra. Horum audita; illorum reſignata ſuffragia ſunt. Vtrique omnes in vnum Ignatium incubuêre. Cui

Repugnat Ignatius. ſi quid humanitus eueniret, ſuffectus eſt Faber. Ille Prouinciam defugere: & ad calculos vt redeant, obſecrat. Supplicis reuerẽtiâ vincuntur: nec auſi ſunt repulſâ acuere dolorẽ Patris. Reditur: ſed eodem euentu. Digniorem

fecerat

fecerat fuga. Ad Cõſcientiarum ſuarum arbitrum (Franciſcanus is erat) ceu Reus prouocat. Vbi pariter damnatus, demum acquieuit. Tum ipſe & alij quinque ſolemnia Religionis vota nuncupaturi Deo, coëunt in Ædem Diui Pauli ſuburbanam, & ad Aram Deiparæ Virginis. Illius Apoſtoli exemplum præcipuè ſequi: huius Patronæ opem experiri, certum cuique iam erat. Sacris operabatur Ignatius: quem quatuor votorum ſolemnium Profeſſione perfunctum, ſecutus proximè Codurius eſt. Mox cæteri Patres quatuor, ordine antiquitatis nullo. Tum ad Præpoſiti complexum & oſculandas manus, religioſè & iucundè procedunt. At Ignatius Catecheſi & humilibus coquinæ miniſterijs, per dies quadraginta ſubleuat dignitatem, in qua prærogatiuam oneris tantùm ſentiret. Cæteros Pontifex in varia diſpergit.

Acquieſcit.

Prima Religionis vota in Societate.

1541. 2.

CAPVT III.

De Miſsionibus Generatim.

NEc otioſè Socij interea reliqui, ſuis in Stationibus quiſque, torpebant. Quin ardentiùs per religioſa in Populos officia, connitebantur ad Ordinis ſui Confirmationem, adminiculo famæ obtinendam. Simùl obtentâ, ad Miſſiones arduas animum erexêre, vt beneficium illud tantum, meritis ab ſe conceſſum Paulus videret. Illæ Votorum quarta Pars erant Profeſſis noui Ordinis propria; Proficiſci nimirum ad animarum lucra vel viatico & commeatu vacuos, quoquò Gentium, Pontifex mitteret. Et Paulus iure ſuo vtens, haud timidè, haud parcè mittebat, cupidè ita poſcentes. Adeò iam & Romæ pigebat eſſe. Et ſubinde è Primis Patribus nouem, duo tantùm Italiæ

Quartum votum Profeſſorum circa Miſſiones à Pont. imperandas.

Annus Chriſti. Societ.

toti, Ignatius Lainiuſque reſtabant: iam quippe defecerat vita Codurium. Fructuoſiſſimè fuerat Velitris ac Tibure verſatus: perpetuas vtilitates eas eſſe Incolæ, & attinere hominem volebant. Redijt ad nuncupanda vota Romam. Et iam ea profeſſus, viſebat cum Lainio ſeptena Vrbis Tēpla; quādo morbum è nimio, vt creditur, diuini amoris æſtu contraxit. Pro iacentis valetudine facturus ſacrū Ignatius, ad Diui Petri, quod in Ianiculo eſt, cum Ioanne Viola contendit. Sed diuino per viam inſtinctu reſiſtēs, vidit morientis Animam ab Angelis in cęlum deferri: & velut de eius beatitudine ſecurus, omiſſo funebris ſacri conſilio, regreſſus eſt Domum. Quamquam à confirmata Societate primus, haud Codurius, ſed Marcus Iacobi Lainij frater, fatis conceſſit. In Noſocomio ſtrenuè laborās, lethalem hauſit morbum. Extinctus fratri oſtendit ſe, admonens, vti Parentes litteris ſolaretur: ne ſe cęlo receptum flerent in Terris. Duorum iacturam Sociorum occupauerat, & pòſt compenſauit plurimorum & illuſtrium Tyronum ſupplemento Prouidentia Numinis. Et primò ſubmiſit è cōſanguineis Ignatij, Æmilianum Loyolam, & Antonium Araoſium Hiſpanos. Ad illum è Patriâ Romam officij gratiâ venerant. Venerat & Compluto Michaël Turrianus Doctor, & Academiæ in Vrbem Procurator. Cuius negotium dum tractat, ſuum peragit circa genus vitæ, quod ſequeretur. Sed adeò Ignatij authoritati confiſus, vt amplexurum ſe promitteret, quodcumque ille propoſuiſſet. Illius ergò ſacroſanctam ter Hoſtiam Deo Ignatius obtulit: tum Societatem propoſuit Turriano. Amplexus eſt Michaël, ſimpliciter & ſincere: ac ita ſe deinceps in ea geſſit, vt illum ſui Pupillam oculi Ignatius crebro appellaret. Hieronymum Domeneccum & Contubernales eius aliquot; Ioannem item Polancū, Andream Fruſium alioſque, blanda vis vel conſpectæ Sociorum probitatis, vel inſtinctûs diuini pellexit. Impulſum, & vehementem & diuturnum, in Hieronymū Natalem adhiberi

Codurij mors.
1541. 2.

Antea Marci Lainij.

Vocationes multorum inſignes.

Michaelis Turriani.
1542 3.

Hieronymi Natalis diutina.

beri oportuit. Dudum pro eo permouendo Lainius, Faber, Ignatius in Pariſienſi Vrbe perdiderant operam. Et Ignatio ſcriptum aliquod de humanarum contemptione rerum offerenti, proteruè obtruſerat Natalis, Euangelij Codicem, *En*, inquiens, *quem ſequar, non te*: ſimulque ſurripuerat ſe conſpectu. Diu ſic luſit vel ſpreuit eorum monita, firmæ & erectæ Indolis Iuuenis. Egrè decutiuntur arbores tenaci Solo ſitæ, & quantùm vento reſtiterint, tantùm iactantur. Ita ille mouenti Deo reluctans, inualetudine, angoribus, tædio ſuî quatitur. Nec deſerebant eæ moleſtiæ diuerſas perſæpe Terras, fallendi animi cauſâ, mutantem. Ab ipsâ demum Indiâ remedium intra Europam agenti, longè aduenit per Epiſtolam Franciſci Xauerij. Eius exemplari perlecto, in Balearibus Inſulis didicit Societatem Confirmatam iam eſſe. Itaque hinc profectus eſt Romam: vbi per exercitia ſpiritûs, depellere laborat ægritudinem animi. Sed ea non antè abceſſit, quàm ille in *In Societatem ingreſſus.*
Ignatij arbitrium & inſtitutum iret. 1546. 7.
Notiſſimi & Opulentiſſimi viri factum, Tyrones conſecuti ſunt plurimi. Eorum pleroſque, ætas, eruditio, rerum peritia, veteranis pares, & Miſſionibus idoneos fecerat. Igitur breuî religioſæ vitæ rudimentis inſtructos, Ignatius in Aciem huc & illuc effudit. Ita reſpiraturus erat Orbis, Ignoratione Vitijſue langueſcens: & Societati aditus certas ad Sedes fiebat.

CAPVT

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT. IV.

De Miſsionibus Primis ſpeciatim.

§. 1. *De Italicis.*

HAs Primi decem Societatis nondum approbatæ Patres inſtituerant. Sed toti debitos Orbi, Prouinciæ abſtraxerant reliquæ, Hæreſi magis corruptæ. Et Italiam illa leuiter tantùm & ſtrictim afflarat. Interiora ſeruabat Romæ propinquitas. Itaquè ſat fuit illic excitari deciduos Catholicorum mores. Præclarè id Senis effecêre Paſchaſius & Simon, per officia religionis diuerſa: præclariſſimè per mentis exercitia in vno Sacerdote. Comœdias hic ingenioſè, ſed inuerecundè ſcribebat. Nec horrebat in proſcenium quoque tantam inferre perſonam iam Hiſtrio; ac geſticulationibus & mimis, deformare dignitatem. Sed inter exercendum, rediјt per ſeriam morum cōtemplationem pudor ingenuus, & propoſitum, tam inſignia probra vindicandi. Igitur fune in collum iniecto, rectà in Templum & ſuggeſtum prouolat, & ore exangui, humentibuſq; oculis, veniam à multitudine poſtulat. Lachrymas eo habitu, pro ſolitis cachinnis cuique ſpectantium exciuit. Balneoregium, Brixiam, Fauentiam excolebat Iaius: Biſinianum Bobadilla: Parmam Faber atque Lainius, qui deſtinato in Germaniam Fabro, Venetias Hæreſeos haud ſatis integram vrbem, Reipublicæ poſtulatu, Pontificis iuſſu diſceſſit. Migrationi obſtiterat Margareta Caroli Cæſaris Filia, eademq; Octauij Parmenſium Ducis Vxor. Nam eo ſacras ad Confeſſiones, & ſuas & familiæ, iucundè fructuoſéque vtebatur. Sed demum acquieuit, boni publici reſpectu, & Ignatij ſibi pro Lainio

Senenſis.

Scenici Sacerdotis Conuerſio.

Balneoregia. Brixiana. Fauentina. Biſiniana. Parmenſis, Patauina. Veneta, &c.

nio aſſignati vtili commutatione. Venetijs, digna ſe & ſperata Lainius proſperè geſſit; conciliato præſertim Andrea Lipomano, & præcipuis Senatorum. Sacris eos diebus negotia publica diſtinebāt ab audiendis Lectionibus, quas habebat ille ſuper Ioannis Euangelio aduerſus Hæreticas nouitates. Itaque in profeſtos, ternoſque per Hebdomadam dies traductæ ſunt. Per eas autem ab errore & flagitio renocati non pauci. Quin Patauium atque Baſſanum Lainij opera ſe & fructus effudit. Nec Franciſci Stradæ quamquam adhuc iuuenis, & vix Latinis litteris tincti conatum feſellit euentus. Inerat vegeto eius pectori magna ad perſuadendum vis: nam acri dictione, Politiano in monte execrandi ſuſtulit morem: & Doctores quatuor Cæleſtium rerum commentationibus excultos onerauit manticâ, & volentes per vrbem oſtiatim, inopum gratiâ, mendicatum produxit. Ita mediæ cauebatur Italiæ. Limiti plus periculi ab Germaniæ vicinæ contagijs. Hęreticorum igitur euentilati cuniculi; vis, vi repreſſa, per Lainium Venetijs, per Salmeronem Mutinæ.

Annus Chriſti. Societ.

Montis-Politiani.

Mutinenſis.

§. 2. *De Germanicis.*

AT Germaniæ ruinas Faber, nec diu ſuſtinuit: Vormatiæ primùm, pôſt Ratisbonæ. Ibi in clamores euanuêre Colloquia, Hęreticorum fraude & more. Nec cohibere quiſquam potuit, cùm Pontificis, Cæſaris, Romanorum Regis nomine nemo adeſſet. Sed Ratisbonenſi Conuentui adfuere Cęſar & Rex, & à Pontifice Legatus, Gaſpar Contarenus. Simul & ex omni Gente plurima Hominum vis, & materies charitati Fabri. Atque hæc breui extra vrbem perlata eſt vehiculo Famæ. Norimbergâ moribundus eum Italus atque Hęreticus euocat. Iuit, à peccatis abſoluit hominem; & vnâ familiām eius omnem reducit in ouile Chriſti. Negotiatoribus eadem duobus à Fabro impenſa eſt gratia,

1540. 1.

Vormatiæ.
Ratisbonæ.

&

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Faber in Hiſpania.

1541. 2.

& Mauris totidem Baptiſma collatum. Ratisbonam reuerſus, Profeſſionis vota ſolemni ritu nuncupat in Æde Virginis; & cum Ortizio in Hiſpaniam pergit. Ibat Angelis quàm comiti iunctior, adeò indefeſsè cum illis colloquens. Et opem ſenſit, cum illo comprehenſus in Gallia, & in carcerem datus, moxque ſine litro dimiſſus. Madritum vſque progreſſus, Madriti non ſtetit. At Cæſar Auguſtam, Medinam cæli, Seguntum, Complutum pulcra inquietudine diſcurrit. Magnorum ſiderum proprium eſt agi diuersè, & motu, lucere plurimis. Nec diu hac primâ vice Faber luxit Hiſpanis. In Germaniam curſum vt relegat, Pontifex iubet. Interim pro eo Ratisbonam, ex Italia miſerat Bobadillam & Iaium. Soluto Conuentu Bobadilla Oenipontum, dein Viennam Ferdinando cum Rege commigrat. Et Viennæ omnibus gratus, Hæreticis etiam terribilis extitit. Audentior Lutheranorum aliquis auſus eſt eum in certamen vocare. Prodijt laceſſitus, ad Catholicorum vindictam. Defugere intutum erat, poſtulante ſic Rege, & præſente cum Iudicibus ſenis & plurimo comitatu.

Iaius & Bobadilla in Germania.

Bobadillæ de Lutherano victoria Viennæ.

1543. 4.

Diſceptauit Bobadilla, & Aduerſarium plus quinquagies palàm redarguit, & omnium aſſenſu Iudicum, victor euaſit. Victoriæ præmium, victi ad Catholicas Partes ex pacto tranſitus, ſed ſerus. Nam Iudicibus obſtrepens cuſtodiæ includitur. Per eius vmbras, veritatis lucem aſpexit, & ſponſionem demum impleuit. At Bobadillam diuerſa velut per Germaniam omnem incendia, huc illuc accibant: Norimbergam, Spiram, Vormatiam cum Pontificis Legatis. Totidem ijs in vrbibus habebantur Conuentus. Iaius autem Ratiſbonæ hæſit biennio. Hoſtes ibi plurimi. Potentiſſimus, indulgens Lutheranis Senatus, immò Lutheranus. Repugnabat Iaius variè, voce, calamo, benignitate, patientiâ. Paulinam ad Galatas Epiſtolam palàm, & feliciter explanauit. At Hæreticum à concionandi munere remouere nitenti, prærupta Danubij minantur. Riſit

Idem Norimberg. Spir. Vormat. Iaius Ratisbonæ.

aſſerens

afferens, in cælum ire ſe tam facilè aquâ, quàm terrâ, poſ-
ſe. Tantumdem certè viæ eſt. Fortitudinis hoc fuit. Sed
eruditionis, Ingolſtadij ſucceſſiſſe in Doctoris Eckij Ca- *Ingolſtadij.*
thedram, inuitatu Guillelmi Bauariæ Ducis. Sapientiæ
iſtud: interfuiſſe Satisburgi Epiſcoporum Conuentui, & ſa- *Salisburgi.*
lutaria Reipublicæ conſilia dediſſe. Auguſtanus Antiſtes
Ottho Truchſeſius duxerat. Inde Vormatiam acciuit. *Vormatiæ.*
Aderant Germaniæ Principes ferè omnes: Ferdinandus 1544. 5.
Rex, Carolus Cæſar: magna authoritas. Aderat & Bo-
badilla noſter, ab Hieronymo Verallo Legato Pontificis
adductus. Qui vnà & Iaius, diu & fortiter reſtitere volen-
tibus in Germania Nationis cogi Concilium. Accurauêre *Faber in German.*
autem, vt Oecumenicum Tridenti citò haberetur. Iam re- 1542. 3.
uerterat in Germaniam ex Hiſpaniâ Faber, Socijs auctus
duobus Ioanne Arragonio & Aluaro Alphonſo. Fuerant
Regij ſacelli Sacerdotes apud Mariam & Ioannem Cæſaris
Filias. Et eos Dominæ comitari iuſſerant abeuntem Valli-
ſoleto Toletum vſque. Longiùs eum, & vſque in Ger-
maniam & in idem vitæ genus proſequi perſuaſit Fabri vir-
tus per viam conſpecta. Spiram vbi attigêre, repente eo-
rum probitas micare vtiliter cepit. Simul apparent, ſimul
ſtellæ collucent: nec præſentiam aliter quàm luce teſtan- *Spiræ.*
tur. Et Faber adeo latè atque magnificè vt Moguntinenſis *Moguntiæ.*
Archiepiſcopus Albertus, idem & Cardinalis, de eo Tri-
dentinam ad Synodum mittendo decerneret. Idem Con-
ſilium Pauli Pontificis menti antè inſederat. Ab neutro
miſſus eſt, quia morte occupatus. Sed, Societati filium *Petrum Caniſium So-*
dedit haud ſolo nomine Patri congenerem, quem poſtea *cietati adiungit.*
mittet Auguſtanus Antiſtes & Cardinalis. Petrus ille, Ca- 1543. 4.
niſius eſt, Belga, Neomagi natus in Geldria. Ad Ordinem
hunc multa eum Vaticinia deſtinarant: & Coloniæ nauan-
tem litteris operam, diffuſus de Fabri Sanctimonia & eru-
ditione rumor afflauit. Moguntiam igitur ad Fabrum ac-
currit, & de vita inſtituendâ dubius, mentis ſe exercitijs
offert. Piſces facilè capias, qui vltro ſe in rete ingerunt.
Neque reluctatus eſt perſpicax ingenio Iuuenis, & indole

B promptus

Annus Chriſti. Societ.

promptus ad conſectandum, quoquò decôri ſplendor inuitaſſet. At Colonia, vulpem aut Lupum metuebat in Hermanno Paſtore. Archiepiſcopus hic erat, & de Hæreſi iam tum ſuſpectus. Periclitabatur religione ciuitas. In eam igitur accitur Faber Moguntiâ: & præſens conſilijs vigilantiaque, trepidam firmauit. At Clero & Senatu rogante, liberè ſed priuatim & modeſtè officij commonefecit Hermannum; periculi autem publici, Ioannem Poggium Pontificis tunc Bonnæ Legatum, poſtea & merito ſuo Cardinalem. Fabrum hic permanere Coloniæ iuſſit, quamuis Moguntiam reuocaret Albertus. At Ignatius, vt in Luſitaniam properet, ſcribit: nimirum ad deducendam inde in Caſtellam, Luſitani Filiam Regis, Philippo Hiſpaniarum Principi deſponſam. Alterum illius deductionis fructum propoſuerat noſtrî ſtudioſiſſimus Rex, & approbarant in Luſitaniâ Simon Rodericius, Romæ Ignatius; nimirum Societatis ingreſſum & ſtabilimentum per Hiſpaniæ Regna. Sed retardato Coloniæ & Louanij Fabro, in Caſtellam ſponſa præceſſit.

Coloniæ Rem Catholicam tuetur.

§. 3. *De Belgicis.*

1542. 3. His Gallica initium, Germanica progreſſum dedit. Et Gallica, referueſcente iam Carolum Cęſarem inter & Franciſcum Galliæ Regem Bello. Iuſſit hic Regno omnes in illius Terris natos exire. E ſedecim Lutetiæ Socijs, octo erant Hiſpani: Petrus Ribadeneira, Andreas Ouiedus, Franciſcus Strada, Hieronymus Domeneccus, omnium moderator. Hic ſeptem ſuos duxit Louanium ad proſequenda ſtudia litterarum. Sacerdos erat in ea Academia Cornelius Vishauęus Mechdclinienſis: Probus, at fluctuans, quo in vitæ genere ſalutem hominum feliciſſimè curaret. Deum precâti, aduenientium Sociorum ſpecies oſtenſa eſt. Et præſentes agnouit, & ab neſcio qua domo, in ſuam deduxit ad habitandum. Simul ad eorum tranſit Inſtitutum, & Petrus de Hallis, eius exemplo. Acceſſit Coloniâ Faber, mox omnes abducturus longè in Luſitaniam. Conatus eſt retardare

Socij octo Hiſpani Pariſijs Louanium migrant.

Et Faber Coloniâ.

1543. 4. Cornelius. Contrà ille poſtero die Antuerpiam excurrit ad inſpicien-

Annus *Chriſti.* *Societ.*

inſpicienda nauigia. Sed redeunti, Tertianam à Deo fe-
brim Cornelius impetrat, & bimeſtrem Louanij moram.
Tantùm durauit febris, nondum deſtitura, niſi precibus
abegiſſet Cornelius, qui aduocarat. Iacebat interim Faber *Vbi Tertianâ detinetur.*
non animo. Nam per febris interualla, ſalutaribus collo-
quijs, & Ruardum Tappêrum Academiæ Cancellarium in- *Tapperum conciliat.*
citauit ad apicem virtutis; & Theodoricum Heſium Leo- *Et Theodoricum Heſium & alios.*
dienſem Canonicum & Prodecanum, etiam ad Societatem
petendam ſed nolens, adduxit. Ætate quippe & dignitati-
bus affectum repulit, adhortans, præſentem vt ſpartam
pulcherrimè gereret. Ita priuatim multos accendit oppor-
tunis cuique conſilijs. Publicè autem longè plurimos, &
Franciſci Stradæ voce declamans in Falconenſi, Porcenſi, *In Societ. admittit Pet. de Hallis*
Pontificioque Gymnaſijs; tum & ab his anguſtijs, in Diui *Leonard. Keſſelium*
Michaëlis Æde perampla. Argumentum Franciſco dicta- *Hermetem Poen.*
bat Faber, quippe Theologiæ imperito: & Metaphyſicæ *Iaco. L. Hoſtium* *Io. Cuvillonium*
etiamnum Auditori. Annos quatuor & viginti Iuuenis non- *Max. à Capella*
dum explerat. Permouebat tamen integros cœtus, ardore *Daniel Denderamundanum.*
animi, & firmitudine vocis ac laterum: at magiſtri dimi- *Cornel. Viſhavæum*
cans armis. Adeo iam Iuuenes Belgæ nouemdecim, Fabro *Iuniorem.*
ſe in Societatem & Luſitaniam tradunt. Nouem modò ſe- *Thom. Poggium.*
lêgit, quos illuc cum Strada, Ouiedo, & Arragonio præmi-
ſit. Oliuerij Manaræi per Philoſophiæ ſtudium adoleſcentis
dilatum eſt votum. Seges læta, ſed nondum matura, impor- *Coloniam repetit & iuſſus.*
tunè ſucciditur. Faber ipſe cum Æmiliano Loyola & Lam-
berto Caſtrio Coloniam, Pontifice, Ignatioque iubentibus, 1544. 5.
& accurâte id Legato Poggio, remigrat. Quippe in Diœce-
ſim omnem Hermannus, Bucerum, Melanchthonem, Pi-
ſtorium, alioſque Hæreticos ad docendum effuderat. Vrbi *Vbi multa agit præclarè.*
timebatur. Tutatus eſt cum Caniſio, & Cleri atque Proce-
rum præcipuis Faber. Et Bruxellas (Cæſaris Aula ibi tunc
erat) ad Gropperum atque Granuellanum litteras dedit, vt
Cæſaris nomine magiſtros illos erroris è Colonienſi ditio-
ne depellerent. Cominus autem eos prouocat ad certamen.
Sed tenebriones lucem illam extimuere: neque prodire ſunt
auſi. Interim promiſſum ſibi Fabrum Luſitaniæ Rex ab Ig-

Annus Chriſti. Societ. natio impetranit. Coloniam igitur Faber, & Socios ſex, Caniſio, Carthuſiæque Patribus commendat. Inde aſſumpto in Zelandiam vſque Vishavæo, Verenſem ad Portum: Hinc vno comitatus Deo in Luſitaniam nauigat.

§. 4. *De Gallicana.*

1540. 1. NOn tam ad publicas vtilitates, quàm ad priuatas & litterarias Tyronum, ſuſcepta eſt. Pauculos Româ Lutetiam Iacobus Eguia deduxerat ſolidioribus Diſciplinis firmandos: Excepit autem Longobardorum Gymnaſium, ſtudioſis Iuuenibus reliquis veſte vt contubernio indiſcretos. Aliter haud licuiſſet, quamquam propriâ quadrâ viuentibus. Pulcherrimi eos tantummodo mores diſtinguebant, proponebantque alijs in exemplum. Mos illis Hebdomadarius, Sacra Carthuſianos apud Patres frequentare myſteria: & ſubinde ad animarum lucra, ſed intra Gymnaſij ſepta, curas extendere. Sedecim initio fuêre, vt quàm

Societas Pariſienſis ferè tota ex Tyronibus, & in Longob. Gymnaſio.

1541. 2. plurimi. Decimo pòſt menſe Iacobus moderator Romam reuocatur, ſubſtituiturque Hieronymus Domeneccus, breuî per Belli turbinem cum Hiſpanis, media numeri parte, Louaniũ auellendus. Lutetiâ aberant, quando eis perſiſten-

Exire coguntur Hiſpani Louanium.

1543. 4. di ius impetrant à Rege Galli qui remanſerant, ſed ſerum; quia iam in Belgium vſque progreſſis. Sed facultatem alijs obtinuere, quam ſibi vix ſatis ſeruarunt. Quippe in Galliam irrumpens cum exercitu Cæſar, tantam vrbem non terruit modò, ſed propè etiam exhauſit. Habitatores plerique metu alij aliò diffluxêre. Socios Paulus Achilles Præſes Lugdunum abduxit. Poſt ſemeſtre & publica Pax, & Sociorum

Sed & Galli Lugdunum.

1544. 5. Pars Lutetiam, Pars in Italiam reuertêre.

§. 5. *Ibernica.*

1541. 2. GAllicanam proximè conſecuta eſt. Omnia in illâ magna: Cauſa, Anthoritas, periculum. Vna diuturnitas defuit. Expeditionis accurator, Robertus Archiepiſcopus Armacanus. Solatium prouidus Paſtor à Pontifice petijt afflictiſſimo Gregi. Catholicos in illa Inſulâ grauiter vexabat Henricus octauus Angliæ Rex, Eccleſiæ Caput ſe ferens, & volens agnoſci. In Regis edictum, Procerum

multi

multi, vel minis protracti vel blanditijs allecti iurauerant.
Inter Ciues ac Plebeios, metus & conſternatio. Qui irent ac *Chriſti.* *Societ.*
erigerent animos, deſignati primùm ſunt Codurius atque
Paſchaſius. Mox autem erepto viuis Codurio, ſuffectus eſt
Salmeron. Româ diſceſsêre, Ignatij monitis & Poteſtate *Paſchaſius & Salmeron Legati Apoſtolici.*
Apoſtolicæ Legationis inſtructi. Comitem addidit ſe Fran-
ciſcus Zapata Societatis candidatus. Eo experimento di-
gnum ſe Tyronem præbuit Ordinis, quem ambiebat. Sum-
ptum is per viam præſtitit euntibus ſine ſacculo & pera: pò-
ſtea & operam, quoties Ibernorum res popoſcit. Ad eos
per Galliam, Scotiamque & Belli pericula peruenere; com-
mendatitijs quoque ad Iberniæ Proceres, de Iacobo Scotiæ
Rege, dum tranſirent, acceptis. Ad Iacobum ſuas ſcri- *A Scotiæ Rege commendantur.*
pſerat Põtifex in Legatorum gratiam. Plus menſem in Le- 1542. 3.
gatione difficili & vtili inter Ibernos conſumpſerant Ne-
gotiatores mentiti. Et verò erant, ſed animarum. Et gratis *Laborant.*
Priuilegia & Immunitates dabant, quæ ſolent pretio vel
mulctâ conferri. At ſe, ceu balſamum odore, ſic ijs officijs
prodidêre. Agnitis, & ad carcerem necẽue quæſitis renaui-
gandum in Scotiam fuit Pontifice iubente. Hîc aditum fru-
ſtrà tentarunt ad Regem, ſalutaria Catholicæ rei propoſi-
turi conſilia. Acceſſus omnes, Hæretici tenebant. Itaque in *Redeunt.*
Italiam reuertuntur per Galliam; ſed Lugduni Belga & Hiſ-
panus nec diu detinentur. Nam eis libertas à Cardinalibus
Gaddio atque Turnonio procuratur.

§. 6. *Hiſpanica.*

SOcietatem Hiſpaniæ Regnis in ſe vno ter Antonius *1. Araoſij.*
Araoſius oſtendit. Toties eôdem Româ profectus eſt. 1540. 1.
Primùm ſolus; & priuatæ præſertim rei gratiâ. Sed Barci-
nonem appulſo via publicas ad vtilitates panditur. Quidam
veterum amicorum Ignatij neceſſitatem ei impoſuêre pa-
làm ad populum dicendi. Admiſit Antonius. Et cœtus om-
nis videre ſe atque audire Ignatium credebat in præſtante
Diſcipulo. Tanta huic inerat facundia & vis, etiam extra
Sacerdotij adiumentum. Domicilij ea in vrbe figendi lo-
cum obtulêre. Sed Negotia in Caſtellam eum vocabant.

Annus Fructuoſa non Hiſpanis modò profectio. Nam Turcas ibi
Chriſti. Societ. aliquot Araoſius peperit Chriſto. Ad Cæſaris autem filias,
Valliſoleti dixit motu ingenti. Aſpeithiæ autem, quæ oppidum Cantabriæ eſt, & Ignatij Patria, miro concurſu.
Quaterna ſimul millia confluxêre ad audiendum: Inde ipſe
Faber in Hiſpan. in Italiam. Subinde in Hiſpania cum Oratore Cæſaris Or-
1541. 2. tizio Faber apparuit, ſed inſtar fulguris. Nam mox in Ger-
2. Araoſij cum Iacobo Eguia. maniam & iuſſus redijt. Araoſius autem iam Sacerdos, &
primus vota poſt Decem Patres profeſſus, Româ Barcino-
1542. 3. nem rurſum aduênit. Comes ei Iacobus Eguia. Ibi ampla
nunc meſſis. Anno maturuerat. Tantumdem eſt ex quo
Araoſius ſemina iecerat probitatis. Fructus in Franciſco
Borgia multò maximus per mentis Exercitia. Lombaienſis
Marchio tum erat, & Catalauniæ Prorex. Sed germen hoc
tam nobile, gnauo hoc & induſtrio Cultore, totum vix An-
1543. 4. num fruitur. Litteris quidem ad Ignatium ipſe, ad Ponti-
3. Eiuſdem cum Socijs quinque. ficem Populus datis contenderunt, retinere vt poſſent qua-
ſi per vim auulſum. Vt remitteretur impetrant. Redit ac
1544. 5. tertiò cum Socijs quinque, ſed in Luſitaniam vſque perrecturus, & reducturus in Caſtellam Fabrum. Quamdiu Barcinone conſtitêre, ſolita ex Araoſij officijs vtilitas palàm
effloruit, & ſolito maior ad retinendum conatus. Puer
etiam quadrimus ſiſtere videbatur velle, mira de Societate
prædicens. Boni egrè obtenti, iucundior poſſeſſio eſt, iactura moleſtior. Sed Araoſius Barcinonenſes Domicilij ſpe ſolatus, Valentiam, Gandiamque perrexit. In hac vtraque
vrbe vltra ſpem res proceſſit. Et Gandienſe quidem Collegium Socijs vtiliùs aſſurget, quàm Agarenorum Filijs, vti
Colleg. Valentinum. meditabatur Gandiæ iam Dux Franciſcus. Valentinum autem breuî molitus eſt Petrus Domeneccus, Hieronymi dudum Socij Parens, ære quod is ex hereditate materna con-
Complutenſe. flarat. Complutenſe, tenuia per initia ponebat Franciſcus
Villanoua Socius è collatitia ſtipe Amicorum. Illuc Conimbricâ venerât valetudinis gratiâ. Sed eiuſmodi opera
diu vacillant, ſæpe proruunt, quæ tantum priuata fulcit authoritas. Publicam, & Iudicium Curiæ (quæ Valliſoleti tunc
erat)

erat) ad ſtabilitatem requirebat Ignatius. Itaque illuc mittebat è Luſitania cum Araoſio Fabrum. Hunc Ioannes Rex egrè & demùm permiſit, tanto quippe gratiorem, quanto diutiùs exſpectatum è Belgio. Abeuntes commendatitijs inſtruxit ad Philippum Regem & Generum. Salmanticæ primùm Populus dulci & vtili eorum conſuetudine affici cepit: vt perpetua eſſet, domicilium offertur. In illud conſilium, ciuium quoſdam compulerant Alphonſus de Caſtro Franciſcanus, item & Dominicanus Franciſcus Victoria. Poſtea autem nec diu, exſtrui cepit. Vallisoleti autem Philippo, non commendatitijs modò Soceri Ioannis, ſed & ſeipſis placuêre. Maria verò Regina ſpote fauit, & ex ingenio Patris: Proceres autem non tam Regis aut Reginæ teſtimonio, quàm ſpectatæ virtutis. Ab his Sociorũ exiſtimatio in vulgus prolata eſt. Sol primò Montium iuga, tum ſenſim valles illuſtrat. Quamquam Fabri adeò erat virtus excelſa, vt perinde videretur ab infimis. Sic enim in eo elucebant omnia, vt cunctos aduerteret afficeretque. Vitæ integritas ſumma, comitas par: ſermo dulcis & efficax, ſaluberrima cuique Conſilia: vitiorum non Hominum inſectatio. Itaque amare & ſuſpicere plerique: Ioannes Tauera Cardinalis Toletanus; & Epiſcopi, Pompeiopolitanus, Salmanticenſis, Calagaritanus: Tum Commendatarij Summi Caſtellæ Legioniſque; & Concilij Regij, Sacræque Inquiſitionis Præſides: Poggius autem Pontificius, & Ortizius, Cæſareus Orator, ex vetere Fabri per Germaniam notitia & vſu. Obſecundabant & Luſitanici apud Reginam Proceres, legebantque in Circulis, Xauerij ex India litteras. At Ioannes Zuniga, morum Philippi velut Magiſter, & Stephania Requeſenſis, tum & Aluarus Corduba Stabuli Princeps, & Maria Aragonenſis, par coniugum illuſtre; Ferdinandus item de Silua Filiarum Cæſaris cuſtos, & Bernardus Pimentellus Tauerae Marchio, peccatorum expiationem conquirebant à Patribus, & ad ſanctiorem vitam documenta. Adeò iam Aluarus, & eius exemplo Equites haud pauci, culcitras ferebant infirmis, & cibos manu miniſtrabant. At Zuniga

Faber & Araoſius in Caſtella.

1545. 6.

Vallisoletana in Curia præclarè rem gerunt.

Annus
Chriſti. *Societ.*

Herba in impudicitiā. Zuniga lepido quoque reſponſo Patrum continentiam Regi commendauit. Mirantibus & deprædicātibus eam Aulicis, dixerat Melchior Canus quapiam herbâ Socios vti ad pudicitiæ Præſidium. Audijt hoc ab neſcio quo Philippus, & Zunigam iuſſit, herbæ eius nomen ab illis quærere. Quęrenti reſpondit Araoſius, Timorem Dei appellari. Arriſit cum plauſu Zuniga, & poſteà Rex, & Curia omnis. *Faber Madriti & Toleti.* Faber interea Madritum ad Filias Cæſaris excurrit, quas dudùm nouerat: & Toletum ad Ciues poſtulatu Cardinalis. At Valliſoletum reuerſo ſeuerè mandatur, ne Regis iniuſſu *Araoſius Compluti.* deinceps exiret Vrbe. Itaque Araoſium pro ſe Complutum miſit. Hîc Ioannis Medinę interuentu ei ad perpetuā ſedem offertur Sacræ Doctrinæ Gymnaſiū. Maluit anguſtas Franciſci Villanouæ Ædes ad Collegij amplitudinem laxare. Idem Valentiæ curauit & Gandiæ. Hîc Socij ſex ſub Ouiedo Rectore collocantur: illic duodecim ſub Iacobo Mironio. Faber Valliſoletanum Eleonoræ Maſcarėniæ; Madritanum Regis benignitate occeperat. Nec Reginæ Carolum enixæ morte conciderunt. Stabant Fabri exiſtimatione. Quantâ, mox oſtenſum eſt. Niſi Tridentinam ad Synodum vocato, *Idem Valliſoleti pro Fabro in Italiam reuocato.* diſceſſus haud permiſſus eſt; nec antè quàm pro ſe Araoſium Barcinone aduocatum Valliſoleti præſentem ſtitiſſet. Stitit,
1547. 8. & contrà ipſe Barcinonem profectus eſt. Sed vtriuſque corpora haud animis & laboribus paria, Febris inuaſit. Araoſij per Medicos Regis quatuor reſtincta eſt; Fabri ſopita tantùm. Gandiæ in tranſitu oſtenſam neglexerat, incenderatq; ardentiùs Borgiam, & Collegij in Academiam augendi, & animi magnas ad virtutes parandi conſilio. Vtrūq; præſtitit Borgia iam Dux & Celebs. Ædificationem cepit, primum eius lapidem ritè iaciente Fabro. Acceleratâ *Academia Gandiæ.* operâ palàm apertæ ſunt Scholæ, inſolito Diſputationum & Declamationum apparatu. Non antè alibi Societas publicè diſciplinas tradiderat. At Franciſcus, quas alij mirari, ipſe effingere laborabat in ſe Fabri virtutes. Atque vt penitiùs, ad Inſtituti quoque communionem, animum adiecit. Eum nobis pro Fabro Socium adfore Ignatius antè prędixerat.

dixerat. Et Barcinone Romam renauiganti per Caniculæ tempus, recaluit Febris maligni ſideris conſpiratione. Paucis pòſt ſuum in Vrbem aduentum diebus extinctus interijt. Vixerat Angelis ſimillimus. Mores argumento ſunt.

Annus Chriſti. Societ.

Mors Fabri.

§. 7. *De Luſitanica.*

PRotinus & magnificè creuit: nec fluminum more, quorum initia anguſta ſunt. Rara felicitas. Sed citò procedit, quidquid ſummâ authoritate impellitur. Suam Societati Ioannes Luſitaniæ Rex admouit, cui iam Xauerius, & Simon Rodericius præſentiâ cariores erant. Subtractam 1540. 1.
ex oculis virtutem vulgus requirit: conſpicuam faſtidit, quam contrà ſapiens æſtimat. Quamquam Regi aſſentiens Luſitaniæ Populus, Socios Apoſtolorum appellatione dignabatur. *Socij appellantur Apoſtoli.* Antonomaſia hæc inde in Orientem vſque, Occidentemque peruaſit. Igitur vtrumque Rex apud ſe attinere decrerat. Ex æquo diuidi Ignatio placuit: Et Xauerium adeò in Indiam pergere. Vni Luſitaniæ duo nimij 1541. 2.
erant, quorum alteri Oriens omnis anguſtus viſus eſt. Seruatur Conimbricæ Simon ad Seminarij curam, quod Rex ad Indicæ Iuuentutis inſtitutionem parabat. Sed deinde *Conimbricenſe Collegium.* nec ſerò, Goam compendioſè atque vtiliter tranſlatum eſt, & eius loco Collegium Socijs Conimbricæ illuſtre ſurrexit. Cenſum Capitibus centum Rex annuum adiecit. Ad numeri complementum Tyrones vndique eò deſtinabat Ignatius; & è Belgio ſimul duodecim. Hos inter quinque Romam atq; Coloniam breuì Simon remiſit, vel Patrij cæli, vel publicæ offenſionis reſpectu. *Leon. Keſſelius. Thomas Pogkius. Petrus de Hallis. Iacobus l'Hoſtius. Dan. Dendeτamundius.* Querebantur nēpè Procerum quidam, Conimbricenſe Collegium externis impleri. Haud 1543. 4.
iuſta ſatis conqueſtio. Nam illud indigenis maximè patebat: Et per vnius ſpatium anni, quadraginta ſeptem inierant. *Tyrones Luſitani XLVII.* Proximè autem ſequente, decem generis & ingenij dotibus inſignes. *Melchior Carnerus. Melchior Nunnius. Gōſaluus Silueria, & cæt.* Pleroſque vnum Simonis aut Sociorum factum, aut Stradæ declamatio permouebat. Circa Ioannem Nunnium longa contentio. Sacerdos erat & Abbas, ſed ſæcularis, & Sanctus. Ita appellabatur ex merito diuinæ precationis, & adminiſtratione Iteirenſis Parochiæ, cui præerat.

Annus
Chriſti. *Societ.*

Ioannis Nunnij vocatio præclara.

Quinas ſenaſúe horas contemplationi dabat quotidie, quietem in ea captans, quam minimè cepit. Nam illius otij dulcitudo acerbabatur vitæ & pauperioris, & per aliena imperia ſecurioris deſiderio. Suum ei Inſtitutum propoſuerat Melchior frater, Socius: Et cunctantem inuitarat Conimbricâ ad colloquium cum Fabro Coloniâ nuper appulſo. At priuſquam ſe in viam daret, ſacram Hoſtiam haud ſemel obtulit Deo lumen in tanta deliberatione efflagitans. Ad luminis æterni Matrem, & ſtellam Maris Mariam, fluctuans conuertit ſe, nec fruſtrà. Nocte enim viſus eſt ad Aram Fabro facienti Diaconus ipſe aſſiſtere. Tum Pacis inſtrumentum ei de more, dextrorſum oſculandum offerre; ſiniſtrorſum autem à Fabro ad porrigendum remitti. Ita Pacem animi, non in ſola contemplatione, vt putabat, ſed in actione quoque inuentum iri interpretatus eſt. Quin celebranti per diem Nunnio, ſe & Fabrum Dei Mater oſtendit, iubens vti huius viſendi gratiâ Conimbricam iret, pareretque conſilijs Fabri. Iuit: paruit; & vnâ hortantis voce, velut anchorâ ſacrâ firmatus, ſerenitatem animi exſpectauit, quæ breui inter nubila curarum, ſuborta eſt. Eò maximè valebat Faber quiete gaudens ſua; interque agendum immotus: at ſpectantes, audientéſque, permouens quò vellet. Ita iam Iuuenes triginta bimeſtri ſpatio ei ſe in Socios obtulere. Arborem diceres, Sole firmatam, fœcundatam imbribus, fructus protrudentem. Tertia modò pars ab eo adlecta eſt: Ludouicus Conſaluius omni diſciplinarum varietate nobilis, tum Græcè & Hebraïcè ſciens: Emmanuel Sa, qui mox ſeptemdecim annorum adoleſcens, Gandiæ Philoſophiam publicè tradidit. Ioannes item Azpilcueta, Martini Nauarri conſobrinus, Braſilicæ barbariei culturâ clarus. Morales, Rodericius, Vazius factis prodibunt poſtea. Cæteros à Fabro præteritos admiſit Simon, in Indiæ quoque ſupplementa prouidè intentus. Nec ea curarum amplitudo ingentem animum à muneribus priuatis abſtinuit. Quin eius magnitudini confidens Rex, Principem Filium ei inſtituendum tradidit. Onus illud excutere Ignatius maluiſſet, ſed ei bene-

1545. 6.
Emmanuel Morales, Franc. Henricius, Alphonſ. Barettus, Ambroſ. Herrera, Conſal. Rodericius, Henric. Henricius, Georgius Vazius, Michael Soſa, &c.

beneficentiſſimi Regis poſtulatio pro imperio fuit.

Annus Chriſti. Societ.

§. 8. *Indicæ.*

CVm Paulo Camerte, & Franciſco Manſillâ Socijs, Xauerius Olyſſipone ſoluit in Indiam. Abiturienti Ioannes Rex Luſitanos, qui ibi erant ſtudioſè commendauerat; atque ignaro Pontificium Diploma tradiderat, quo Legatus Apoſtolicus creabatur. Huius dignitatis reſpectu commeatum multiplicem obtruſere Xauerio, qui paupertatis magis memor ac retinẽs, vulgares lacernas Socijs, libros aliquot ſibi tantùm admiſit, precariò, vt antè Terrâ, ita nunc quoque Mari victurus. Impetrauit ei omnia, & largè paupertas, in egenos diuidenti, quo affluebat, paruo contentus. Plus annum tota nauigatio tenuit. Semeſtre tantùm ſolet. Mozambicenſis Hibernatio alterum addidit Claſſi ſerò iſtuc appulſæ. Hærendum hîc diutiùs fuit vectoribus nauſeâ morboque proſtratis. Curauit, velut inter nauigandum anteà, omnium mentes & corpora Xauerius impigrè. At dum indefeſsè atque incautè, febri ſternitur & ipſe: adhuc ſolatium languidis, nunc & exemplum. Quin mox ſeptimâ ſanguinis eductione alleuatus, iteratò ſolatium. Miniſterium alijs multiplex impendit, quo etiam egebat. Tentatus eſt & Martinus Alphonſus Soſa, Prætor nunc vniuerſæ Claſſis, mox Indiæ. Goam itaque feſtinans Xauerium præauexit opis gratiâ, ſi quid fortè ſibi grauius incidiſſet. Camertes & Manſilla ad cæteros Claſſis infirmos, permanſêre Mozambici. Opportunus Melindæ & Socotoræ Inſulis Xauerius fuit. Saracenis atque Chriſtianis, & imperitiſſimis eæ habitantur; ſed illis parent. Exarſit conſpectâ & Mahometis, & vitij dominatione Apoſtolicus vir. Nutibus & ſignis excolebat adultos. Vnum imperito linguarum, & mortuum inſtitutionis genus. Puerorum expiatio facilior, certiorque. Plurimos Baptiſmo tinxit comportantibus vltrò Parentibus. Abſtrahere, Mahometi fœdè initiandos, ſolebat Socotoræ Tyrannus. Pro eo depellendo Franciſcus apud Luſitaniæ Regem litteris inſtitit. Suſcepta, & perfecta res breui eſt tanto authore. Goam appulſo, Seminarij In-

Xauerius in Indiam nauigat. 1541. 2.

Mozambici morbum contrahit.

Pergit Melindam, & Socotoram.

Goam appellitur. 1542. 3.

Annus *Chriſti. Societ.*

rij Indici cura defertur. Iuuenibus illud nouiſſimè, Iacobi Borbani Sacerdotis pij, ſed ſecularis ſolertia, & priuatorum liberalitas ſtruxerat. Regia pòſt, & inſignis acceſſit. Centum in eo Indi, pòſt Sacerdotes, vel Europęis Interpretes futuri, primùm alebantur. Ab Sancta Fide initio; tum & à Sancto Paulo appellatum eſt, tunc Seminarium Gentium Orientis, dein & Societatis Collegium. Et Xauerius longis Borbani precibus victus admiſit: at Camerti primùm

Hinc in Oram Piſcariam, ſeu Commorinum.

appulſo reſignat, vrbe amplior animus. In hac Luſitani, Saraceni, Indi; vitij, ſuperſtitionis, laboris plurimum. Sublatis ibi malorum obicibus foràs emicat. Ad meridiem primùm. Ibi ora Margaritarum Piſcaria. Ab his nomen pretioſum, regioni cætera ignobili. Earum piſcatu vitam quærunt indi-

Parauę.

genæ. Parauas appellant. Gens natura lenis: at ſimplicitate & docilis & fluxa. Plerique haud dudum Chriſtiani, nunc culturæ intermiſſione, Chriſtianorum ſimulacra. Repolijt,

Reuocantur ad Chriſtum.

quiqui obſoleuerant. Adhuc Ethnicos, Baptiſmo tinxit quadragies mille. Quin Brachmanum aliqui ei ſe quoque

Etiam Brachmanes & Iogues.

permiſère. Sacerdòtum genus eſt ſtolidum ac ſuperbum; Regiæ ac Sacerdotalis ſtirpis nomine, tum ſapientiæ affe-

1543. 4.

ctatione & ſimulatione probitatis. In ijs, Iogues maximè auſtèri, ſpretæ opulentiæ oſtentu mendici, & certum ad tempus cęlibes; pòſt, ſubactâ velut naturâ, in omnem fœdè venerem effuſi. Et ſequebantur Xauerij documenta, ceu ceræ

Xauerij miracula.

contactu iam molles, opificis idoneè fingentis manum. At Plebeij, officijs eius atque prodigijs maximè capiebantur. Vitæ redditi duo, valetudini innumerabiles, famam & ſoſpitatoris & Chriſtianæ Religionis augebant. Quin velut odoratarum Arborum olent & germina, ſic eruditi ab illo Canacopolæ (Pueri Catechiſtæ ſunt) miracula quoque patrabant. Quamquam ſubindè quæ ipſe perfeciſſet, eorum attribuebat innocentiæ; & ſpecioſâ puerilis ſimplicitatis

Officia.

vmbrâ, adultas Dotes ſuas tegebat. Iam officijs deuinciebat longè plurimos, ſuas ſingulis curas aptè attemperans. Effundens autem & ſe, quoties vſus eſſet. Adeò vnus erat eis omnia, Doctor, Nutritius, Medicus, Pater. Vocabant

iam

Annus *Chriſti.* *Societ.*

iam eum vlteriora. Redit igitur Goam, & datis Seminario, cui Camertius præerat, Legibus, Manſillam treſque Sacerdotes non Socios reducit in Oram Piſcariam. Trauancoridis in tranſitu ſe offert, quamquam ſibi infenſiſſimis, ob Parauas adductos ad Chriſtum. Sed & ipſi adducuntur; & menſe nec diutius, Baptiſmo expiantur plus decies mille. Infremuêre & eorum conuerſione vicini Bagadæ: & armati in eos Parauaſque procedunt. Sed occurrens intrepidè Franciſcus, omnes vultu verboque diſpulit. Hinc Magni Patris appellatio. At Manarieſes à Xauerij Vicatio expiatos, Iafanapataniæ Tyrannus funeſtiùs inuaſit. Sexcenti ſunt cæſi. Aberat tutor Franciſcus: & ad reliquiarum tuitionem, Manſillam miſit: Michaëlem autem Vazium Epiſcopi Cocinenſis Vicarium, in Luſitaniam ad Regem, vt ab eo opportuna Chriſtianorum incolumitati præſidia impetraret. Ipſe autem rectâ ad Prætorem Indiæ Soſam contendit, vindictam in Tyrannum âcceleraturus. Sed eam ſtrenuè cum claſſe ingenti comparatam, infelix caſus diſtulit tantùm. Nam Iafanapatanius, vt iam in Regno relictus, ſic poſteà à Prætore Indiæ, Manariâ penitus Inſulâ depulſus eſt. Xauerius interim in Ceilanum tendit, ad minorem Filium Regis, qui maiorem Baptiſma poſtulantem Pater impiè cum ſeptingentis alijs necauerat. Minori deſiderium inerat idem Chriſtianæ Legis. Et eum Procereſque nonnullos clàm expiatos, Franciſcus Goam permiſit ad auxilia in Regis ſæuitiam poſtulatum. Ipſe Meliaporem, ad Sancti Thomæ ſepulcrum tendit. Hoc vnum fere Indigenis reſtat, acceptæ de Apoſtolo Religionis monimentum, Ethnicorum etiam peregrinationibus nobile. Sed & in vicinia Saxum eius cruore reſperſum, naturâ candidum; at ſanguineo rore ſtillare ſolitum quotannis, quamdiu ſacra res agitur, triduo ante Ferias Apoſtolicæ Mortis. Mores ab illo inſtituti dudum deciderant. Reſtituit quadrimeſtri Franciſcus. Nec deſtitit, quamquam noctu in Templo à Dæmonibus grauiter cæſus. Vlciſcebatur malus Genius ſua Meliapore damna, breuî maiora Malacæ paſſurus. Nam

Goam redit.

1544. 5.

Xauerius cum Comitibus in Trauancor.

In Ceilano.

1546. 7.

Meliapore.

 hîc

Annus Chriſti. Societ.

Malacæ.

hîc Franciſcum in Macazariam perrectorum ſtitit Præfectus conſilio ſanè vtili. Tanto egebat, Vrbs hæc inquinatiſſima. Nam velut ex argilloſis terris flumen limi & fæcium plurimum contrahit; ſic è mercium gentiumq́ue confluxu & auri tractatione, libidines ac fęditates emporium illud Orientis. Reſtaurauit hîc plurima Franciſcus. Morem quoque induxit obeundi per noctem plateas vrbis cum tintinnabulo; tum contenta voce monere ciues ad precem pro animis, vel peccata purgatorio igne expiantibus, vel noxâ lethali inter viuos obſtrictis. Primùs hoc præſtitit ipſe, & exemplum deinceps poſteris dedit. Et Deus ea miraculis officia adiuuabat. Eo deprecante rediјt ad vitam Puella, ad valetudinem infirmi longè plurimi. Hinc Sancti Patris reſuſcitatur annominatio. Interea Goam aduênit trium è Luſitania Sociorum ſupplementum: Antonius Criminalis, & Ioannes Beira, quos in Comorinum pro Manſillâ ob contumaciam è Societate dimiſſo, iuſſit ire Franciſcus; ac tertius Nicolaus Lancillottus, Goæ retentus ad Grammaticam Pueris tradendam, & opitulandum Camerti in Seminarij Indici procuratione.

Puella vitæ reddita.

Antonius Criminalis. Ioannes Beira. Nicol. Lancillottus.

CAPVT V.

1546. 7.

Expeditio Tridentinum ad Concilium Prima.

Lainius, Salmeron, Iaius, Tridenti. Pet. item Caniſius.

SAlmeronem atque Lainium Pōtifex Paulus ſuos eò Theologos miſit. Idem Fabrum addere, & Ferdinandus Romanorum Rex, Bobadillam, volebant. Sed Fabrum, mortis; Bobadillam ſtitit in Germania Caſtrorum neceſſitas. Lainium verò & Socium è Germania Tridentum præceſſerat Iaius, ſecutus Caniſius eſt: vterque Othonis Truchſeſij, eiuſdemq́ue Epiſcopi Auguſtani, & iam Cardinalis, nomine. Modeſtiæ præceptis in vanitatem atque inuidiam, Ignatius omnes armârat. Nimirum ne fraudi nouo Ordini eſſet, Pontificis ſummi de eo vno iudicium.

cium. Obſoletè igitur veſtiti, anguſtè habitabant, in Pauperes largi animorum & corporum curâ. Illorum igitur congreſſum nitidè induti primùm horrebant Hiſpani; ſed pòſt conciliati ſapientiâ, vltro ſe offerebant. *Placent modeſtiâ,* Et Legati Cardinales præiudicium illud abſtulêre; modeſtâ eis donatâ veſte. Iam intra Concilium, Orationem habuit Latinam Salmeron, & primas in opinando Partes. Eas vltro Lainius Senior conceſſit: quamquam ipſe nec ſenex, quippe triginta tres tantùm natus annos. Sed id ætatis pectori, *Et ſapientiâ.* ſat multa inerant, quæ ab alijs intacta proferret. Tres notæ Sapientiæ viro datæ ſunt horæ ad dicendum; cùm paucis ſingulæ permitterentur. Sancti-Crucij Cardinalis man- 1547. 8.
dato, Hæreſes Lutheri ferè omnes in Summam ipſe & Socij contulêre. Quoties à concilio vacabant, referebant ſe gratâ viciſſitudine ad officia Pietatis in Sacras Ædes, & infirmorum mendiculorumque receptus. Inchoato iam de Iuſtificatione Decreto, Lainium Ignatius Florentiam iuſſit. *Lainius attinetur.* Sed vi ad exitum vſque Synodi attinuêre Legati. In ea Orbis luce, nota primùm vno velut aſpectu Societas eſt: antea diſcretè tantùm, & veluti per cancellos. Ita eius ignoratio in æſtimationem, maleuolentia in deſiderium vertitur. Et *Concilium Bononiæ ſimul & Socij.* expetebantur Socij diuerſas in Diœceſes à Synodi Præſulibus quibuſque. Illâ Bononiam Tridento varijs ex cauſis tranſlatâ, proximè conſecuti ſunt Lainius & Salmeron. Iaius atq; Caniſius ſerò, & pòſt Tridentini atque Truchſeſij Cardinalium, qui eos cum Hiſpanis atque Germanis Præſulibus, Tridenti continuerant, aſſenſum. Sed Concilio Bononiæ & Anno ſimul expirantibus, per Italiam noſtri ſunt ſparſi.

Annus
Chriſti. *Societ.*

CAPVT VI.

De Libello Exercitiorum Spiritualium.

VErè Libellus eſt: ſed ſucco plenus magnæ virtutis. Hanc vel hodie vtentibus præſtat. Illo genita, illo enutrita Societas eſt. Et Ignatij Parentis vitales ſpiritus defert, à quo prodijt. Eum pridem illiterato Deus ſuggeſſerat. Et Dei Mater eâ precandi formâ, mentem ſe olim exercuiſſe teſtata eſt: Maximos indè fructus collegit Gandiæ iam Dux Franciſcus Borgia. Et magnos quoque in
Approbatur à Pont.
1549. 10. Republica ſperabat ex Pontificis commendatione. Annuit Paulus Diplomate. Libellum ex Hiſpanico in Latinum Andreas Fruſius vertit: Dignum profectò, qui inter Societatis libros, primus Typis vulgaretur, & lucem videret.

CAPVT VII.

De Conſtitutionibus.

SOcietatem adhuc vaga tantùm imperia rexerant; & pauca Regularum rudimentà: Perpetuæ Leges nullæ. Itaque Conſtitutiones ſcribi iuſſit Iulius Pontifex, Pauli ſucceſſor. Et Ignatius diu atque meditatò incubuit. Diuina quoque lumina inter commentandum, lacrymas inter ſcribendum expertus. Quin & Chriſtipara ad edocendum quoque Magiſtra deſcendit. Ita formari decuit animam Corpori tanto; & ad continendum, mouendum-
Partes earum decem. que, facultates aptari. Decem in Partes diſtributæ contingunt vel minima. Tum finem, ordinem, modum omnibus dant. Ad vigorem tamen, Societatis iudicium & vſum, Author præoptauit. Igitur ex Europa Romam præcipui Patrum conuenêre. Cum Hiſpanicis adfuit Iubilei opportu-

nitate

nitate Borgia, poſtremùm Dux. Titulis enim breuî poſitis, Annus Christi. Societ.
Socium ſe geſſit. Ducem exuturus, Purpuram cum Vrbe
fugit. Sed periculum tunc quidem diſtulit tantùm. Rurſum
atque tertiò obiecta eſt ei à Iulio. Ita contendebant Cardi-
nales, Philippus Rex, Carolus Cæſar. Sed eluctatus eſt de-
mum. Cæterum Conſtitutiones iudicatæ ſunt ſpiritu Dei 1550. 11.
plenæ. Ad Experimentum breuî ab Hieronymo Natale
Commiſſario per Prouincias perlatæ. Diutinum illud fuit,
& vltra Ignatij vitam. Tunc demùm imperio firmatæ; &
pro legibus habitæ ſunt.

CAPVT VIII.

Expeditio ad Concilium Trident. Secunda.

LAinium atque Salmeronem Tridenti ingens primâ 1551. 12.
vice fama exceperat. Igitur hac alterâ eos remiſit
Iulius, tunc famæ teſtis, immo author, quippe tunc
ibi vnus è Pauli Legatis. Par itaque de illis exſpectatio. At *Lainij memoria.*
Lainius eam quoque intendit vbertate memoriæ. Sacros
inter ſcriptores produxit nullum, quem non perlegerit. Sic
producebat, quaſi ex libro. Produxit autem vno impetu
plures triginta. Et excepit contentionem Quartana; haud
abrupit. Nam paſſi non ſunt abire Legati. Tantum, ne
maiora negotia in diem malignum inciderent, pro poteſta-
te curarunt. Vt verò ad Diſceptationes de primæuo Origi-
nis peccato ventum eſt; tum febre ardẽtius, Lainij in Virgi-
nem ſtudiũ, & maximè eloquens amor apparuit. Tres con-
tinuatè dixit horas: Patreſque permouit, vt negarent ſuâ de
illo peccato ſanctione, Immaculatam Virginem compre-
hendi. Eccleſiæ commodo, ſuum quoque Societati addi-
tum eſt. Martini nimirum Olauij Doctoris, ab Lainij con- *Martin. Olauius Socius.*
greſſu, ad eiuſdem Inſtitutum tranſitus. Auguſtani Cardi-
nalis ea in Synodo Procurator erat pro Iaio Caniſioque.
Nam hunc Bauariæ Albertus, illum Ferrariæ Dux Hercu-
les detinebat. D CA-

Annus
Chriſti. *Societ.*

CAPVT IX.

De Miſſionibus ſecundis vniuerſè.

PRimas obierant ſoli Profeſſi. Societatem ſoli conflabant. De ea nec Tyrones erant, neque Scholaſtici (quamquam per tria poſt Probationis biennium vota, religioſi) ad illas idonei cenſebantur. Nunc autem creuerat virorum numero, Societas. Nam progreſſu (ceu fluuij) ſic quoque augebatur. Atque velut hi ſeſe in Brachia, hæc in riuos, demum in riuulos riui diffundunt; ſic Miſſiones Primæ, proſpero ductæ curſu, in alias aliaſque findebantur. Ad has iam deerant operæ. Ideo Coadiutores, vt Temporales ad domeſticæ rei miniſteria, ita Spirituales ad munia ſacra, hoc anno Ignatius adlêgit. His, vt quilibet alius Inſtituti noſtri, ſic & ſecundarum Miſſionum communicatus eſt labor. Neque verò eæ coactè protrudebantur, aut quaſi per ſaxa tendebant. Nam ſponte expetebantur, & certatim à Principibus atque Populis; ſed & à Socijs auidè, quibus Præſidum iuſſu non obueniſſent. Otium quidem in domicilijs noſtris (velut nec in Apum Republicâ) nullum. Sed vel occupatiſſimo cuique, pro torpore erat, forâs laborem non quærere. Adeo diuerſiſſimis quoque curis impliciti, Miſſiones tamen poſtulabant. Vrgebantur autem illæ, placidè; & (velut in ſubiectas & apertas valles aquæ) ſine offenſione cuiuſquam, quoad licebat. Sicubi opponerentur remoræ, ſuperabantur patientiâ: neque mos rectà niti; ſed declinare prudenter, obſtantes: aut in eos inſtillare ſenſim officia, & functionum paucas, & minùs odioſas moliri ſilentio. Sic arctatus rupium obiectu fluuius, comprimit ſe; & aquas intra alueum cogens ſerpit, hærenti ſimilior quàm eunti. At vbi peruaſit, amplè diſtenditur, & latè exundat. Haud ſecus conciliatis aduerſariorum animis Socij, Templa, Cœnobia, Noſocomia, Cuſtodias, publicas

Coadiutores Spirituales, & Domeſtici.

1546. 7.

Annus Christi. Societ.

publicas priuataſque domos inibant. Tum idoneo ſermone accendere præſentes; euellere Hæreſeon, ſuperſtitionum, & vitiorum fibras, & caſtæ religionis ac probitatis inſpergere ſemina. Nec Socios puduit, vel meretricũ adire ſtationes, & à flagitio dehortari: vel ex officina ſcabellum commodato accipere, & in Triuio locatum inſcendere; Tum galeri circum caput acti indicio, Populos ad Catecheſin ciere. Hæc Miſſionum prima Pars, ea rudibus tradere, quæ à quolibet ſciri oportet. Tum, in Templis declamando, caſtigare mores & ſacrâ exomologeſi ablutos, ad nitorem repolire Chriſtianæ probitatis. Poſtrema, & præcipua, officijs demereri Magiſtratus ac priuatos; & ad ſalutaria Reipublicæ molienda, idoneo ſermone impellere. Functionum tres illę Partes, apud omnem facilè ſexum, ætatem, indolem, conditionem valebant. Fructus autem haud multiplex minùs, quàm ſpatiantis largè Nili. Priſcæ Religionis refloreſcentia, optimarum germinatio virtutum, rerum ſacrarum & diuinorum Myſteriorum vigor & frequentatio, diues meſſis Animorum. Sed vt perennis ea vtilitas eſſet; erecta, & ad Litteras perdiſcendas Gymnaſia, & ad Diuorum imitationem & cultum, Sodalitia. Noſocomia iam, Orphanotrophia, pudoris & egeſtatis receptacula, totidem ſunt Miſſionum ſecundarum monumenta. Nam per primarum pleraſque, Socij admodum pauci, remedia neceſſitati publicæ tantùm ferè deſignarant. At plures iam erant latiuſque diffuſi. Et per eos Ignatius, immotus hærens Romæ, & inſtar pellucidi, ſed ſecreti Fontis, omnia curabat. Nec ſubinde dubitauit quamquam æger ipſe, ex Vrbe & Tibur, & Neapolitanum in Regnum diſcordias reſciſſurus, excurrere. Ex illa Tiburtina profectione ibi Collegium breuì ſurrexit, & è pleriſque Sociorum Miſſionibus pleraque. Maximè dignus hic, earum fructus extitit, quia firmus atque durabilis. 1548. 9.

Triplicia Miſſionum Officia.

Fructus multiplex.

Ignatij Excurſiones.

Ex Tiburtina Collegium.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT X.

De Iiſdem ſpeciatim.

§. 1. *Italica.*

ANtea diſperſi per pręcipuas Italiæ vrbes Socij, totã ſecundis hiſce Miſſionibus iunxêre. Nec ſinguli ſingulis affigi poterant ſinguli: adeò offerebant ſe multæ. *Miſſiones Lainij.* Dum Tridentinæ Synodi reſumptio penderet, vnus quidem Lainius, Venetam, Bononienſem, Peruſinam, Eugubinam, Montiș-Politiani, Florentinam, Piſanam, Senenſem, Neapolitanam, Siculam, Africanam obijt. Salmeron autem, Veronenſem, Bononienſem, Bellunenſem, Neapolitanam, *Salmeronis.* Senenſem. Immo & longè ab Italia Ingolſtadienſem, cum Iaio, Caniſioque ad Diſciplinas in ea Academia tradendas, Doctor cum iiſdem Bononiæ creatus. Pòſt autem Ingolſtadio Tridentoque, longè in Belgium, iubente Paulo IV. cum Cardinale Piſano publicæ Pacis gratiâ; vnde reuerſus, longiſſimè in Poloniam, ad dehortandos à Sacri Calicis petitione Laicos, cum Legato eiuſdem Pontificis Aloyſio Lipomano contendit. Graues pleræque & causâ & exitu Miſſiones, quem tamen ex arduo quaſi per cliuum Salmeron Lainiuſque ducebant. Raró ad alias tanta virtus & ſapientia deſtinabatur: quamquam ſeipſi obuijs quibuſque atque humilibus commodarent. Quibus perfuncti, altiora & Populis ſalubriora tentabant. Animus ingens, parem ſibi materiam ſi non inuenit, parat. Hinc eis Collegia *Collegium Patauinum.* ferè pariebant ſingulæ: Veneta Patauinum Andreæ Lipo- *1542. 3.* mani ſumptu; Primum hoc in Italia ſurrexit, & mox attributo per Andream S. Magdalenæ Prioratu ſtetit, poſtquam periculosè nutauerat. Ædificia ſæpe ponderibus grauantur, quibuș ea firmare Architecto mens erat. Attributum moleſtiſſimè tulit Patritius & Eques Andreæ Frater. Eum filio

lio iam ſuo deſignârat. Hinc lis, & ad Senatum deducta, *Annus*
Magna ibi nobilis Aduerſarij potentia in duos tantùm & *Chriſti. Societ.*
Socios, & exteros. Illius tamen rationes Lainius medio in *Natat.*
Senatorum cœtu redarguit; tum & ſacri vnius adminiculum
ab Ignatio depopoſcit. Eo facto flectuntur Iudices, & è
centum & quadraginta quinque, duo tantùm pro potenti
& propinquo Equite tulêre ſententiam. Cæterorum con- *Stabilitur Litis euictione.*
ſenſione, Patauinis Collegis adiudicata Prioratûs Poſſeſſio
eſt. Hanc & aggratulatio Senatorum, Pontificis Pauli com-
mendatitijs palàm perlectis, & cõprobatis per exploratores
Patauinorum Sociorum moribus, Veneti demum Collegij *Collegium Venetum.*
primordia conſequuntur Nicolao Gaudano Rectore. Do- 1550. 11.
tem & huic Andreas idem præſtitit. Bononienſi autem,
Miſſio Parmenſis per Fabrum pridem Lainiumque ſuſcepta
initium, pòſtea progreſſum Salmeron dedit. Nam illorum
congreſſus Franciſcus Palmius Sacerdos, at nondum So-
cius mirificè captus, Societatis illuc in Patriam aduocandæ *Bononienſe.*
conſilium Parmâ ſecum retulit. Miſſus Bononiam Salme-
ron, eum ad Inſtituti noſtri rationes officijs adduxit; at ſuo
Franciſcus exemplo, Benedictum Fratrem, & Annibalem
Codrettum Iuuenum par egregium. Reſiſtebat trahenti
dudũ Deo Benedictus, Parmæ & ipſe ſollicitatus ad ſequen- *Franciſci & Benedicti*
dum Lainium ac Fabrum. Iuuenilis libertas aliorſum duce- *Palmiorum vocatio.*
bat, reduxit angor animi; tum & Baptiſtæ Pezzani Sacerdo-
tis optimi, ac Iuliæ Zerbinæ ſanctimoniâ inclytę conſiliũ, &
diuinarũ ſub Hieronymi Domenecci magiſterio, rerũ com-
mẽtatio. Florẽtina & Neapolitana Miſſiones ſua ſimul Col-
legia protulêre. Piſanum præ Florentino maluerat Coſmi
Hetruriæ Ducis vxor, Florentiæ poni malebant & Dux, & *Collegium Florentinum.*
Ignatius maiori ſpe frugis. Ibi capita nouies mille Lainium 1551. 12.
ſimul audierant dicentem, ac reducentem ſacrâ Magdalenæ
luce Meretrices octo à conſuetudine peccandi. Pro Nea- *Neapolitanum.*
politano mira conſenſio Petri de Toledo Proregis, Hecto-
ris Pignatelli Ducis à Monte Leonis, Ioannis Caraffæ Mon-
torij Comitis atque aliorum. Tantam in ea maxima vrbe
Salmeron Lainiuſque ſpem fructûs oſtenderant. At quæ
iecerant

Annus Chriſti. Societ.

iecerant Peruſij, Mutinæ, Eugubij ſemina, ceu alto excepta ſolo, ſic lentè in Collegia effloruêre. Poſtulantium ſpem ciuium promiſſionibus alebat Ignatius; certus nulla ſurrigere, quibus operas ſufficere dignas haud poſſet. Germinauêre tamen ſingula in ijs vrbibus, Cardinaliũ totidem

1552. 13. adſpirante, immò inuitante beneuolentiâ. Igitur ad Fuluium Corneum Cardinalem & Epiſcopum Peruſinum, miſ-

Peruſinum. ſus eſt Româ Euerardus Mercurianus Rector deſignatus, ac Edmundus Augerius, & alij octo. Decas egregia, cui &

Mutinenſe. abeunti bene precatus eſt Pontifex. Mutinenſe Collegium impetrauit magna, & multa authoritas: Cardinalis Moronus, Ferrariæ Dux Hercules, Epiſcopus Senatuſque vrbis: principiò rexit Cæſar Auerſanus. Eugubinum autem Sancti Crucio poſtulante Cardinale ceptum, Tironem habuit Rectorem raro nimirum exemplo. Albertus hic erat Ferrarius. Additi ſeptem Socij ſunt; quos inter, Oliuerius Manaræus ad litteras Humaniores tradendas, & Baptiſta Velatus, qui vnus Concionatoris, Obſonatoris, Magiſtri partes cum laude geſſit. Sed animos tantos ſuſtinere ne-

Eugubinum. Diſſoluitur. quibat rerum penuria. Non domus, non Templum in eo vllum; aut cenſus; & quod miſerrimum, non ſpes vlla. Igi-

Lauretanum. tur ſolutum eſt, & Lauretanam ad Ædem poſtulante Car-

1554. 15. penſi Cardinale tranſlatum. Manaræus ibi Magiſter, Rector fuit hîc primus. Socij ibi ſeptem, hic primò quatuordecim, nec pôſt multo quadraginta. Fructuoſa migratio, & nobilitata prodigijs. In Patrũ, peregrinæ multitudinis noxas diuerſo idiomate ſoluentium capita, ſplendores apparuere de celo delapſi. Vlteriores progreſſus terriculis ſiſtere, conatus eſt Cacodæmon: domeſticis modò Æthiopis, modò Pauli Apoſtoli ſpecie, Rectori quoque atri canis ſpecie videndum ſe præbens. Sed Vrſulearum oſſibus Virginum & Ignatij abſentis precatione fugatus, penitus abceſſit. Iam

Huius Miſſiones. aduenientium cò frequentiam Populorum, & Belli ſtrepitus, & annonæ grauitas accîdit. Igitur, *cùm ad nos* (inquiunt Socij) *Populus venire fas non eſt: quin ad eos imus?* ſimul Maceratam Emmanuelem Gomium, Ioannemq́; Mortanium:

Fuluium

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Fuluium autem Androtium, Matilicam, Camerinum, Fabrianum, Meldulam; in alias alios Miſſiones diſpergit Oliuerius Rector, Cingulanam ſibi vltro reſeruans. At Senen- *Collegium Senenſe.* ſem Belli turbo, ceu maturas ſegetes acrior aura, tardauit, 1556. 17. idem ac poſt paullò in Collegium eduxit. Ad ſolandas captæ per Hiſpanos vrbis reliquias, ab Ignatio Socios Franciſcus Mendoza, Cardinalis Burgenſis petijt. Illac è Poloniæ redeuntem Ignatius deflectere Salmeronem iuſſit: moxq́; pro eo in Belgium per Pōtificem Paulum deſtinato, Hieronymus Rubiola & alij tres, Senas ab eo mittuntur. Paruus, ſed vtilis ciuium dolori, militum calamitati leuandæ manipulus. Contrà, Genuæ per Pacis quietem, Collegiū antè ſur- *Genuenſe.* rexerat, doctrinâ authoritateque Lainij. Adeo vt vnum ci- 1554. 15. uitas ipſa, alterum obtruderet Familia Sauliorum. Illud modò acceptum eſt, Thomâ Spinolâ alijſque locum & ſupellectilem ad ſcholas impigrè parantibus. Genera in eo Emporio contrahendi omnia iuſſit Lainius colligi; atque ad *Lainius Prouincialis Italiæ.* Theologorū examen diiudicanda referri. Alias alibi Miſſiones, & per eas Collegia meditabatur; Paſchaſio Broetto iam ſuffectus in Italicæ adminiſtratione Prouinciæ. Sed illas Germanica intercepit. Nam ipſe, & Hieronymus Natalis *Miſſio eius, & Natalis Auguſtam.* deportatis per Prouincias Conſtitutionibus in Italiam reuerſus, per Iulium III. Pontificem cum Cardinale Morono 1555. 16. mittuntur Auguſtam ad Imperij Conuentum. Vix eò ingreſſis, vitâ exit Iulius: vnus Romam cum Morono Lainius redit, per Marcellum Iulij ſucceſſorem à Miſſionibus vtique abſtinendus. Nam duos, qui perpetuò ſibi aſſiſterent Theologos, poſtulanti, eum Ignatius Olauiumque attribuit: Nec Marcelli mors breuis Lainium per Italiam ire, aut Theologicæ Summam Doctrinæ, Ignatij imperio ſuſceptam conficere permiſit. Hanc quoque interuenientia in dies magnæ mentis viro negotia ſucciderunt. Pariſienſem intereà Miſ- *Paſchaſij ex Prouinciali Miſſio in Galliam.* ſionem pro Italicis Broettus inierat, Fulginienſi, Monte-Politianâ, Rheginenſi, Fauentinâ, Ferrarienſi clarus. Hanc & duarum Energumenarum curatione, & Collegij deſignatione promôrat. Illarum altera per ſimplicis, & fidentis Deo

viri

Annus Chriſti. Societ. Collegium Ferrarienſe. 1554. 15.

viri Exorciſmos; per Pœnitentiæ Sacramentum reualuerat altera. Adeò & corpus ipſum peccata interdum Dæmoni adſtringũt. Collegij ſemina Ioannes Pelletarius extulit. Fructum verò in ſe præcipuum, & diu ab Sponſo Hercule Duce, & ab Galliæ Rege expectatum oſtendit Renata Francica, Catholicam ad Fidem à Pelletario conuerſa. Iaium quoque Bobadillam, Petrumq́ue Caniſium ab Italicis Germanicæ Miſſiones, neceſſitate pridem abſtraxerant: nec niſi per interualla, & fulguris inſtar repræſentauêre, Tridentino pendente Concilio Iaium Ferrariæ, Caniſium verò Florentiæ. Reſtituêre tamen penitus Bobadillam, liberâ vt ſolebat voce, in damnoſa Religioni Conſilia declamantem. Tutiùs in Italia Minorenſem, Phaliſcenſem, aliaſq́ue Diœceſes; Picenam item Ditionem, Sacrorum Inquiſitorum nomine, Lauretanum etiam Clerum Cardinali authore Carpenſi, & Cœnobia Virginum plurima luſtrauit. Par complurium aliorum in Miſſionibus ſedulitas & ſucceſſus. Silueſtri præſertim Landini ardor ingens & felix Malgrati, Fulginij, in Carfagnana, Corregij. Et Fulginij tanto impetu dixit in ciuis funere, vt domum regreſſæ à Templo fœminæ, fucos, vnguenta, odoratas aquas abijcerent in plateas per feneſtram, vanoſq́ue mutarent corporis cultus. In nundinas cœtuſq́ue forenſes inferebat ſeſe ad dicendum; ſemel in ſcurriles Aſſumptæ in cælum Virginis luce ſaltationes, Chorumq́ue omnem in Templum abduxit. Corregij autem, qualis quantuſq́ue! Arena gladiatoria illud magis erat, quàm Oppidum, quando totum in factiones diſtractum; & tot ibi Latrones, quot Ciues. Templa inibant armati. Quinquies iam & quadragies in cædem eruperant. Plures timebantur. Nam tempore, ceu arborum nodi, obdurcerant odia: triginta per annos ducta. Nec reprimere furorem potuerat Ferrarij Ducis authoritas. Potuit Landinus: auſus è ſuggeſtu Partis vnius Ducem de nomine cõpellere, & reconciliationem imperare præſenti. Ioannes Corſus hic erat. Qui Landini imperioſâ territus voce, gladium & genua abijcit humî; Pacem offerens, Pacem efflagitans.

Miſſiones Bobadillæ, Iaij, Caniſij.

Silueſtri Landini.

Inimicitiæ ſublatæ.

Pacem

Pacem ingeminat cœtus omnis, & ſinguli in mutuos amplexus, oſcula, lacrymas palàm concurrunt.

§. 2. *Sicula.*

VLtra Italiam, qui in ea erant Socij, citò lacertos tetendêre. Ac primùm Siciliam complexi ſunt opportunitate viciniæ. Vlteriorum tentamentis locorum, retrò inſeſſa Imperatores ſæpe firmarunt. Illuc aditum Cardinalis Carpenſis aperuit, in cuius tutela Agrigentum eſt. Iuit Romà Iacobus l'Hoſtius Belga, Ignatio mittente. Et Diœceſin illam luſtrauit, Drepani præſertim atque Bibone officia charitatis inſpergens. Ad ea latiùs fundenda, Hieronymus Domeneccus acceſſit Bononiâ in gratiam Ioannis Vegæ Proregis, & Eleonoræ coniùgis. Ad amplexum operamque iungendam l'Hoſtius Panormum venit. Sed reuocatus exinde Romam, atque hinc Louanium abiens Rector, & poſtulatus à Ciuibus, & ab Ignatio deſignatus, Bononiæ morbo extinguitur. Domeneccus interim Panormi, in Monte-Regali, Meſſanæ, totoque Regno mutabat in melius omnia. Vetus templis inambulandi, tum & infirmorum corpora priuſquam animos curandi, conſuetudinem ſuſtulit. Orphanis autem vtriuſque ſexus, & periclitantibus Puellis domicilia, Pueris vnam Catechiſmi Summam prouidit. Prorex omnia ſanxit edicto: qui primitijs adeò felicibus allectus, ad vberiores per Collegij molitionem fructus, animum intendit. Illi condendo petijt operas ipſe; miſit autem Ignatius Duodenas, Natalem Hiſpanum, Fruſium Gallum, Caniſium Belgam, Benedictum Palmium Italum, alioſque ſi non Gente, Prouincijs ſaltem inter ſe diuerſos. Vna aſſimulauerat Obedientiæ perfectiſſimæ ratio. Nam Ignatius iuſſerat omnes Romanæ domus Socios (ſex erant ſupra triginta) triduo ſecum expendere, vtrò quiſque magis inclinaret: Permanere in Vrbe, an in Siciliã ire: Huic aut illi miniſterio addici. Tum inclinationem ſuam ſcripto expreſſam tradere. Præſtitutâ die reſcripſêre omnes nullò ſe magis propendere. Globus in Tabula poſitus, & omnem adæquè in partem pendens, certiùs in ſcopum mittitur. Sic è Socijs

Iac. L'Hoſtius Agrigenti. 1546. 7.

Hieronim. Domeneccus Panormi.

Io. Vega Siciliæ Prorex.

Obedientiæ exemplum.

Collegium Meſſanenſe 1548. 9.

Annus
Chriſti. Societ.

è Socijs indiſcretè ad omnia promptis, duodecim in Siciliam deſtinantur. Fauſtâ precatione comitatus eos eſt Pontifex Paulus. Orationem ad eum habuerat Latinam Caniſius. Iam excepti Meſſanæ Socij, ſpem ciuitatis explevêre. Et adeo Collegij, cuius gratiâ venerant, gloriam extulere diſciplinæ quas tradebât, vt Senatus de eo in Academiá erigendo, litteras à Pontifice impetrarit. Adminiſtrari primùm tota per Collegij Rectorem debebat; tum dimidia tantùm pars, & altera per externos, Medicinæ Iuriſque Doctores. Totâ demùm obſtaculis euersâ, Collegium manſit. At pro

Panormitanum.
1549. 10.

eâ Academiâ vxor Vegæ Proregis Collegium Panormi condidit, Meſſanenſis vtilitate permota. Quiddam eò contulit Lainij præſentis authoritas. Ad luſtrandam Montis-Regalis Eccleſiam venerat Farneſij Cardinalis & Patroni voluntate. Hîc à Sanctimonialibus viſa eſt in facientis verticem Patris, Columba de cælo deſcendere. Primus Panormi Rector conſtitutus ab eo eſt Nicolaus Lanoius Belga, idem & Theologiæ Magiſter: Philoſophiæ Paulus Achilles, Italus; Rhetoricæ Ribadeneira, Hiſpanus; aliarum alij Artium è diuerſa gente. Iam extra Gymnaſium conſtituta Sodalitas gemina. Altera eorum, quæ Orphanis; altera, quæ carcere detentis ſuccurreret. Delectatus his officijs Vega Col-

Prima Domus Primæ Probationis, Meſſanæ.

legio Abbatiam de Cæſare Carolo impetrat. At Meſſanenſe Domeſticis acceſſionibus creuit. Inſtituitur hîc prima Tyronum domus à cæterorum conſuetudine ſecreta. Præſes eis

Corn. Viſhauæi induſtria.

& Cuſtos, Cornelius Viſhauæus. Idem ipſe & Adoleſcentularum ſolers Magiſter. Catenas, ex eius ore argenteas, fluere dixiſſes, quâ illarum plurimas Chriſto copularet. Eius alloquio abſtinebant ſe, quæ trahi nollent. Procaculæ tres accedere ſunt auſæ ad confitenda ei peccata. Coniuratio præceſſerat ne ſequerentur, ſi alliceret: quia mortalibus iam deſponſæ. Sigillatim captæ ſunt, & Confeſſione vix dimidiatâ ſingulæ; moxque ſe & pudoris florem Chriſto immortali conſecrant. In ſexum firmiorem Sociorum alij valuêre. In Sebaſtianum Anſalonium Benedictus Palmius. Illius fratrem à ſeptennio Papardus occiderat: & teneba-

tur

tur in vinculis, tortus haud ſemel, moxque damnandus. Annus
Familia vtraque Nobilis tota in odio & armis. Prima Ca- *Chriſti.* *Societ.*
pita in exilium acta per Indicem publicæ cædis metu. Me-
diator adhuc efficax nullus. Opportunè Palmius, & prin- *Inimicitiæ & ſimultates.*
cipiò neſciens internênit Feriâ ſextâ Hebdomadæ ſanctio- 1552. 13.
ris. Septem propè horas declamauerat voce, geſtu, lacry-
mis potens Orator. Idoneum ei telum, Chriſtus Cruci
fixus, erat in manu, ſed atro tectus velô. Et ipſum Palmius
brachijs ſuſpirijſque arctè complectens, exclamat haud
reuelatûm iri ab ſe eum, haud à populo ſpectandum, ni
emendare mores velit. Simul accenſas iubet Faces, per
Templum extingui. *Volumus, Crucifixum reuela*, vocife-
rantur, quiqui aderant, ac inter eos Anſalonius, tacitâ ac in-
terruptâ lacrymis voce. Sed æſtum non ferens, Famulum
nuntiare Palmio iubet facturum ſe quæ vellet. Quin moræ
impatiens, ante Famuli per denſam multitudinē acceſſum,
altè exclamat, *Faciam Domine quod voles*, & Anſalonium ſe *Per Bened. Palmium*
profeſſus, iniuriam Papardo dimittit omnem. Iam Cruci- *tolluntur.*
fixum Palmius retexit, facibus iterum accendi iuſſis. Deſ-
cendentem ſuggeſtu, Anſalonius brachijs ſtringit, atque in
Collegium ducit. Hîc reconciliationis publicum teſtimo-
nium dat, excipiente Scribâ. Reuocantur ab exilio conſan-
guinei, è Carcere & mortis limine Papardus, ſimultatibus
& metu Meſſana. Eiuſmodi Officiorum ſpe, Societati Col- *Collegia Montiſ-Reg.*
legia in alijs Siciliæ vrbibus Principes viri condidêre. In *Bibonenſe, Syracuſa-*
Monte Regali Alexander Farneſius Cardinalis: Bibone *num.*
Iſabella Petri de Luna vxor, eademque Proregis Vegæ fi- 1554. 15.
lia; filij item duo, Suerus Syracuſis, Ferdinandus Catanæ.
Sic è Parentum ingenio, Familia hæc omnis noſtræ faue-
bat. Monte-Regalenſe Collegium Bernardus Oliuerius, Bi-
bonenſe Eleutherius Pontanus, Syracuſanum, & deinde
Catanenſe Antonius Vinckius primùm rexêre. Meſſanenſe
pro Natali in Africam progreſſo antea rexerat. Societatem
verò Siculam omnem, Hieronymus Domeneccus cum
Prouincialis poteſtate.

Annus

Chriſti. *Societ.*

§. 3. *Africana.*

Vrbs Africa, quæ & Aphrodiſium & Leptis.

SIciliæ fretum Italica Societas, Vegâ inuitâte traiecerat. Biennio pòſt per Mediterraneum Mare eiuſdem ductu peruaſit in Africam. Vrbem huic Orbis Parti cognominem, (Aphrodiſium aliqui, Leptim appellant alij) tenebat Dragus Archipirata; Et erumpens, Italiam omnem terrebat. Miſſus eſt contrà cum claſſe, cumque Pontificijs, Melitenſibus, Hetruſciſque Triremibus Andreas Auria. Totius Expeditionis Imperator erat Vega: qui comitem accepit Lai-

Lainius.

nium, & militari Noſocomio præfecit. Lainij Socius, Mar-

1550. 11. tinus à Cornoſa. Quartâ die facta excenſio eſt: Sed obſidio in trimeſtre ducta, multiplicem Sociorum virtuti materiam dedit. Quin eam vltro quærebant, animorum vt corporum Medici, Lotores, Coqui. In humilibus hiſce miniſterijs Lainius præſertim excelſus apparuit; per hæc ſcilicet ad opportuna monita, & compendia æternæ ſalutis aſſurgens. Opitulabatur longè Ignatius, & indictis per Societatem omnem liturgiis ac prece; & impetrato militibus Afri-

Iubilæum in Caſtris.

canis de Pontifice Iulio, Sacri Anni Iubileo. In illud lucrum ſpiritale omnes à Lainio per peccatorum expiatione comparati incubuêre. Nam is ad ea officia ſolus reſtabat, Sacerdotibus morbo proſtratis. Et è Capuccinis Patribus quatuor, duos in cælum morbus, duos valetudinis gratiâ in Siciliam Prorex amiſerat. Iam irruptionem parantium militum, plurimi pecuniam & pretioſa quæque tradidêre Lainio ſeruanda. Et mirum interijſſe ex ijs neminem, perenntibus aliorum ſat multis. Expugnato demùm per vim Oppido, fidem cuſtodis ſui & felicitatem hortatoris omnes

De Lainio iudicium.

ſuſpexêre. Quos Præſidio inſiſtere iuſſerat Prorex, àb Lainio accepêre ſanctioris vitæ præcepta: at qui ſimul in Siciliam reuertêre, præcidebant eius tunicam Sanctimoniæ argumento. Sed Turca, Dracuti vindex æſtate proxima Siciliam ingenti claſſe cingit. Aphrodiſium tentaturus dicebatur. Illuc igitur ſuam præmiſit Prorex, Antonij Auriæ ductu. Comitem ſe vltro Natalis obtulit: conſcenditque cum Iſi-

1551. 12. doro Bellino Socio Prætoriam. Sed hæc cum triremibus

ſeptem

ſeptem tempeſtate demergitur. Imperitus natandi Natalis cum peritis arrepto fune in Saxum euaſit. Exiliens Bellinus, brachio per alterius triremis incurſum auulſo, eâ recipitur; vbi dolorem vulneris vincens conſtantiâ, & vectores ſermone erigens, cum eis omnibus, & naui hauritur fluctibus. Aphrodiſium tenuit Natalis, & operâ quadrimeſtri excoluit. Sed & adeo gratâ Ferdinando Proregis Filio; vt Aphrodiſio in Siciliam ſoluens, militari cuſtodiâ cauerit, ne ſimul is rediret. Sed eas ille inſidias antè præuerterat: maiorem in campum, Europam quippe omnem ad Conſtitutiones perferendas, ab Ignatio deſtinatus. *Hier. Natalis Aphrodiſij.*

§. 4. *Corſica.*

AD neceſſitatem Incolarũ ea Miſſio ſuſcepta eſt. Vitijs fœdè horrebat Inſula. Nec ijs eximius erat Clerus. Epiſcoporum ibi ſedes ſex, Epiſcopus à ſeptuaginta retro annis nullus. Parochi autem & pauci, & imperiti ac inertes. Magna in omni Ordine vt ignoratio, ſic incuria, obliuioque ſalutis. Langueant membra neceſſe eſt, quorum neruos altus torpor inſedit. Signum Crucis nonnulli, Dominicam Precationem, Angelicamq́; ſalutationem neſciebant plerique. Hinc corruptio morum inſignis, ſacrilegia, veneficia, ſuperſtitio, cædes. Itaque Inſpectores Apoſtolicos Senatus Genuenſis; cui ſubeſt Inſula, & Archiepiſcopus à Pontifice poſtularunt. Allegauit hic Silueſtrum Landinum & Emmanuelem Gomium, multis iam Miſſionibus nobiles. Et breui labem Populi reſtituerunt. Supererat vna Sacerdotum & odioſa curatio. Huius conſpectu, ceu nouaculæ infirmus, ſic illi exclamauêre. Litteras ad amicos per hominem emptum mittunt in Vrbem ad calumniandum Socios. Querimoniæ prætextus, arrogantia atque ſeueritas. Idoneus erat adminiſter iniuriæ, quia Hæreticus, & ob alia crimina vix non damnatus ad furcam. Et litteris conſentanea mentiens, ſuſpicionem ſaltem aliquam in Patres expreſſit. At Ignatius Sebaſtianum Romæum, Societatis veſtem ponere, & aſſumere communem iubet: atque ſic in Corſicam ire, omnia exploratum. Omnia laudis plena Romæus inuênit: 1551. 13. *Fœda Inſulæ facies.* *Sil. Landin. & Emm. Gom. labor fructuoſus.* *In eos calumniæ.*

Annus
Chriſti. Societ.

Refelluntur.

Mors Landini.

1553. 14.

uênit: & ab Inſulæ Præfecto, Magiſtratibus, viriſque grauiſſimis ea publicè conteſtata retulir, quæ Ignatij modeſtia premeret. Cõmendabatur Landini, & Gomij benignitas, prudentia, continentia, fructus. Anno hic toto collectus eſt, Indigenis ſeipſo iucundus, at Landini laboribus collabentis, morte peracerbus. Eius Cadauer Baſtię, humatum eſt. Memoria autem totâ viget Inſulâ: tum admiratio teſtificatioque virtutis per ſplendores circa viuentem ſępe conſpectos; tum & per effecta prodigioſè, vel longè prædicta.

Prodigioſa eiuſdem effecta.

§. 5. *Germanica.*

Claudij Iaij. Dilingana.

1546. 7.

Tridentina.

NVllæ alibi vel opportuniùs vrgebantur, vel importuniùs abruptę ſunt. Dilinganam promouebat Iaius, Tridentina intercepit, Concilio iam in eam vrbem coacto. Illuc eum Ottho Truchſeſius miſerat. Temporariam nauiſſimi Hominis abſentiam dolebant Sueui & Bauari, perpetuam ferè Romanorum Rex Ferdinandus effecit, Tergeſtinas ei Inſulas litteris obtrudens, adiuranſque vt admittat, ſi quidem Pontifex iuſſerit. Contrà Iaius ſuis Ignatium obſecrat, vt ingratam hanc iuſſionem auertat. Regi autem fortiter & modeſtè reſcribit, vt repulſam hanc boni conſulat. Sed hic eâ obſtinatior, Vrbani Labacenſis Epiſcopi ſermonem interponit. Vox viua litteris mutis efficacior eſt. Præſcriptus ſermoni locus Venetiæ. Huc ad colloquendum Vrbanus Viennâ, Ferdinandi iuſſu; Tridento Iaius acceſſit imperio Legatorum. Sed ſperatum Colloquij fructum, Iaij demiſſio atque conſtantia demùm oppreſſit. Ad Pontificem Paulum prouocat Rex, interpoſitu Iacobi Laſſi Oratoris ſui. Cardinales amicos Ignatio Solers homo & ardens occupat, tum aditus ad Pontificem omnes. Ad Deum primos ſibi precibus & ſacrificijs Ignatius fecerat: at nondum ſuî ſecurus, opportunam à Pontifice morulam impetrat Margaretæ Auſtriacæ operâ. Poſtridie in Cardinalium cœtu adigendus erat Iaius ad accipiendam dignitatem. Ignatius interim eruditis ſanè litteris animum Regis flectit, Laſſo mox ſcribentis, ne vltrà tenderet. Colonienſis Miſſio, Stationis nunc ſpeciem gerebat. Socijs vrbi affixis Keſſelius præerat.

Magna pro Tergeſtino Epiſcopatu ei tradendo contentio.

Miſſio Colonienſis.

præerat. Nam & in Diœceſim excurrere prohibebat Hæreticus Præſul Hermannus; & illi ſatis habebant operæ, contra huius violentiam cominus luctari. Alebantur in conductitijs Ædibus, Carthuſianorum benignitate Patrum & Hæreditate Caniſij. Qui auxilia poſtulaturus in Hermannum, Cleri & Academiæ voluntate, ad Leodienſem Epiſcopum primò; tum Ratisbonam ad Cæſarem excurrit. Eôdem & eiuſdem Hermanni cauſâ, paullò antè Coloniâ iuerat Bobadilla; qui & de eo dignitate mouendo ad Pontificem ſcripſerat. Motus eſt, & Pontificis & Cæſaris conſenſione: ſuffectus autem Adolphus Scauemburgicus, Hermanni antea Coadiutor. Diœceſis nunc omnis, Sociorum Miſſionibus patuit. Bobadillæ autem, Germaniæ Pars ingens, Cæſaris Caſtra ſectanti. Alexander Cardinalis Farneſius Pontificiarum Copiarum Noſocomio eum præfecerat. Tridentinam ad Synodum allegare decrêrat Rex Ferdinandus. At non in Caſtris minor quàm in Synodo eruditionis, & virtutis exercitatio. Morbum ac luem, à qua ſubitò ſanatus, inter infirmos; plagas, & vulnera inter conflictus excepit; Stylo quoque, & voce pro Religione dimicans. At Libellum, quem Interim dicebant, perſtringens, Germaniâ per factioſos abigitur. Miſſiones igitur Italicas repetit. Tridentinam init Caniſius Truchſeſij iuſſu. Tum breui Bononienſem Concilio illuc tranſlato; Dein eo ſuſpenſo, Siculam; ac vno pôſt anno, Germanicas. Ingolſtadienſibus ſuis Scholis Theologos è Societate tres poſtularat à Pontifice, Dux Bauariæ Guillelmus. Miſſi ſunt Iaius, Salmeron, Caniſius, qui & vota Romæ profeſſus, & Bononiæ cum illis Doctor creatus eſt: ac ferè Dilingæ à Truchſeſio ſeruatus ad docendum: quamquam de Dilingenſi Gymnaſio Socijs tradendo nihildum Cardinalis putaret. Caniſium vt alios duos, in præſens ei Bauarus extorſit authoritate Pauli mittentis. Sed mox eiuſdem interpoſitu, Bauaro Iaium Truchſeſius, Salmeronem Lipomanus Veronenſium Antiſtes. Horum hic neceſſitatem; Auguſtani Cleri, & Conuentûs Principum proximè habendi negotia Truchſeſius

Paulo

Annus *Chriſti.* — *Societ.*

Caniſij Leodia.

Eiuſdem & Bobadillæ Ratisbonenſis.

1547. — 8.

Bobadillæ Caſtrenſis per Germaniam.

Rurſum Italica.

1548. — 9.

Caniſij Tridentina Bononienſis Sicula Ingolſtadienſis item ipſius, & Iaij, & Salmeronis.

1549. — 10.

Iaij Auguſtana Salmeronis, Veronenſis.

Annus Chriſti. Societ.

Pro quibus Nic. Gaudanus, & Petrus Schorichius Ingolſtadij.

Paulo inculcarat. Cathedras vix anno inſederant, Salmeron Apoſtoli Pauli, Iaius Dauidis, Interpretes. Pro illis Nicolaus Gaudanus Patauio, & Petrus Schorichius ad Caniſium acceſſêre iam & Magiſtri ſententias explicantem, & Rectoris Academici fungentem munere præclarè. Pro-Cancellarium eum Doctores Laici poſtulabant, ſpe eius perpetuò fruendi. Perpetua quippè ea dignitas. Sed alias ei Miſſiones viri Principes offerebant. Saxonicam Phlugius, Naumburgenſis in Miſnia Epiſcopus; Tridentinam Eiſtettenſis & Friſingenſis; Viennenſem Romanorum Rex Ferdinandus, excitato iam in ea vrbe Collegio. Et illuc Nicolaus Lanoius Rector è Sicilia cum alijs decem in Italia collectis aduenerat. Ingolſtadio autem Schorichius, & Auguſtâ Iaius, in eius Vrbis Conuentu dignè verſatus. At pro Caniſio Gaudanoque Ingolſtadij reſtantibus, acris Ferdinandum Regem inter, & Albertum Generum (Guillelmus enim Bauarus diem clauſerat) & diuturna contentio. Commodandos tamen Regi, dum Ingolſtadienſis Collegij res matureſceret, Pontifex Ignatiusq; cenſuêre. Hac ſpe ſolati ſunt mœrorem Ducis: qui abeuntes viatico inſtruxit haud neceſſario: nam Rex Viennâ obuiàm Aulicum è ſuis vnum miſerat, qui eos adduceret. Profectio Populis Auſtriæ perquam opportuna: quia opis maximè egentibus, & Iaium breui amiſſuris. Vix in Auſtria decimus aut trigeſimus quiſque immunis erat ab Hæreſi. Totam Lutherana lues, ceu vineam maligna & peſtilens aura, corruperat. Quinto antè Iaij obitum menſe cum Gaudano Caniſius aduênit, quaſi ſucceſſor. Nimiam ille morum luxuriem reſecabat, prolapſos erigens, ſolutos aſtringens, & indefeſſè affundens ſuccum priſcæ probitatis, quando collectâ per tot labores tabe conficitur. Extinctum proſecutę Academię ſunt: Viennenſis magnifico funere ad Templum vſque S. Nicolai, in quo conditus eſt. Ingolſtadienſis publico & illuſtri Cœnotaphio. Angelum Dei, ſanctimoniâ, eruditione, prudentiâ; Catholicorum autem Patrem vigilantiâ, comitate, charitate vulgus eum dicebat. Caniſius autem Germaniæ Apoſtolum

Collegium Viennenſe.
1551. 12.

Caniſij & Gaudani Miſſio Viennam.

Iaij illîc obitus.
1552. 13.

ſtolum, ei & hac glorioſâ appellatione, & indole, & officiorum obuentu perſimilis. Catechiſmum certè ſcripſit, quem Ferdinandus, & inſuper Theologiæ Doctrinæ Summam, atque Inſtitutionem Parochorum Iaio impoſuerat. *Libri pro Catholicis.* Summam aliquò vſque ab Iaio prouectam, in Lainium; Inſtitutionem, in Fruſium Ignatius, ita Caniſij modeſtiâ poſtulante, tranſtulit; ſed ſuam neuter Partem abſoluit. Non Lainius, curâ multiplici, ac poſtremò Societatis vniuerſæ; non Fruſius, cita morte, prohibiti. Abſoluit Caniſius, *Caniſij labores.* & per varia quæ Iaius in Scholis, Templis, carceribus munia occeperat. Euergumenam à criminum & inſidentis Dæmonis, & morbi quoque vinculis Caniſius abſoluit: Rori à peccatis, plurimos; quippe in Agreſtes Parochias (trecentæ Paſtoribus viduæ cenſebantur in Auſtria) vtiliter excurrens. Ita refloreſcenti iam vineæ Chriſti, affigere cultorem hunc ſolertem & ſtrenuum putarunt Rex & Legatus apud eum Pontificis, Hieronymus Martinengus. Epiſcopatus vacabat Vienneſis, Friderici Nauſeæ fato. Ei intrudere Caniſium volunt: & Legatus acri, ſed vano ſermone hortatus eſt ad acceptandum. Itaque apud Ignatium *In Epiſcopatum Vienn. reluctatio.* queſti ſunt, de Caniſij acriùs repugnantis contumaciâ Martinengus, de huius violentiâ Caniſius. Pro hoc ſententiam Ignatius tulit. At Legatus & Rex ad Iulium Pontificem prouocant, & Caniſio vt dignitatem imperet, eiuſdem Iacobi Laſſi operâ contendunt. Repugnantis quoque Ignatij arbitrio rem Iulius omnem reliquit. Et ille Adminiſtrationem *Eius Adminiſtratio ad Annum.* Epiſcopatûs, & in Annum modò, & extra pecuniarias rationes languenti angoribus Patri demùm imponit. Hoc ſaltem concedi debuit Iacobi moleſtijs, & meritis amiciſſimi Regis. Sed feliciſſima Caniſij adminiſtratione delectatus, veteres pro aſſerenda ei dignitate, controuerſias ſub nouo Pontifice Paulo, & eius nominis Quarto integrat. Ignes ſemiſopitos facilè vehemens aura reſuſcitat. Talis erat Caniſij fama è bene factis, quotidie maior. Sed Rex, *Noua pro eodem moleſtia.* Patris miſertus, angoribus eius indulſit, quod meritis debitum putabat: & ad Laſſum, vt negotio apud Pontifices diu

Annus
Chriſti Societ.

tracto abſiſteret, ſcripſit. Et pertinaciter vrgendi, cauſas alias ſuper alias ſuggerebat Caniſius rebus, quas omnes proſperè gerebat, Gymnaſij Viennenſis Præfecturam, Decani Academici, & Concionatoris Regij, & Rurani munus. Adeò iam Auſtriacus Canis vocabatur glorioſo conuitio. Quamquam non in Auſtria modò, voce, conſilijs, operâ agitabat Hæreticos, ſed longè etiam ſtylo, & ſalutaribus librorum morſibus, & confecti iam Catechiſmi tot

1554. 15.

Caniſij Catechiſmus.

eos allatrans linguis, quot publicatus prodijt. Ferdinandus Romanorum, & Philippus Hiſpaniarum Reges, Louanienſeſque Doctores publico eum approbauêre ſuffragio, vetueruntque Reges alium in Scholis per Ludimagiſtros Pueris ad diſcendum proponi. Primæ Editiones nomen Ferdinandi gerebant, quo Auctore ſcriptus eſt; Dein aliæ, Scriptoris ipſius, qui poſtea Epitomen è maiori opere decerptam teneræ obtulit ætati. Nunc autem Septemtrioni

Preces in Societate perpetuæ pro Septemtrione.

Hæreſibus corrupto, perpetuam abſentium quoque Sociorum opem de Ignatio impetrat. Sacrum hic vnum Sacerdoti cuique, certas preces cæteris in ſingulos menſes indixit. Et perſeuerat etiamnum in vtroque Orbe ea opitulatio à Caniſio dudum procurata. Ita Germaniam ſuſtinenti

Caniſius ad diuerſas Miſſiones aduocatur.

Miſſiones, & Collegia Præſules diuerſi proponunt: Tranſyluanicam, qui in turbatiſſimâ Hæreſibus, & Bellis Prouinciâ erat vnicus; Hungaricam Strigonienſis; Sileſiticam Vratiſlauienſis, Polonicam & Lithuanicam Varmienſis, Staniſlaus Hoſius eruditione, & religione, pòſt & purpurâ inſignis. Caniſio eum conciliarat Martinus Cromerus Hiſtoriæ ſcriptor, & Sigiſmundi Auguſti Poloniæ Regis ad Ferdinandum Legatus. Quem Viennæ Caniſius conſiliorum ſolertiâ mirè affecerat. Iam autem earum occaſione Miſſionum, Moſcouiticam inſuper, Scythicam, Sinenſem ab Ignatio poſcebat. Ad Ingolſtadienſem contrà repoſcebatur à Scouuikero Alberti Bauari Legato, Romam illius gratiâ miſſo. Sed ad Pragenſem aſſeruabatur à Ferdinando & poſſeſſionis iure, & ſponſione Collegij in Regia Boëmiæ Vrbe condendi. Aſſenſus Ignatius eſt, perpetua Religionis firmamenta

menta temporarijs præferens. Quamquam, & Collegium Ingolſtadij Bauarus, ſed multis Academicos inter, & Socios implexum tricis parabat. Ita largus in externos Caniſius, haud anguſtus in Fratres extitit. Theodoricum Coloniâ Viennam à Keſſelio miſſum, vitæ quoque genere Germanum fecit, iuſſitque Romam ad Tyrocinium pergere. In Othone, & annis, & indole haud ſatis maturo perdidit operam. Pomorum vt quodque maximè ſerum, ita maximè acidum eſt, & nunquam vel ſerò miteſcens. Tum Pragam adulto iam vere; Ingolſtadium perrexit Autumno. Eum, quem non antea litteris, Auguſtæ nuper in Conuentu præſens Bauarus à præſente Ferdinando expreſſerat. Collegium Ingolſtadij in Academię veteris Parte cœptum eſt; Pragę, in Cœnobio Sancti Clementis. Româ vtroque aduenêre Collegę, fauſtâ Pontificijs Pauli IV. precatione muniti. Ingolſtadium octodecim, quos inter Ioannes Cuuillonius Theologus nobilis, & Thomas Lentulus Rector. Pragam vndecim cum Vſmaro Goſſonio per viam duce, pòſt Collegij Rectore. Viennenſe iam anteà Collegium, ab Parte aliqua Cœnobij Dominicanorum Patrum, ad propriam ſedem erat tranſlatum, feruebatque in vmbilico Vrbis, officijs litteraturæ, & Probitatis. Ea accendebat Lanoij Rectoris egregia Doctrina, & ardens in milites Italos poſt Chriſtianorum in Hungaria cladem, & ſtratos lue ciues charitas. Haud paucos, fidens Deo vir, ſolâ manûs impoſitione ſanauit. Itaque in Prouinciam coguntur ea Collegia, cui Caniſius, & inuitus pręficitur. Colonienſis ſedes alienis ad hunc annum rebus creuerat magis, quàm ſuis. Alieno alebatur atque habitabat. Collegium Neomagi Caniſiorum Patriâ, & Geldrię vrbe, tentarat Keſſelius, in illorum materteræ ædibus, & è collatitio quorumdam Ciuium cenſu. Ædes Virgo, ſupremo affixa morbo ritè, & adeo iucundè donauerat, quaſi beneficium accepiſſet. Emerat quoque fratris donationi obnitentis, pretio nec paruo, conſenſum. Sed hunc abacto Vrbe Keſſelio, Magiſtratuum primi per vim, nec inultam reſcidêre. Nam breuî duo Conſulis

Theodoricum fratrem Socijs adiungit.

Excurrit Pragam, & Ingolſtadium.

Vbi Collegia.

1556. 17.

Caniſius Germaniæ Superioris Prouincialis.

Neomagenſis Collegij ſpes deperit.

Annus Chriſti. Societ.

Filij, mutuis vulneribus cecidêre, tum celeri morte Conſul ipſe, & Senator quidam maximè nobis infenſus. Feliciùs & ſerò, Colonienſe, quod Trium Coronarum vocant, Gymnaſium, Sociorũ adminiſtrationi magis, quàm proprietati attributum eſt. Expulſo eius Præſidi Lutherano, quem ſufficerent, non dubitauêre Ioannes Gropperus mox merito ſuo magis quàm voluntate Cardinalis, Gerardus Amontius Carthuſienſium Prior, Euerardus Vilichius Carmelitarum Prouincialis, & Ciuium primi. Cuique in oculis erant Keſſelij in vrbem officia; reſtituta per Pœnitentiæ Sacramentum haud paucis animorum, & corporum ſalus; ac nuper Sociorum ſtudia in Incolas peſte contactos. Itaque Collegij Præfecturam Keſſelio, & tribus ad docendum Româ ſubmiſſis, Henrico Dionyſio, Franciſco Coſtero, & vni præſertim Ioanni Rhetio quia ciui, Senatus contulit. *Colonienſe ſuccedit.*

§. 6. Belgica.

PAucæ admodũ fuêre. Et improuidè inſitionibus oneres Arborem nondum & radicibus firmatam, & ſuccos ſibi ſufficientem. Talis erat Belgicæ Societatis Decuria, tota Louanij numero quàm peculio, grauior; ſparſa in conducticias Cornelij Vishauæi Ædes, & alias in Vrbe diuerſas: victitans autem Teneramundani patrimonio Danielis. Sed omnes in vnam domum coire iuſſit Ignatius: & Cornelium communibus ſuffragijs Præſidem lectum, euocat cum Antonio Vinkio Romam. Nam ab Academicis, & conſanguineis Iuuenum quos ſibi adduxerat, Cornelius vir mitis duriſſimè habebatur. Pro eo autem Petrum Gillonium Rectorem dedit; quo mox, & in Vrbem vocato, Iacobum l'Hoſtium. Eum ciues optarant. Sed & ipſo Bononiæ (dum è Sicilia Louanium tenderet) extincto, Adrianum Adriani. Reconciliauit hic officijs Aduerſariorum pleroſque. Amicos autem deuinxit arctiùs, & Henricum Baxium, Diui Michaëlis Parochum, arctiſſimè. Iungi etiam domo Henricus voluit, Socios in ſuam, & ampliorem transferens, & inuitans ad Templum ad officia religionis. Hinc operam in ciues ſuam protulêre; maximè Adrianus, Scholas frequentantibus

Louanienſis.
Socij in ea Decem.
1547. 8.
Multi eius Rectores.
Et Domicilia.

bus cæteris. Nicolaus autem Gaudanus Doctor, & Socius, Bergopzomium vſque ſe extendit diſſitam ſatis vrbem. Sed eam concionibus accendens, ſimul & Daniel, & Nicolaus Lanoius, & alij alijque Romam accerſuntur, in Prouincias quippe ſpargendi. Sed & ſublenaturi Societatem Belgicam, quæ pluribus pullulabat, quàm alere poſſet. Et erat ipſa iam quoddam vniuerſæ Seminarium: cuius, vt multarum Arborum fœcunditas; Procellis creuit. Earum Authores illi, qui ſibi incommodare eam putabant. Inter cæteros, Philoſophiæ Magiſtrorum aliquis ob Iacobum ſibi Diſcipulum; & ingenij prærogatiuâ cariſſimum: Societatis autem candidatum feruentem, & obtinendæ cauſâ, noctu Coloniam Louanio digreſſum. Adduntur per Adrianum Condiſcipuli è Societate duo, ſcholâ per eumdem Magiſtrum, velut in iuuentutis per eos corruptæ pœnam, extruſi. Quartum, & ſponte, adiunxit ſe Otho Briamontius, Inſtituti eiuſdem cupidus. Hic cum Iacobo Coloniâ Viennam vſque celerrimè perrexit inſequentes fugiens. Nec aſſequi eos Othonis Pater potuit; aut retrahere de via litteræ Adriani perlectæ. Reuocabat is eos, quibus haud reuerſis; datur in carcerem, vnde ipsâmet die eximitur. Authores alij Procellarum, Curiones aliqui, graui edicto ne ſui apud Ieſuitam peccata ponerent. Adrianus ea voce notabatur, in illis ſoluendis apprimè ſolers. Iniuriam ei illatam vtramque Cancellarius Tapperus magnâ libertate compeſcuit: & eius Profeſſionem palàm excipiens, eiuſdem innocentiam, & Societatis dignitatem atque vtilitatem magnifico ſermone conteſtatus eſt. Pro eodem Adriano & Brouershauius Academiæ Rector in Iuuenum Magiſtros & conſanguineos inuectiuam; & Georgius ab Auſtria Leodienſium Antiſtes, ſententiam dixit. Ei tum temporis Louanium in ſacris ſuberat. Iam Adrianus innocẽtiæ ſuæ præſidio Societatem promouebat, augebatque præſtantium acceſſione Iuuenum, Cornelij Croci, Franciſci Coſteri, aliorumque. Regia authoritas deerat. Abſque hac, nec Societas, neque Cleri Pars vlla, obtinere fundorum dominium poterat. Libellus pro impetrandâ

Annus Chriſti. Societ.

Miſſio Nic. Gaudani Bergopſomium.

1548. 9.

Vexationes Louanij.

Adrianus ab Adriano Rector in Carcere.

Abſoluitur.

Conatus pro admittenda per publicam authoritatem Societate.

1550. 11.

Annus
Chriſti. Societ.

trandâ vnum abhinc annum, oblatus fuerat Mariæ Sorori Cæſaris, Hungariæ olim Reginæ, pôſt & diu adminiſtratricis Belgij pro fratre. Teſtimonium rogata, præclarum dederat Louanienſis Academia, & Brouershauius vltrò atque Tapperus: Quin & Haſſelius Doctor litteris Tridento (vbi pro Rege Synodi rebus intererat) ad Belgas amicos datis, & Ludouicus Bloſius Abbas Lætienſis ad

More. præcipuos Aulicorum, maximè ad Viglium Regij Concilij Præſidem Bruxellis. Sed in officioſas tantùm Reginæ procraſtinationes, authoritas hæc omnis euanuit. Suſpecta no-

Miſſio Tornacenſis. uitas eſt apud inexpertos. Et de nouo Ordine noſtro præ-

1553. 14. iudicium alebant aduerſariorum calumniæ. Ad has in Wallonicis quoque Belgij Prouincijs refellendas, Tornacenſem Ignatius Miſſionem inſtituit. Idoneos ad eam homines Deus diuerſis ex cauſis obtulerat, Bernardum Oliuerium Valetudinis per patrium cælum recuperandæ neceſſitate; Quintinum autem Charlartium opportunitate Sacerdotij quo, quamquam Socius etiamnum fruebatur Canonicus Tornaci in Deiparæ Virginis Æde primariâ. Accedebat &

1554. 15. vtilitatis ſpes, ex famâ pridem ibi per ſalutaria conſilia, & effuſam in egentes quoſque liberalitatem collectâ. Præbiturus ipſe Socijs erat, & Domicilium, & ſumptum. Quamquam & manum præbuit ac vocem vir opere promptus, & in euoluendis Catholicæ veritatis nodis expeditus. Quos Conſcientiarum appellamus, in Collegij Romani Scholis nuper euoluerat. Ei ab ipſa Italia comes collaborabat Tornaci Antonius Bouclerus. Et recuperatis breuî Anthoignij (Hannoniæ oppidum eſt) viribus, finitimam illam, & fre-

Bern. Oliuerij. Quint. Charlartij. Ant. Boucleri Labores Tornaci. quentatam Hæreſibus vt mercibus vrbem init Bernardus. Statio hîc prima S. Magdalenæ Templum Parocho inuitante. Anguſtũ illud, & à publicis cœtibus & aduerſariorum obtrectationibus ſecretum. Lippientibus oculis intutè offeras lucem è proximo. Sed dicentis ad Populum Bernardi ſplendor citò prolatus eſt. Confluebat Auditor vel à millibus quindecim; & denſitate ſtrati nõ pauci atq; exanimes, ſubmoti ſunt concione. Pleroſque alliciebat primùm ſuaui-

tas

Annus *Chriſti.* *Societ.*

tas dictionis, tum verò vehementia abſtrahebat ab Hæreſi, & conſuetudine peccandi. Illam multi, hanc plurimi impellente Oliuerio poſuêre. Reſipiſcentes Quintinus Antoniuſque à peccatis toto manè ſoluebant: à meridie excurrebant in Pagos. Ita Roberto Croio Antiſtiti gratiores erant 1555. 16.
in dies: & Clerus quoque primario in Templo Sacellum ſuo Collegę ad functiones commodauit. Vberiorem ex hoc ampliore campo ſperatam animarum meſſem, lues intercidit. Quintino primùm inſpirata eſt, ſcelerum peſtem in eo Sacello per exomologeſim pellenti. Præſentiſſimum venenum ſenſit, & domum regreſſus, contagionemque præcauens, accurrentibus nuntio Socijs obdidit peſſulum: Sed 1556. 17.
opitulandi ardore irrupêre certã ad necem. Poſtridie ille inter horum manus extinguitur: triduò pòſt Nicolaus Guiſius Tyro, hebdomade demum quartâ Bernardus. Bouclerus, quamquam & ipſe lue correptus, ad ſucceſſionem reſtitit. Ad hunc vnum redacta erat tertia huius nouellæ Prouinciæ Pars, è Louanienſi, Colonienſi, Tornacenſi Domicilijs per Ignatium nuperrimè conflata, ſub Germaniæ Inferioris appellatione. Quiddam enim à Philippo Rege, præquam à Maria Regina ſperauerat, ad Societatem in Belgio firmandam. Hoc Filio Regi, & Regna omnia Bruxellis ſuperiore Anno ceſſerat Carolus Cæſar: & ad Regem Ignatius miſerat Româ Petrum Ribadeneiram ſuis, & Ferdinandi Romanorum Regis litteris inſtructum. Rogabatur ijs Philippus vt Societatem ſineret in Belgio priuilegijs vti, & Natalium iùre donaret. Conſentaneè eum Hiſpanico ſermone allocutus erat Petrus Antuerpiæ. Accedebant & graues Patroni, Maria Philippi Soror Boemiæ Regina, inde in Belgium ad ſupremum vale Carolo Patri Hiſpaniam cogitanti dicendum profecta; Gomeſius item Figueroa tunc Comes, mox Feriæ Dux, Ludouicus quoque Bloſius & alij amicorum: ſed & æquè acres aduerſarij, & Viglius Præſes acerrimè, ex inani Priuilegiorum metu, & cautionibus in multas ætates timidè proiectis. Fruſtra, breuis & imbecillis æui homines, longiſſimè prouiſionem tendimus: ſæpe nimirum

Placent Epiſcopo & Clero.

Obeunt lue Charlartius, Oliuerius, Nic. Guiſius.

Prouincia Germaniæ Inferioris inſtituitur.

Ribadeneira in Belgio.

Pro admittenda in Belg. Societate noui conatus.

Annus Chriſti. Societ.

mirum falſi vel earum euentu rerum, quæ iuxtà ſunt. Sed quod Ignatius, adhuc inter viuos ipſe tentauerat, mox inter Beatos receptus, efficiet.

§. 7. *Gallicana.*

Pariſienſium Sociorum res tenuis.

EA vnica, & Pariſijs erat; Louanienſi plurima ſimilis. Quippe ſub alieno, & anguſto Gymnaſij Longobardici Tecto; multorumq; ſucceſſione Præſidum, Pauli Achillis, Ioannis Baptiſtæ Violæ, Paſchaſij Broetti; numero quàm ære ditior, & in ſtudia litterarum magis, quàm in publicas aliorum vtilitates intenta. Denique aduerſis exercita.

1548. 9. Tot moleſtiarum præcipuas Guillelmus à Prato Claromontanus Antiſtes lenijt: Socios vniuersè octodecim ſuas in Ædes, quæ in Platea citharæ ſunt, abducens. Sumptumque ſuggerebat, ſed voto parciùs. Tum verò Litterarios cenſus annuos, (Burſas appellant) Socij reſignauere, & concolorem, quique aſſumpſere veſtem. Simul & ab Carthuſianorum Templo, in Benedictinorum Sacellum tranſtulere ſe ad confeſſiones peccatorum audiendas, & alia officia pietatis. Ab Sancto Germano Pratenſi illis nomen, & fructus effloreſcens, præquam antea vberior, pariter ad vtrumque ſexum, adeoque ad mulieres (quæ Carthuſianorum Templo arcebantur) pertinuit. At exiſtimatio Societatis iam multò auguſtior, Profeſſionem palàm Violâ faciente, ſacris autem operante S. Genouefæ Abbate, Claromontani Epiſcopi nomine tum præſentis, ac Liturgiâ ob inualetudinem abſtinentis. Tum demùm religioſi habiti ſumus: nec multò pòſt natalium Iure ab Henrico II. Rege donati. Illud nobis Carolus Cardinalis Guiſius, mox Lotharingicus impetrarat, conciliatus ab Ignatio Romæ, & vltro ſe nobis Patronum offerens. Sed præcociſſimi fructuum, vel ſuo ipſi pondere, vel ſucci penuriâ labuntur. Sic Ius illud præcox & maius quàm ſuſtinere infirma Societas poſſet, inutiliter concidit. Caducum erat certè, Senatuſconſulti Lutetiæ ſupremi defectu; & hoc petere auſus in præſens Viola non eſt, quia de repulsâ certus. Quin per bellicos tumultus familiam ſuam minuit, Socijs nouem Romam amiſſis.

In Claro-montani Epiſcopi Æde migrant.

Sed & in Templum S.Germani in Pratis.

1549. 10.

Natalium iure donantur ab Henrico II.

1550. 11.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

amiſſis. Inter hos Euerardus Mercurianus, Eleutherius Pontanus, Oliuerius Manaræus. Pòſt confidentior Viola Priuilegium vrget Regium, Collegij Lutetiæ fundandi: & aſſenſum obtinet Priuati, vt appellant, Concilij. Cancellarius contrà, Socijs infenſus, pro appendendo Litteris Signo maiorem & more, & eorum peculio Summam efflagitat. Genus repulſæ ſpecioſum. Sed is mouetur, alias ob cauſas, officio; & ſubſtituitur alter, amicus ipſe noſtris, qui minimo ſumptu ſignum appendit. Hactenus conciliauerat omnes Lotharingicus, at Senatum Pariſiẽſem ſupremum haud 1551. 12.
item. Multa hîc ſimultas. Ad illum tamen, alteram Regis iuſſionem obtinuit. Eâ Senatus acceptâ, Inſtituti & Priuilegiorum cognitionẽ, Theologis Sorbonæ Magiſtris & Epiſcopo Pariſienſi delegat. Hic ſubitò prohibitionibus, illi Cõuentibus animos in Societatem ſuos prodidêre. Nam hanc Epiſcopus abſtinere curâ animarum iuſſit, dum poteſtati ſuæ vltro ſe ſubmittat. Itaque in Agros, & Senonenſem maximè Diœceſim, Robertus Claiſſonius excurrit; Paſchaſius autẽ (qui nuper pro Violâ infirmo) Ferrariâ cum Ioanne Pelletario venerat, & alij Sociorum, itare ſed clàm ad Carceres, Noſocomia, & Cœnobia Virginum. Iam Theologi quarto ad Sorbonam Conuentu noſtrum & Inſtitutum, & 1554. 15.
mores infami notant cenſura. Simul veluti edito ad dimicandum ſigno, ita certatim de ſuggeſtis, Cathedris, Circulis Socij, Scommatum, execrationum coniectione appetuntur. Ab Epiſcopo autem, Interdicto graui, ne Sacramenta curent, aut diuinam faciant rem, Anathematis pœnâ propoſitâ. Paſchaſius ad Pontificem prouocat, & vi cedens tantiſper, tantùm in Æde S. Germani, quæ haud Epiſcopo ſubeſt, ſacrum celebrat. Amici iam metu deſeruerant iniuſtè vexatos, & gloriabatur Rex ſibi, & Cardinali Lotharingico eorum Patrocinium eſſe relictum. Deſertuos autem ſe nunquam. Cenſuram Ignatius noluit à Scrip- 1555. 16.
torum noſtro quoquam refelli. Tantùm Romæ, eò Lotharingicus cum Sorbonicis aliquot cùm adueniſſet, inſtitutum ſuper ea Colloquium eſt. Aderant ex illis, quatuor; è

Euerard. Mercurianus, Eleuth. Pontanus, Oliuerius Manaræus, &c. in Italiam abeunt.

Obſtacula circa Inſt. Natalium.

Acre Sorboniorum in Soc. Decretum.

Interdictum.

Rex & Card. Lotharing. Patroni Soc.

Decretum Romæ benignè confutatur.

Annus Chriſti. Societ.

noſtris totidem, Lainius, Olauius, Polancus, Fruſius: pro quibus, in Sorbonicos haud diu repugnantes, ſententiam Cardinalis tulit. Et ad cæteros veritatis perdocendos, Diſputationem totam Olauius ſcripto explicatam Pariſios miſit. Interea Claromontanus Antiſtes nutantem ibi ſedem, aliâ Billomi adſtructâ fulcire auſus eſt. Metus erat ne illam hàc nouâ proſterneret, irritatis eo conatu aduerſarijs. Et præter ſpem facinus bene ceſſit, eò Claiſſonium ab ipſa Lutetiâ ſecum abducenti. Adſtipulatus eſt Clerus, & Senatus, traditâ Societati Academiâ, & areâ ad Collegij primordia, & parte vectigalis ad victum. Acceſſêre ex Italia mox Hieronymus Baſſius Rector, & Petrus Canalis, pòſt autẽ Viola cum manipulo Sociorum. Præterquàm Theologia, omnes ſimul tradi ceptæ ſunt Diſciplinæ, Epiſcopo iucundè ſpectante conatus ſuos, quàm lentè Pariſijs, tam properè Bellomi ſuccedere. Quamquam & illuc felicitatis particula peruênit, tradito demùm Socijs Ædium iure, quas idem Epiſcopus olim ibi donarat. Miſſionem quoque Auenionenſem, Pontius Gogordanus & Iulius Onofrius Româ ſuſcepêre, abducente Cardinali Carpenſi eius vrbis Legato. Et meditabatur hic ibi Collegium condere. Sed Iulij III. ac ſubinde Marcelli II. Pontificum fato, conſilium Legati concidit.

Miſſio Billomenſis.

Vnde mox Collegium. 1556. 17.

Miſſio Aueniouenſis.

§. 8. *Hiſpanica.*

APerta Miſſionibus maximè fuit Hiſpania. Eas nulla ibi Hæreſis prohibebat; aduocabat autem deſiderium Chriſtianæ virtutis. Sed ad earum firmamentum, Aduerſorum obſtacula non defuêre. Aulicam Valliſoleti adminiſtrabat per ſe Araoſius, quamquam & ſimul Prouinciam regeret, admodum nuper ab Ignatio è domicilijs quinque conflatam: Barcinonenſi, Valentino, Gandienſi, Valliſoletano, Complutenſi. In ſingulis Socij ferè Deni. Per labores morbum ille contraxerat; abijtque valetudinis gratiâ Barcinonem. Vix confirmato, Catalaunica per Principem Philippum ei iniungitur ad reformanda Cœnobia Virginum. Eâ præclarè functus, inijt poſtea Romanam cum Strada,

Prouincia Hiſp. 1547. 8.

Domicilia quinque.

Miſſio Catalaunica.

Strada, Ouiedo, Mironio, ad Conſtitutionum examen. Eós ducet Franciſcus Borgia, Societatem breuí initurus. Eam, in Franciſcanos ſatis aliàs inclinato & Deus ipſe interno admonitu, & Franciſcanus quidam, Dei conſilium inter ſacrificandum ſciſcitatus, ſuggeſſerant. Vota autem clàm Gandiæ profeſſus eſt Pōtificis Pauli aſſenſu; retinens ad tres omnino annos, & nitidam veſtem, & rei tum domeſticæ, tum Catalaunicæ adminiſtrationem. Maturanda fuerat ſolemnis eius Profeſſio, quando iam de eo in Philippi Principis Oeconomum aſſumendo agebatur. Ipſe interim Salmanticam Sociorum vexatione turbatam euocauerat è Luſitania Stradam, & tandem impetrauerat à Rege. Sed eum Valliſoleti pro Araoſio, Legatus Poggius & Cardinalis, ad conciones attinuit. Moræ pretium, Ædes propriæ Socijs à ciuitate donatæ. Additur & habitationis quiddam à Poggio. Salmanticenſem nouiſſimè Miſſionem Michaël Turrianus cum Petro Seuillano, & Ioanne Sanchio ſibi per viam adiuncto inierat. Eò & Maximilianus Capella è Luſitaniâ reuerſus aduēnit. Domuncula eis conductitia, humilis, ac pauper. Vnica cubiculi in Sacellum concinnati & papyracea imago. Par Complutenſium egeſtas pane ſubinde carentium, & olera modò cocta adhibentium in cœnam. Hinc morbus, dempto tantùm Villanouâ Præſide, omnes afflixit. Et Petro de Silua Sacerdoti ad tumulum efferendo, funebris cultus deerat. Commodauêre Franciſcani. Digna tamen obtrectationibus viſa eſt tanta Paupertas. Et quaſi Academíam vtramque ſpiritus idem ageret, ſic à Doctoribus in Societatem certatum eſt. Compluti quidem in Exercitia, Inſtitutum, mores; Ioannis Silicæi Archiepiſcopi Toletani, ei ſatis aduerſantis auſpicijs. Exſpectabatur is Toleto Compluti ad ſeuerum Examen. Ei ſubeſt in Sacris ea Vrbs. Occupat Villanoua: & impetràto Rectoris Academici atque Theologorum iudicio, laudem retulit. Lartaunus, & Ioannes à Coſta Doctores, pòſt Epiſcopi, ille Cuſquenſis, hic Legionenſis, inter Patronos fuêre. Acquieſcentis iam aures Præſulis adulatores calumnijs pulſant;

Salmanticenſis. *Complutenſis.* *Vexatio Complut.* 1548. 9. *Alia grauior.*

Annus
Chriſti *Societ.*

&, velut è percuſſo Silice, ignem eliciunt. Itaque edicit, ne totâ Diœceſi quiſquam à Socijs accipiat Sacramēta; neu Parochi eos vel ſacrum, vel verba facere ad Populum ſinant. Duplex quidem prætextus haud mitis Edicti. Alter, Barraſa Sacerdos, Societatem clàm ambiens, palàm autem mētiens & externo corporis cultu, & religionis officijs, & per hæc vitijs fœdatus. Alter, Sacerdotes Toleti ſinentes (vt ferebat rumor) bis in die Euchariſtiam ſumi. At vera Edicti cauſa, Sociorum à Siliceį Ditione immunitas. Eos Poggius Madriti defendit: procuratâ etiam ab Concilio Regis, Apoſtolicarum pro Societate Diplomatum, Sanctione. Intercesſit & Eleonora Maſcarenia veteris in nos beneuolentię fęmina, & Michaël Turrianus quamquam Socius, amicus tamen Silicæo. Fruſtra hæc omnis interceſſio. Quin ille vicinas Complutenſi Collegio Ædes clàm coëmi iubet, ad anguſtias eius conſtringendas, & Cœnobium Virginum altiſſimè iuxtà erigendum. Deniq; Poggio atque Ignatio curantibus,

Item Salmanticæ. per Pontificem Iulium iuſſus ſua reuocauit Edicta. Salman-
1548. 9. ticenſis vexatio haud æquè fuit diuturna. Suſcitauit Canus Doctor, Socios palàm Antichriſti emiſſarios appellans; & eorum Inſtituto homo eruditus, Sacrarum Paginarum ſententias haud eruditè attribuens. Pellendi iam erant Vrbe. Sed eos Ioannes Penna eiuſdem Ordinis, & in eodem Conuentu, & Scholis Doctor, & Franciſcus Romæus totius eiuſdem Ordinis Magiſter litteris tuiti ſunt. Sed & Maria Pimentella Sanctimonialis, authoritate. Ita vnde vulnus, inde remedium. Paulus autem III. Pontifex, Diplomate, vlceris Fibras euulſit. Sed adueniens Strada Sermone & Concionibus aduerſariorum animos demulſit. Plures centum in religioſa clauſtra compulit Orator; & fędæ in Vultu cicatricis deprecator, ad genua læſi procidens, percuſſori veniam vo-

1550. 11. ce, lacrymis expreſſit. Inde Romā, Româ in Hiſpaniam cum
Miſſio Burgenſis. Borgia reuerſus, Burgenſi promouendæ Miſſioni deſtinatur. Eius antè deſiderium Ioannes Sanchius & Fernandus Aluarius in ciues accenderant, ad celebre Chriſti Crucifixi ſignum, quod ibi eſt, peregrinando progreſſi, & ob Catecheſin

cheſin fortè in foro habitam, fortiter carcerem paſſi. Initium poſtea ei dedêre Ferdinandus idem Aluarius Ioanneſque Fernandius, Socios Burgenſem in vrbem duos Epiſcopo rogante Franciſco Mendozâ Cardinale. His Româ reuerſus Strada ſuperuênit: & Collegij promouit initia, Ioannis Carreræ adhuc ferè Pueri acceſſu. Societatem ab eo quoties ſuggeſto exſcenderet, candidatus ille importunè flagitabat. Ac eludere volens Strada, reſpondit admiſſum iri, ſi poſtridianam concionem totam memoriâ referat. Retulit, admiſſus eſt. Credo iuuerat Angelus Tutelaris, cui Ioannes impensè addictus & carus erat. Pòſt Socius excitabatur ab eo quotidie antelucanis horis ad ſurgendum è lectulo. Semel laſſitudine pluſculum ſtertens, eius præſentiâ ad plurimos dies priuatus eſt. Nec recuperauit, niſi gemitibus ac voluntarijs pœnis. Stradam mox Hieronymus Natalis, Conſtitutionum modò promulgandarum gratiâ Commiſſarius, Methymnam acceſſit. Collegium in ea vrbe Rodericus Duena nuper excitauerat, ipſum ſat tenue, & quod à Petro Siuillano nondum Sacerdote regebatur: at tenui, & primo Profeſſorum in Hiſpania Cœtui conueniens. Quatuor adfuêre, nec plures in tanto Regno erant. Coëgerat Natalis, Ignatij nomine: & Prouinciam omnem in tres diuiſit. Aragonenſem Barcinonenſi, Valentino, Gandienſi, Cæſarauguſtano Domicilijs conſtantem, tradidit Stradæ. Eam antè à Caſtellana diuulſam Simon Rodericius adminiſtrarat Luſitanicâ relictâ. Sed ad hanc eum breui morbus retraxit. Bæticæ Michaëlem Turrianum Natalis impoſuit vno Cordubenſi Collegio contentæ. Hoc Catharina Fernandia Dux Feriana, & Antonij Cordubæ iam Socij mater, filio inſtigante occeperat; promouit autem domo & cenſibus Ioannes Corduba illius Eccleſiæ Decanus, genere & opibus nobilis: Villanouæ, & Alphonſi Loppi (quos eò Ignatius miſerat) mores diſſimulanter, & curioſiſſimè inter conuiuandum ſcrutatus. Ciuitas etiam aliquid, & argenti atque ædificationis contulit. Sed cui fundatoris titulus, quem adæquè

Ioannes Carrera Angelo Cuſtodi familiaris.

Collegium Methymnenſe.

Prouinciæ tres in Hiſp.

1554. 15.

Aragonenſis.

Bætica.

Coll. Cordubenſe.

tres

Annus Chriſti. Societ.

treſ refugiebant? Ioannes habuit, noſtrorum vſu iam melior, & quaſi eorum vnus in contemptiſſimo Domicilij cubiculo tantus vir latens, euerrenſque ſordes, & diſcumbentibus ſeruiens. Geſtiebant ciues noſtrorum conſpectu; & *Io. Auila Societ. Patronus.* Ioannes Auila notæ ſanctitatis & ſapientiæ vir, *Nunc dimittis*, exclamãs. Caſtellanam demum Prouinciam cætera Hiſ- *Prou. Caſtellana.* paniæ Collegia complexam, Araoſio Natalis idem reliquit. Societati autem Hiſpanicæ, ac Luſitanicæ cum Cõmiſſarij *Borgia Commiſſarius Hiſp. Luſit. & Indiarum.* poteſtate præfecit Borgiam. Ea in Indiã vtramq; ſeſe poſt biennium extendet. Tam nolenti, quàm merito omnis illa authoritas ab Ignatio collata eſt. Romã tres abhinc annos reuerſus, felicitatem ſimul cum Societatis veſte induerat. Ognati Cantabriæ Oppido, haud Incunabulis Ignatij procul, ea mutatio facta eſt. Terram verò ipſam tanti Patris Matrem & oſculo, & primâ iam Sacerdos Liturgiâ digna- *Seceſſus eius Ognatenſis.* tus eſt. Inde Ognatum in temporariam & humilem caſam retulit ſe cum Socijs aliquot ad polienda virtutis arma, quæ dein feliciùs ſtringeret. Et adiuuabat Deus Tyronis egregij conatum: Tintinnabulo Pueros ad Catecheſim vicino ex agro cogentis, & adultos ad ſalubriora impellentis. Et *Michaël Ochioa curationibus illuſtris.* concitatæ per ſe virtuti frænos laxabat Michaël Ochioa Nauarrus, æuo, & curationum gratiâ florens. Multos antea Barcinone, tum Romæ Polancum, mox Tibure quoſdam, omnes febre ardentes ſubitò ſanarat. Nunc Ognati claudos, cæcos, mutam quoque fęminam. Huic Tugurio veriùs quàm Domicilio præerat; quamquam ad Collegium, Ædes, & rem ſuam omnem teſtamento legarat Petrus Michaël Araoſius, Antonij Patruus. Nec eo receſſu premebatur Borgiæ Lux. Spectatum venêre Carolus & Aluarus Filij; tum Lermæ Comes & Alcanizius, Generi: item Villæ-Formoſæ Dux, Sororis Maritus. Imitatũ verò inſuper Antonius *Ant. Corduba Socius.*
1552. 13. Corduba, Conſobrinus. Purpureum ei Galerum Pontifex Iulius decrerat, quatuor & viginti annorum Iuueni. Commendauerat Carolus Cæſar; aſſenſi erant Cardinales; ipſe diſſenſit; & vt auerteret, ad Ignatium ſcripſit. Reſponſo nondum accepto fugit Ognatum. Eum antea Concionibus

Strada,

Strada, priuatis inſtitutionibus Turrianus accenderat, ad ſuas venientem accepit Borgia. Accepit & alios, præſertim Diſcipulos Auilæ, ſuos ad Ignatium (ceu ad Chriſtum ſuos Baptiſta) mittentis: ſed & ſecuturi, ni retardaſſet ætas & morbus. Eodem, & Bartholomæum Buſtamãtium ſubmiſit Chriſti vox interna, quem ille inter ſacrificandum tenebat manu, vitæ genus, quod iniret, interrogãs. Lapides, & cęmenta Ognati ad ædificium Borgiã conuehẽtem inuẽnit. ex hac vmbrâ in Aciem, & longè in Luſitaniam, Ignatij litteræ eum amisêre. Iuit cum Cordubâ, & Buſtamantio; & ſemina felicitatis, per ſtudium virtutis Ognati collecta, dum procederet, germinabant. Ea profectio Methymnenſi Collegio incrementum, reuerſio initium Placentino attulit. Illud Hieronymus Acoſta promouit, quatuor in Societatem minores natu fratres ſecutus. Placentinum Guterrus Caruaiallius, vrbis Epiſcopus condidit. Hiſpalenſe autem Ceruãtes Salazarius, tunc Archiepiſcopi Vicarius, pòſt Tarraconæ Archiepiſcopus, denique Cardinalis. Ædes amplas & ſupellectilem nitidam ciues contulerant. Sed adueniens Commiſſarius Borgia, ab ijs in alias vento peruias migrauit, de nimio illarum ſumptu cum Ioanne Suario Rectore conqueſtus. Religioſæ domus fundamentum ſtabile, Paupertas eſt. Id Borgia Suario dixit, & probauit euentu, iubens notâ ſignum ad prandium dari, cùm nihil eſſet in penu. Simul ad Collegioli Ianuam duo Iuuenes ſingulas ab Iſabellâ Galindia portas Pane, & cibarijs plenas comportarunt. Eadem in egentes Socios Prouidentia Numinis illuxit Salmanticæ, Valliſoleti, atque Septimancæ. Tyrocinij in hoc Oppido condendi neceſſitatem, plurimi Iuuenes Societatem ambientes, Borgiæ dedêre. Flores erant per aſperam hiemen inuitâ velut terrâ protuſi. Nam plerique è Complutenſi, & Salmanticenſi Academijs prodibant per duras, & repetitas vexationes noſtrorum. Aduerſarios ipſa ſæpe veritas commutabat; & Salmanticæ quoſdam Martinus Azpilcueta Doctor Nauarrus illac tranſiens, & Societatem extollens laudibus. Obſtinatiores lux interna dedocuit.

Barthol. Buſtamantius.
Miſſiones, vnde Collegia.
Placentina.
1554. 15.
Hiſpalenſis.
Septimacenſis, vbi Domus Probat.
Mart. Azpilcueta Nauarrus.

Annus Chriſti. Societ.

Et ſubita Ioannem Moſcheram, noſtrorum adeo abhorrentem conſpectu, vt templo vicinus, in quod ad largam Indulgentiam Valliſoletana vrbs coibat, pedem retulerit, ſimul accepit concionari in eo Borgiam. Ei ſeptimâ pòſt die, & ſubitò mutatus geminas, quas Septimancæ habebat

1555. 16. Ædes, ad Collegium ipſe donauit. Sed illud in Probationis domum proximo anno verſum eſt. Petrum Puteum Conchenſem Canonicum lux lenta; & per exercitationes mentis progreſſa, Socijs inflexit: Iam ſuas cum Hortulis atque Fonticulis delicioſas Ædes ad Collegij formam conuertentem. Granatenſe è facili ceptum eſt: nam Iacobus Sancti-Crucius Socius & Chriſtophorus Frater, noſtros eò inuitarunt, domo & cenſus parte vltro delatis. Partem Franciſcus Turrianus, ac ſeipſe præſentibus addidit. Opem verò & Patrocinium Petrus Guerrerus Archiepiſcopus Granatenſis; & Regij Fori Pręſes, Epiſcopus Abulenſis. In hoc Tyrones è Cordubenſi proximè migrabunt. Abulenſe anno ſuperiore excitauerat Fernandus Aluarius Socius; pòſt breuî extulit Ludouicus Medina, annuam pecuniæ ſummam ſeque ipſe noſtris addicens. Ea Collegia, Caſtellanæ, & Bæticæ Miſſiones ſubitò peperêre. Aragonenſis breuî quoque Murcianum in ipſo ſinu Caſtellanæ. Et illi, vt matri, principiò attributum eſt: Conditum autem à Stephano Almeida Carthaginis nouæ Epiſcopo. Miſſiones cęteræ Aragonenſes, ſtabiles in ſedes adoleuerant operâ Sociorum, & Borgiæ ibi notiſſimi famâ. Gandienſis, eiuſdem ſumptu in Academiam.

Conchenſis.

Granatenſis.

Abulenſis.

Marciana.

Gandienſis progreſſiones.

1549. 10. Nam & approbarat Pontifex Paulus, & pòſt Carolus Cæſar Complutanæ & Salmâticenſis Priuilegijs ornarat. Dote verò idem Borgia, & vineâ, quam ſua ipſe & Liberorum manu ſeuerat. Valentina autem Ioannis Miconis, & Ludouici Bertrani Dominicanorum, & Thomæ Villanouæ Auguſtiniani, eiuſdemq; Valentini Archiepiſcopi Patrocinio. Templum hîc demùm, communi ære ſurrexit, vno, qui obſtabat, ſubitariâ morte proſtrato. Et officijs in ciues vtriuſque Vrbis, Socij certabant. Bacchantium in Anteciperalibus licentiam, Valentini; Furentium in Tauricis certaminibus

taminibus ardorem repreſsêre Gandienſes. Vtrique, pedes ac verticem nudi, funem collo gerentes, Pars Caluariam & Crucem manu oſtentans, Pars flagro terga diuerberans, in circos irrupit, & lamentabili voce Barathri pœnas exaggerans, abduxit in templum. Barcinonenſis mitem experiebatur quoque fortunam, & qualem ibi olim Parens Ignatius. Solum viti benignum, tale eſt & ſurculis. Et vigebat illius memoria, perſeueratque in primo Templi, quod Ciues fundabant, lapide. Hinc Ieſu, inde Ignatij inciſa ſunt nomina: in alijs autem lapidibus, diuerſorum Societatis Collegiorum ac Domuum. Commeantibus per eum Hiſpaniæ Portum in vtramque Indiam Socijs, Ædes quaſi parabatur. *Barcinonenſis.* Miſſio Cæſar-auguſtana haud perinde proceſſit. *Cæſaraugustana.* Quin velut à Socijs duobus infeliciter, (quia pòſt defecêre) 1555. 16. ſuſcepta eſt, ſic loci & dotis incertitudine, & vexationibus diu nutauit. Eâ, quam Ioannes Conſaluius donauerat, domo Socios excludere Heredum quidam & Antiſtes volebant. Exire vrbe Ignatius iuſſit. Vi Senatus attinuit, & ad alias ædes, pecuniam obtulit, Petri Eſquiuelij Dominicanorum Præſidis impulſu. Loco ad eas cuique deſignato, obſtabant viciniæ prætextu Parochi, Religioſi, Virgines Sacræ. Sed alias, & nulli obnoxias Ordini, Prouincialis Strada Proregis & Nobilitatis aſſenſu obtinuit. Sacrum hîc primum quando à Dominicanis fit, ab Hieronymiano concio, ſacellum Populo Vicarius interdicit. Tum ſacra vniuerſæ vrbi, quamdiu in ea Socij maneant; nam aduerſarij, manere certos diris antè denouerant. Simul ſingulorum nomina & Imagines ad viuum expreſſæ palàm, Cacodæmonas inter exponuntur ad probrum: & funebri per triduum ſupplicatione, ędes noſtræ execrationibus & lapidibus petuntur. Ceſsêre vrbe Socij interpoſitâ ad Pontificem appellatione. *Grauiſſimis Vexationibus ſoluitur.* Sed eos primi Turbarum Authores, Ioannæ Proreginæ & Nuntij Apoſtolici metu, reuocant; & obuiam progreſſi, *Reſtituitur.* Iumentis impoſitos in vrbem reduxêre. Continuatis inde officijs atrox & vetus iniuria per eos diluta eſt. Eò quiddam Borgiæ authoritas contulit, qui Miſſionem illam dudum

H accura-

Annus Chriſti Societ.

Monte-Regia, vbi Colleg.

1556. 17.

accurarat; ac breuî Monte-Regiam Alphonſo Fonſecâ vrbis illius Comite, & Franciſco Mauricio Aurienſi Epiſcopo aduocantibus, in Gallæciæ Regno inſtituet. Proſperabat Deus omnia Borgiæ, qui omnia & ſpem ipſam, Dei gratiâ, velut improſpera ſpreuerat.

§. 9. *Luſitanica.*

Prou. Luſitanica.

1546. 7.

Miſſiones eius tres.

AD vegetum robur, & Prouinciam Societatis primam, eæ iam adoleuerant. Tres modò numerabantur: Aulica, quæ Almerinenſis; Oliſſipponenſis, Conimbricenſis. Neceſſarius vigor hic erat Luſitanicæ Societati, ſuccum Aſiaticis, Africanis, Americanis Miſſionibus ſuffectur æ. Mauritanicas, Congenſes, Braſilicas, breuî pariet; Indicas dudum pepererat, alebatque, non antè nata, quàm mater, & nutrix. Cauſa vigoris altera, communis Inſtauratio Votorum, nunc, & Conimbricæ, priuſquam alibi vſpiam, vſurpata: Tum Simonis Rodericij Prouincialis largus in Miſſiones animus. Multas ambiebat, tentato, ſed fruſtra, ex Aula diſceſſu. Sed quas obire non poſſet inſtitutioni Principis Ioannis affixus, eas alijs nec timidè imperabat. In externas ardens, ſolers, & ſubinde mirus apparuit. Illarum gratiâ Vincentium Rodericium, & Conſaluum Silueriam deſperatos à Medicis, ſubitò ſanat; illum complexu, hunc ſacrificio. Braſilam Vincentius longis deinde ſudoribus; Cafrariam Conſaluus etiam ſanguine, conſecrabit. Vrbanas, & Conimbricæ finitimas, quaſi præludia, Tyronibus imponebat Simon. Et prodibant amiculo breui vel ſordido ad ſtipem, Catecheſin, aut Conciones audaciâ virili; moreſque ſtrictâ, aut lamentabili voce carpendos. Terram, Barathrum, Væ peccantibus, acclamabant præcipuè ſub noctem. Factis ſubinde voces firmabantur. Leonis Henricij in oppidanos, Templum obſcęnis cantionibus fędantes, inuectiuam, cantantium aliquis colapho vindicarat. Supplex Henricius maxillam præbuit alteram, percuſſoris manum ad oſculum flagitans. Ruranas excurſiones obibant præſertim Veterani; vbique virtutum, vel apud Plebem, Magiſtri. Et ſequebantur Agricolæ, vt Ouiculæ Paſtorum vocem, ſic monentium

Communis & prima votorum Inſtauratio.

Excurſiones per Regnum fructuoſæ.

Sociorum

Sociorum documenta. Simul Viri viginti ad pacem inter ſe; ſimul Virgines totidem ad perpetuum caſtimoniæ cultum, vnius Georgij Moreræ voce conuenêre. Auſus quidam eum, iniuriæ veniam de genibus pro aduerſario poſtulantem, repellere: alter, ob cantatas in Templo impuritates ab Emmanuële Nobregâ admonitus, maledicta, & in monitorem, & in Deum ipſum iacere: neuter impunè. Ille brachium exortâ ſubitò rixâ, hic vitam eques inter comites intactos medius, domum dum repetunt, perdidêre. Nec blaſphemi oris pœnam, quam præſenſerat, auertere potuit Nobrega, ſimul in genua pro miſeri ſalute prouolutus ad precem. More nimirum ſuo, pro inimicis ſupplicans Deo, ac ſæpe errantes animas nudis pedibus quæritans: trahens autem Agreſtium Turbas longiſſimè, Magiſtratuum Edicto, & Nocturnorum è Turribus ignium indicio coëuntes ad Patrem. Stradam inde Conimbricâ, Compoſtellam vſque ſecuti ſunt. Fructus eius inſignis, Henricus Gouea Ciuis Portuenſis: ad Sanctiorem vitam per mentis Exercitia ab eo traductus; traducens autem ad eandem alios, & noſtrum ad Ordinem filios ſuos tres & Ignatium Azebedum. In excurſiones quoque, ſuos Sociorum more diſpergens. Et ad eas Tyrones noſtri obedientiâ parabantur. Iuſſi edere ſcripto, quem in Societate gradum quiſque optaret: reſcripsêre Gaſpar Barzæus, Belga, (Conimbricam per varios errores adductus) Ioannes item Michaëlius, Melchiores Nunnius atque Carnerius, Antonius Quadrius, alijque, nullum ſe defugere, nullum velle. Hinc ſingulorum tanta vis in agendo, quanta ignis abſque obſtaculo gliſcentis. Eam incendit ſcripta, & ad huius Collegij, & Luſitaniæ Hiſpaniæque Socios, de Perfectionis ſtudio per Ignatium Parentem Epiſtola. Vel ad Candidatos tanti ardoris proſiliere ſcintillæ. Ad Vaſcum Ferraſium, & Caruallum ingenua, & vigens. Portuenſi vrbe emicuerat Vaſcus, ad Conimbricenſe Collegiũ perrecturus. Retractus è via euadit in pauperum Portuenſium Ædes, vbi erat Strada. Adeſt cum viris Primarijs Pater; & quartum de Paterno honore

Georg. Moreræ.

Emm. Nobregæ.

Franc. Stradæ.

Ignatij de Perfectione Epiſtola.

1547. 8.

Annus
Chriſti Societ.

Candidatorum Feruor.

Præceptum obijcientibus; primum de diuino repoſuit. Veſtem verò ſericam, quam gerebat, repoſcentibus, calceos etiam reddidit, famularem aſſumens lacernam, & matris lacrymas, & fratrum blanditias ſpernens. Veſtem quoque cum mendico mutauit fugiens Caruallus, ad fallendos qui ſequerentur, non diſſimulandam Conimbricâ fugam. Hanc enim Patri prodiderat, relictâ domi chartulâ cum Euangelij verbis, *Si quis non reliquerit Patrem, &c.* Iuit ad Simonem in Curiam. Nec puduit Aulicis notum, eo in cultu conſpici.

Miſſio Aulica.

Neque Conimbricenſes ad Socios cum Simonis litteris redeuntem Pædagogus abduxit. Curialem Almerini Miſſionem domicilio Rex Temploque firmauit.

Oliſſiponenſis.

Oliſſiponenſis, dudum in S. Antonij Ædibus ſtabat, perſuadebatque Populoſiſſimæ vrbi, officia religionis; præſertim diuinorum Myſteriorum vſum frequentem.

Conimbricenſis.

In Conimbricenſi ad Litteraturam Iuniores Socij, ſed arctè alebantur. Eas anguſtias Ædificatio noua, & ducentorum capax Regis ære, nec ſine omine laxauit. Illis fundamenta ſtrenuè aperientibus, circumuolitantium Examen Apum alis, & feſtiuo plauſu adlapſum eſt. Ominis præiudicium numerus æquauit. Centum & quinquaginta breuî cēſi ſunt. Ex his Eboram Simon

Eborenſis.

1551. 12. nouem ſubmiſit. Aduocauerat Cardinalis Henricus, Regis frater, & Vrbis Antiſtes. Præſentibus autem Collegium dedit, Diœceſis Eboranæ Sacerdotibus quibuſdam erigi cęptum. Gratulatus eſt, & Henrico, & Populo Ludouicus Granatenſis, è Dominicanorum Ordine Orator, & Scriptor nobilis. At non abſque nubeculis adeò Societatis lux

Iac Miro Prouincialis.

prolata eſt. Moto Prouinciæ adminiſtratione Simoni, Ia-
1552. 13. cobus Miro ſufficitur: Homini naturâ leni, & benigno, ſucceſſor ſerius, & diſciplinæ cuſtos & vindex. Ea mutatione, ne offenderentur Principes, quibus & carus, & vtilis erat Simon, iure veritus erat Ignatius. Et cauerat litteris ad Regem, Catharinamque Reginam, Henricum, & Ludouicum fratres Regios datis: Alijs item ad Borgiam Ognatum, alijs Salmanticam ad Turrianum. Vtrumque iubebat in Luſitaniam ire, & Turrianum quidem Viſitatoris poteſtate,

&

& folijs puris ſuo nomine infernè ſignatis inſtructum, & Regi mutationem probare. Inutiles eæ iuſſiones primùm viſę ſunt. Nam ad illam Rex ſponte inclinabat, & munus Simon Mironi reſignauerat etiam iucundè. Itaque Turrianus, & Borgia locis haud ſuis ſe mouerant. Sed mox manifeſtè apparuit, quàm Ignatius longè prouidiſſet. Diſceſſerat ad Prouinciæ Aragonicæ adminiſtrationem Simon, & ſimul cum eo Michaël Gomius. Moleſtè id quidam Conimbricæ, & auſterum Mironis ingenium ferebant. Pacis igitur gratiâ ex Hiſpania euocati ſunt Turrianus, & Borgia; & Commiſſarius Natalis acceſſit. Simul eorum pręſentiâ ſerenitas redijt. Et Borgiæ precibus in via Buſtamantius comes, è colle in voraginem cum mula delapſus, certiſſimam necem euaſerat. Inſtitutionibus autem, & Luſitani Regis Aula, & Ioannæ præſertim Principis familia, ad ſpeciem probitatis pulcriorem effloruit. Duæ hîc ab eo præcipuæ latæ ſunt leges. Altera Euchariſticam hebdomadibus minimùm alternis adeundi menſam. Altera, è ſchedulis virtutum Marianarum indicibus per menſtruam ſortitionem acceptis, precem quotidie fundendi. Mos hic inde poſtea in Sodalitia, & religioſos quoque cœtus latè manauit. Haud feliciter minùs in Ludouico opera Borgiæ poſita eſt. Societatem ambijt Princeps exemplo Magiſtri. Dehortatus eſt hic, & Ignatius ipſe, ætatis & inualetudinis reſpectu. Illius ſaltem mores Ludouicus proximè ſecutus eſt per Continentiæ, & Paupertatis, quoad Regis fratri licebat, & Obedientiæ diuinas ad leges, Vota. Tum & per aſſiduum, & ardens ſtudium Deo ſupplicandi. Eius contentione binos poſt annos nobilis anima corpore ſoluta eſt. Iam ſuâ Pace, & Incrementis nouis Prouincia illa fruebatur, Natali è præceptionibus Ignatij, præclarè multa curante. Tyrones à communi veteranorum Conimbricenſium habitatione ad propriam ſecrêrat. Oliſſiponenſem S. Antonij Ædem in Collegium verterat, Profeſſorum domo ad D. Rochi iam cęptâ. Hanc ad muros Vrbis ſitam Opificum Sodalitas demùm ceſſerat poſtulatu Regis; Templum pòſt ibi certè

Regium

Annus Chriſti. Societ.

Natalis, Turrianus, Borgia, in Luſit.

Vtiliter.

Tyrones ſeorſim Conimbricæ.

1553. 14.

Domus Profeſſa Oliſſipon.

Annus Chriſti. Societ.

Ibid. Collegium,

Regium, liberalitate Regiâ moliti. In D. Antonij, Scholæ cęptæ ſunt: Romanam eis formam Natali tradente. Cyprianus Soarius Eloquentiam, Emmanuel Aluarus Grammaticam, Franciſcus Rodericius Conſcientiarum cauſas explicauit, Auditoribus ipſe quidem initio quadringentis. Profeſſis Conſaluus Silueria, Collegis Ignatius Azebedus, pôſt Martyres, Conimbricenſibus Leo Henricius, Eborenſibus Melchior Carnerus præeſſe iuſſi ſunt. Et hos inſuper,

Item & Eboræ.

ſuas, ad publicè docendũ, induxit in ſcholas Cardinalis Hẽricus, & cæteras vrbis occluſit. Dotem & Bibliothecam magiſtris attribuit. Petrus Perpinianus proluſit dignâ ſe Oratione. Omnes interim per domeſticam pacem reſpirabant

Ignatij Epiſtola de Obedientia.

ad excelſa virtutis decora. Vehementes erant impetus. Igitur Ignatius iudicauit Præſidum arbitrio frenandos; & aureas in commune de Obedientiæ laudibus litteras dedit. Ad Mironem Prouincialem alteras. Ijs iubebat eum ab inferiorum miniſterijs abſtinere ſe. Aliàs, horum conatus importunâ Superiorum diffidentiâ obtundi. Excubitoris aut Gregarij exploratoris munus, nec dignè nec tutè ab Imperatore geritur. Ita muneribus per alienos intactis, alacriter &

Collegia quaſi duo Conimbricæ.

concorditer ab vnoquoque itum eſt. A Conimbricenſibus ad onus alterius Collegij. Nobilem Academiam in ea Vrbe Ioannes Rex antè condiderat, & in Academia Collegium illuſtre, quod Regium dicebant. Excolebant diſciplinis Magiſtri duodecim ſeculares; furtim antea Georgius Buchananus irrepſerat, religionis haud ſanæ Doctor. Ac ne alij poſthac Hæretici rurſum inirent, Socijs illud Rex perpetuò adminiſtrandum dedit. Reſignauit, & lubens Pelagius eius Rector. Aſſenſi ſunt Academici atque Epiſcopus. Gratulati quoque Magiſtri. Singulorum vitæ, & dignitati tuendæ; quædam ex Eccleſiæ Bonis, tributa ſunt. Pro illis Cathedras conſcendêre ijdem Aluarus atq; Suarius. Item Petri, Perpinianus & Fonſeca, Serranus, alijque. Multos in eo annos perſeueratum eſt. Demũ ceſſit Inquiſitoribus Sacris:

In vnum poſt rediguntur.

Et Scholæ omnes ad Collegium noſtrum vetus reductæ. Reductio commoda, non Socijs modò in duo loca diſtra-

ctis,

ctis, ſed & conuictoribus quinquaginta, quorum Inſtitutio poſtulante Rege antè ſuſcepta, faciliùs iam curata eſt. Annus Chriſti. Societ.

§. 10. *Mauritanica.*

IN Aſiam vſque, ſuos dudum Societas Luſitana impetus ſtrinxerat. Nunc in viciniorem ſibi Africam: & primùm in Tingitanam Mauritaniæ extremæ Prouinciam. Vrbes hîc Maritimas aliquot Luſitanus Rex Ioannes Præſidio tenebat. Præcipua earum, Septa, ad fauces Freti Herculei ſita; & Tituano (Saracenorum, & Feſſenſis Regni oppidum eſt) obiecta. In eo Chriſtiani dudum plurimi, & captiui. Eorum redemptioni ac inſtitutioni diu vacauerat Alphonſus Contreras, Hiſpanus è ſeculo Sacerdos, Sanctitatis, & repudiati Epiſcopatus fama clarus. Hiſpali nuper diem clauſerat. Succeſſores è Societate aliquot, à Rodericio Prouinciali per litteras efflagitauerat Alphonſus Noronia, Septę Præfectus. Miſſi Ioannes Nunnius, & Ludouicus Conſaluus. Quàm idoneè, euentus oſtēdit. Chriſtiani Septenſes Saracenis improbitate certabant. Sed illorum operâ, mox ad religioſorum hominum ſpeciem emerſerę. Tituanum inde, ſexcentos ad Chriſtianos (quorum grátiâ venerant) à Socijs perrectum eſt. In illos annuente Oppidi Prorege, multiplex impenſus eſt labor. Solutæ noxis, & ærumnis Animæ, corpora etiam quædam, ergaſtulis. E Luſitaniâ, & Caſtella Lytrum accerſierat ampla, & longa charitas Patrum. Ab Saracenis abſtinenda erat opera. Furtim tamen inſperſa eſt, diſcrimine capitis contempto. In Iudæos liberiùs, & quoties patiebantur, effuſa. Rabinus à Nunnio palàm conuictus, clàm manus dedit: pollicens quoque Septam ſe proximè Chriſtianæ legis profitendæ gratiâ euaſurum. Conſaluus interim redierat ad Luſitaniæ Regem, captiuorum reliquis ſolatia rogaturus. Et Emmanuelem Fernandium, Petrumque Paradam Socios ac Sacerdotes obtinuerat Tinginenſis Præſidij Luſitanis. At ſeipſe Tituanum referre haud potuit. Aſſeruatus eſt ad regendam Conſcientiam Principis. Miſſus autem pro eo Ignatius Bogatus ad Nunnium. Iunctâ nunc audaciâ, Hoſpitia duo ægris ſtruxêre.

Ioan. Nunnius, & Lud Conſaluus.

1548. 9.

Septe.

Tituani.

Conſaluus in Luſit.

Emm. Fernandius, & Petrus Parada Tingini in Mauritan.

1550. 11.

Ignat. Bogatus Tituani.

Annus Chriſti. Societ.

xêre. Tum Medicinæ & Chirurgiæ elementis, à captiuorum aliquo tincti, manum & induſtriam ad vulnera & morbos admouêre. Modum charitas neſcit: inquieta eſt, dum totam ſe præbeat. Nunnij, & Bogati conſtans quoque, & aduerſis haud flexa. Perrexere opitulando, quamquam ſannis, vulneribus, plagis per Saracenos affecti. Ignatij virtus, quando minùs cognita, magis iniuriæ patuit. Materies hæc intra vrbem, citra vtriuſque animum ſtetit. Æquam autem foris, Algerianus Rex cum Exercitu veniens adduxit. Feſſenſem Regno nuper expulerat, rapueratque in vincula captiuos. Chriſtiani inter hos ducenti, & genere nobiles plerique. Igitur lytri pretium, cuique imponebat inſolens victor ſupra peculium Nunnij. Huic ideo excurrendum in Luſitaniam fuit, ad Summam ſtipe conflandam. Captiuos quos redemerat triginta, Oliſſiponem ſecum aduexit. Lætatus eorum conſpectu Rex, pecuniæ aliquid, aliquid alij, vniuersè vicena aureorum millia contulêre. Sed anguſtus erat Africæ limes, amplificato charitatis officijs, & Tituanenſibus ærumnis, Nunnij pectori. Africæ intimæ, ac totius Æthiopię capax iam erat. Deſtinabatur eò Patriarcha quàm dignus tam neſcius. Et pecuniæ partem miſerat ad Bogatum, reliquam & præcipuam, vt ſperabat, ipſe perlaturus. Sed vetitus eſt ire Tituanum, ne interim Goam nauigandi tempus efflueret.

Egregij labores.

1554. 15.

Nunnius in Luſit.

Retinetur ad Æthiop. Expeditionem.

§. 11. *Congenſes.*

SImul in Mauritaniam, Borealis Africæ partem; ſimul in Congum, ſeu Manicongum, quod in Occidua eſt, iuit Luſitana Societas. Illud ſub Æquatore eſt, ac Zonâ Torridâ: nec ideo torrentur Indigenæ, velut Antiquitas credidit. Eos fœdere ſibi Ioannes II. Luſitaniæ Rex, religione tres Dominicani Patres, ab annis ſexaginta iunxêre. Congenſis Rex, de Luſitani nomine, Ioannes; Congenſis Filius Regis, de Luſitani quoque Principis nomine, Alphonſus, dicti ſunt. Et Congenſis Alphonſus Regnum ac Religionem mortuo Patre, per annos quinquaginta fortiter, feliciterque defenderat. Succeſſor eius Iacobus, Chriſtiani nomine gloriabatur.

riabatur. Sed vitijs degenerabat in Ethnicum. Populi (vt **Annus**
mos eſt) exemplo vel ſollicitatione Regis, ſocordes ac fędi. *Chriſti. Societ.*
Illuc itaque Ioannes III. Sociorum aliquos mitti poſtulauit.
Reſtituenda per eos erat religio. Lacrymis noſtri certabant.
Miſſi ſunt Georgius Vazius, Chriſtophorus Riberius, Ia- *Georg. Vazius. Chriſtoph. Riberius.*
cobus Diazius, Iacobus Soueralius, vnus hic non Sacerdos. *Iac. Diazius.*
Ad Regiæ vrbis murum, ligneis eos equis de more vectos *Iac. Soueralius.*
Rex Iacobus excepit. Equites ſimul & equos è quercu ſin- 1548. 9.
gulos bini, hic antè, hic retro, Baiuli portant. Regis inſigne,
equina cauda pendēs ab humero. Laborem aggredientibus
Socijs, duplex remora: Gentis & leuitas, & inolita conſuetu-
do peccandi. Hinc inſcitia, quâ nec delinquere, nec mori
putant: morte aliò transferri ſe tantùm rati. Ea in Rege *Eorum labores.*
maximè vigebant. Itaque hoc dilato, operam Vazius in ci-
ues & villaticos; Soueralius in pueros vertit. Ludum is ape-
ruit ſexcentis; & per ſcholæ otia, adultos breuî quadrin-
gentos baptiſmo luſtrauit. Haud paucos Riberius atque
Diazius; plurimos Vazius, & vno vix menſe, mille ſeptin-
gentos. Templa iam excitauerant tria, Saluatori, Deiparæ,
Ioanni Baptiſtæ. Simul cum illis fructus ſpes ampla ſurge-
bat. Sed eam Regis inconſtantia multiplex, ceu Meſſem *Regis inconſtantia.*
diuerſus & vehemens turbo, proſtrauit. Pleraque impetu
gerebat: nunc promptè pollicens quæ rogabatur à Socijs,
nunc feruidè, pollicita retractans. Sic agebatur affectu pe-
nitus diuerſo, & ab vitæ nouæ conatibus, retrahebatur con-
ſueta ſibi libertate, ad priſtinos mores. Rem omnem Ioanni
Regi nuntiaturus, in Luſitaniam Soueralius redit: mox & *Soueralius in Luſit.*
valetudinem curaturus, de Sociorum conſilio, Vazius, quam *Item Vazius & reliqui duo.*
tamen, vix appulſus, morte acceleratâ perdidit. Exederat ta- 1553. 14.
bes lenta hominem celo diuerſo, & nimio labore cōfectum.
Reuocati eôdem ſunt & reliqui duo. In Congum autem pro *Cornel. Gomius, & Fructuoſus Noguera In Congum.*
ijs miſſi Cornelius Gomius, & Fructuoſus Noguera. Cum
Regio iuêre Legato, & Pueris Orphanis ad Catecheſeos
miniſterium tribus. Expoſitos ad Congi littus omnes graue
idem celum afflixit, extinxitque cum Puerorum vno No- *Mors Nogueræ.*
gueram. Superſtes Gomius Iacobi animum tentauit. Gra-

Annus Chriſti. Societ.

tum ſe futurum ſperabat, è vetere nimirum notitiâ. Ad eum venerat olim nondum Socius, ſed Luſitaniæ Regis Legatus. Nunc autem calumnijs occupatum inuênit. Adhibuit igitur authoritatem, quando præſidium in gratiâ nullum: & tria de eo contendit. Meretrices amandaret vicinas Ædibus, quas ſibi aſſignauerat: Commercium Luſitanis liberum daret: cum Eccleſiâ & Proepiſcopo reconciliaretur. Omnia pollicitus, nihil præſtitit. Quin Conſanguineam, adhuc Concubinam, in vxorem & Reginam aſſumpſit. Simul in vagas nefariaſque libidines, & in Iudiciorum corruptiones funditur. Conniuebat qui admonere debuiſſet, conſcientiarum eius Arbiter. At Cornelius clàm, & pro concione vitia illa in cōmune redarguit. Libera & prudens increpatio (neminem enim notabat) bonî accipitur à Rege. Iam ſegregaturus videbatur à ſe propinquam; ſed antè ad Sacroſancta myſteria imperitè admiſſus eſt. Inde ruere ſemper in peius: & Cornelium, cum eoque Albos omnes (Europæos ſic appellant nigri Æthiopes) Regno iuſſit exire. Ita cum Orphanis duobus ille in Sancti Thomæ Inſulam, Hinc in Luſitaniam reuerſus eſt.

Gomij labores.

Congenſi Regno pellitur.

1555. 16.

§. 12. *Braſilica.*

America reſtabat, Socijs adhuc inacceſſa. Poſſidebat autem Luſitanus in ea Braſiliam. Hæc ab Æquatore longè in Meridiem, & in Conum tenditur: plerumque ſalubris, & amena; ſaccari, pomorum, Auium, quadrupedum ferax. Firmanda erat poſſeſſio, nouæ Vrbis ſtructurâ; & Luſitanorum ibi degentium religio, Braſilorum ad eandem acceſſû. Thomas igitur Soſa cum Claſſe, Emmanuel Nobrega cum Socijs quinque; Ioannis Regis voluntate ſunt miſſi. Sexto & quinquageſimo nauigationis die ſex millia paſſuum emenſi, Bayam, ſeu Sinum omnium Sanctorum attigêre. Simul Sancti Saluatoris Vrbem Luſitani, Deiparæ Adiutricis Ædem Socij condunt. Nullum inopi Turbæ argentum. Humeri ad conuehendam è montibus aquam, lapides, ligna; manus ad operam ſuffecêre. Conditam venienti è Luſitania Parocho reſignant. Nouam in vicinia, & alteram

Emman. Nobrega, Ioan. Azpilcueta, Leonard. Nunnius, Anton. Petrius, Iac. Iacobæus, Vincent. Rodericius, in Braſil.

1549. 10.

Sedes S. Saluatoris ad Bayam.

alteram procul ſub Tropico Capricorni, in S. Vincentij Coloniâ moliuntur. Huc Leonardum Nunnium, & Iacobum Iacobæum miſerat Nobrega, ipſe circa Bayam cum Socijs tribus reliquis excurſurus. Vtrobique ingens in Braſilos atque Æthiopas, illuc ex Africa deuectos, labor. Vtrique hebetes, & nudi humanitate vt veſte. Magis tamen Braſili, qui inſuper Athei, Venefici, Anthropophagi, quàm parum homines! Mentis quantulum inerat, feritate abſumebatur. In homines primùm, tum in Chriſtianos formandi. Sed quis tentet Domicilio vagos, aut fluxos fide, retineat? Nec Europæi vitijs erant immunes in ea Barbarie, & luxu, Sacerdotumq; penuriâ. Quin illorum vis & vita peruerſa, à Chriſtianorum congreſſu & Religione Indigenas prohibebat. Tria hæc hominum genera officijs Socij inualêre. Barbaros primò per Interpretem, quamdiu imperiti linguarum. Peritiſſimus breuî Ioannes Azpilcueta Nauarrus, euaſit. Sollicitati munuſculis, tum blandè in Pagos coacti. Illecebra in eos potens, & maximè efficax, opera gratuita Sociorum. Iam partâ authoritate, abſtrahi cepêre ab eſu carnis humanæ. Mira in hanc auiditas, & velut rabies, quanta in ferinam, venaticorum Canum. Bello captorum corpora vorant Barbari, ſed ſçpè præparata per ſaginam. Quoſdam precibus, quoſdam dolo bono, vel injecto terrore ſubmouêre noſtri Lanienæ. Pro quibus ſubmouendis fruſtrà certauerant, eos Catecheſi præparatos tinxêre Baptiſmo. Sed eo ſaporem obtundi, Cacodæmon epulantibus nequiſſimè perſuaſit. Igitur tingi vetuêre. At noſtri madentibus aquâ ſudarijs diſſimulanter induſtrieq; vtebantur. Quidam atroci flagro per Pagos ſeſe diuerberans, & in Anthropophagos clementiam inclamans Numinis, ſat multos ab infandis epulis auertit. Pro auertendis autem Parentibus, Puerorum iam Chriſtianorum admonitio valuit haud rarò. Ætatem illam humanitatis legibus Socij occupabant, quia vitijs integram. Edoctæ Magiſterium, adhibebant ad conuertendos adultos. Illi autem contubernia iam ſtabant, Bayæ, ad S. Vincentij, & poſtremùm ad S. Spiritus, medio ferè itinere

Annus Chriſti. Societ.

Et S. Vincentij.

Braſilorum mores.

Feritas.

Induſtriæ Sociorum diuerſæ.

Sedes S. Spiritus.

1551. 12.

Annus Chriſti Societ.

inter vtrumque alterum. Sedem in eâ Coloniâ, Societati Braſilicæ tertiam Alphonſus Blaſius poſuit. E Luſitania cum Saluatore Rodericio, Emmanuele Paina, Franciſco Petrio, haud diu antè aduenerat. Et his auctus Socijs Nobrega, Pernambucum in Septemtrionem excurrit. Ignorationis & licentiæ illic inter Europęos plurimum. Iactabant fas eſſe aut fęminas alere, aut mācipia rapere, quot poſſent. Commentum illud cum Socio diluit Nobrega, & proprio ferme ſanguine. Sed Prætoris reſpectu, manum cohibuere, qui ſcorta, mancipiaque per vim ſeruientia, per eos ſibi erepta querebantur. Noxæ ab improbis vertitur, tueri innocentiam. Pari cædis periculo, ſanctimoniam Vincentianæ Ædis Leonardus Nunnius vindicauit. Ramallum eâ excluſerat, vt inde excluſo, ſacris operari fas eſſet. Ob infamem annorum ferè quadraginta Polygamiam, Anathemate erat obſtrictus. Malæ ſtirpis mala germina. Et eatenus Patre peiores Filij, quatenus Braſilis Matribus nati. Mamaluchos appellant, quoſcumque è Luſitano Parente Braſilus venter effudit. Illorum duo egreſſum Templo Nunnium inuadunt, Paternum dedecus materna duritie & gladijs vlturi. Sed eos emollijt Leonardi benignitas, ad excipiendos ictus genua flectentis. Sicarios etiam cohibuere Luſitani qui aderant. Comes Leonardi præcipuus, perpetuuſque, Petrus Correa, Gente Luſitanus; nobilis & genere & in Braſilos odio. Eos Terrâ Marique captabat, abducebatque ſeruitum. Pôſt, de iniuria monitus, Socium ſe obtulit Leonardo, ad animas eximendas ſeruitute peccati, quarum corpora iniquè vexârat. Chriſtiana, & ſupra ęſtimationem, damni compenſatio. Plurimas, indole vir acer exemit. Naturam adiuuit authoritas, peritiaque linguarum. Iacturâ Cacodęmon exarſit: & foras euntem ad illarum lucra, opprimere tentauit haud ſemel. Primùm tignis duobus longis palmos ferè quadraginta, latiſque non paucos, in Correæ caput incuſſis. Tum accerrimo dolore oculorum. Sed & hic, & vulnus è Tignis acceptum poſtera luce diſparuit. Ioannis Azpilcuetæ Portum ad Securum munia, ſecuriùs

Nobrega Pernambuci.

Eius ibi pericula.

Et Leon. Nunnij in S. Vincentio.

Petrus Correa Socius.

ibant,

ibant, nec proſperè minùs. Franciſci Petrij & Vincentij Ro- Annus
dericij, ad Bayam prodigioſè. Ille inter excitandam Adiu- *Chriſti.* *Societ.*
tricis Deiparæ nouam Ædem, limpidum ex Arâ, & mor- *Miracula.*
bidis ſaluberrimum Fontem elicuit. Vincentium autem di-
uerſis toto plus anno morbis afflictum, Nobrega; atque
Puellam adhuc Ethnicam Pueri Chriſtiani, vna voce ſana-
runt. Tuſſientium Neophytorum in Fide conſtantes, ſuo 1552. 13.
Socij ad eos aduentu. Apoſtatas autem ex illorum medio
mors interlegebat, extinguebatque momento. Eo diſcri-
mine confirmabantur & conuertebantur multorum ſerui-
les animæ: At concentu muſico, qui præ ſe ingenui quid-
dam ferebant. Conciliandis noui è Luſitania ſeptem adue- *Lud. Grana.*
nerant. Par inter eos nobile, Ioſephus Anchieta nondum *Blaſ. Laurentius.* *Ambroſ. Petrius.*
Sacerdos, pòſt illius ęui Thaumaturgus: & Ludouicus Gra- *Gregor. Serranus.*
na, in Prouinciæ adminiſtratione, Nobregæ nunc Socius, *Ioan. Conſaluius.* *Ant. Blaſius.*
pòſt & Succeſſor. Primus cum ea poteſtate & iuſſus rexit *Ioſephus Anchieta.*
Nobrega. Modeſtiæ viri, oppoſuerat Obedientiæ votæ re-
ligionem Ignatius, & ad onus acceptandum adegerat. Ille *Nobrega Prouincialis.*
mox curas in Mediterranea Braſiliæ protulit. Contuber- 1553. 14.
nium hîc centum à S. Vincentio diſſitum leucis condere
parabat, & illuc Carigios erudiendi gratiâ cogere. Populi
ſunt naturâ mites ac dociles, longè ad Paragaum Amnem
ſiti. De eorum propenſione in Chriſti legem, multa ab Ca-
ſtellanis, inde ad S. Vincentium vſque progreſſis audierat
Nobrega. Et Prętore certas ob cauſas, remotum illud Con-
tubernium prohibente, ſingula Manicobæ & Piratiningæ *Sedes Manicobenſis,*
condidit. Vicina erant & S. Vincentio, & Ditioni Ramalli. *& Piratiningenſis.*
Itaque velut Agnorum conſpectus furorem in Lupis, Lu-
porumque Prole reſuſcitat; ſic in illius Filijs Mamaluchis,
Neophytorum hi duo greges. Furorem acuebat vetus, nu-
perque publico iudicio damnatum ſtrenuos in Paſtores
odium. Tales ſe Socij præſtabant: quando apud Nobre-
gam eorum quidam accuſantur à Ramallo. Accuſatos No-
brega cęterorum conſortione ſecreuit, & cauſam voluit à
Proepiſcopo Vincentiano cognoſci. Calumniæ conuictus
eſt delator. Accenſi nouâ Parentis infamiâ Filij, Neophytos

Annus Chriſti. Societ.

in Patres commouent. Reſtitêre Piratiningenſes, & fortiter Crucis ſigno in frontibus quiſque muniti, Inimicos numero Superiores nuper Acie vicerant. Manicobęi contrà ſuccubuêre Ramallianorum lenocinijs & minis, ac Socios expulêre. Ad hos pro illis longè Carigij aduenêre ducenti. Nobregam diu exſpectauerant, & moræ feſſi dederant ſe cum Hiſpanis aliquot in viam. Sexcenties mille paſſuum hæc erat. Sed antè Celum, quàm S. Vincentij Coloniam attigêre, à Tupinaquinis, per quos ibant, barbarè necati. Vitam offerebant hilariter immortalitatis ſpe, alter alterum hortati. Vnicus ad S. Vincentium euaſit Hiſpanus. Accenſus autem eius ſermone, iuit ad Tupinaquinos Correa, & Caſtellanos è vinculis duos exemit, reduxitque in Coloniam ſanos. Eorum alter Pellicem breuî Ethnicam duxit, quam meritò Patres abſtraxêre. At Correa Miſſionem ad Carigiorum populos impetrauit à Nobrega. Iuſſus & Caſtellanæ naui ad S. Vincentium tempeſtate depulſæ, & mari in Paraquariam pergenti, Pacem viâ ipſe terreſtri à Barbaris exorare. Additi ſunt ei Ioannes Soſa & Fabianus, Socij. Plus centum paſſuum millia progreſſi, ſaucium Hiſpanum & Braſilos duos inuenêre inter Barbarorum manus. Iamque ad ingluuiem dirè mactandos, ſolerter eblanditus eſt Correa. Fabianus cum Hiſpano ad S. Vincentium retroceſſit. Correa & Soſa ad Carigiorum vſque Terras perrexêre cum Braſilis duobus, Soſpitatores vltrò ſequentibus. Plurimos, ipſi non Sacerdotes, in Chriſti Legem inclinarant. Obſtitit Cacodæmon, quà minimè parte timebatur. Naui Caſtellanâ redibat & is, cui captiuo vitam cum libertate impetrauerat Correa, & nolenti Pellicem Patres auulſerant. Gentem naturâ manſuetam efferauit in Socios. In vindictæ occaſionem intento, idoneam Stygius Hoſtis obtruſit. Et per vectores ad conquirenda vitæ ſubſidia in littus expoſito, conſilium inijcit liberatoris Correę perdendi, dignis mendacij Authore, & mœcho furente calumnijs. Fœdus iniſſe cum Finitimis Carigiorum Hoſtibus Corream & Soſam: Illorum autem aduentum præcurriſſe cum ingenti apparatu

Carigij ducenti à Barbaris occiſi.

Miſſio Carigiana Petri Correæ, & Io. Soſæ.

In eos calumniæ.

Sagittarum

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Sagittarum & Arcuũ; adeoq; his inſtructos palàm incedere
Braſilos, comites eorum duos. Peregrinari ſic ſolent. Fidem
tamen habuit noto pridem homini manſueta Gens & cre-
dula. Natalis Chriſti dies, erat reuerſioni à Nobrega præ-
ſcriptus. Eò appetente redeuntes, ex inſidijs Cangiorum
globus inuadit; ac duos primò Braſilos, tum Soſam in
genua procumbentem ſagittis interimit: mox & à faci- *Eorum ibi cædes.*
nore Corream ſe dehortantem, abijcientemque manu ſci- 1554. 15.
pionem, & poplitem vtrumque ad ictus & precem; oculos
autem & palmas leuantem in cælum. Eum pòſt Piratinin-
gæ Neophyti, continuato per noctem communi gemitu,
vlulatuque luxêre. Æmulati autem ſunt Martyrij deſiderio
Socij, ex Europâ deuecti, Corream & Soſam. Ambo coop-
tati in Braſilia fuerant, quæ, velut natiua eis terra, Palmam
hanc omnium primis obtulerat. Nec obtinere eam Azpil-
cueta Nauarrus potuit, etſi per labores & excurſiones plu-
rimas quæſitam. Poſtremam in vltimum Braſiliæ tractum
ſuſcepit. Milites illuc ibant ad inueſtigandas metallo-
rum venas. Iuit & Nauarrus ad pretioſiores animarum mer-
ces. In ea diſquiſitione morbum contraxit; & Bayam re- *Mors Ioannis Azpil-*
uerſus efflauit animam. Eum Braſilica Societas fleuit, ceu *cueta Nauarri.*
deciſum palmitem vitis nondum adulta. Nam illa Collegijs 1555. 16.
adhuc & Conſtitutionum vinculis, Graduumque varietate,
& Regularum ſucco carebat. Nunc Piratiningana, & pòſt
Bayenſis quoque Sedes, in Collegia verſæ ſunt: & cum Con-
ſtitutionibus mandatum Ignatij perlatum eſt, quo Nobre-
ga & Grana iubebantur quatuor vota profiteri. Qui ſuſci-
peret, nullus in Prouincia erat; Profeſſus quippe nullus. Et
Petrus Ferdinandius, tres abhinc annos datus Braſilis pri-
mus Antiſtes, nuper obierat. Nobrega igitur & Grana, alter *Profeſſi in Braſilia pri-*
alterius vota in S. Vincentij Domicilio ſuſcepêre. Prouinciæ *mi Nobrega & Grana.*
numeroſiſſimum hoc erat; & in eo Præſes relictus eſt Gra- 1556. 17.
na. Ad Bayam, vnde diu abfuerat, Nobrega Prouincialis
redijt.

§. 13.

Annus
Chriſti. *Societ.*
1547. 8.

§. 13. *Indica.*

Miſſio Franc. Petrij, Alphonſ. Cypriani, Franc. Henricij, Nunni Riberij, Henric. Henricij, Nicol. Nunnij, Adami Franciſci, Balth. Nunnij, Emman. Moralis,

NOuenos Oliſſipone Socios Expeditio poſtrema Goã nuper aduexerat. Ardentibus ſępe litteris Xauerius omnes inuitabat: & campos ſemper nouos, vel aperiebat ad operam, vel maturabat ad meſſem. Satis ſibi haud vnquam facit, quiſquis ſatis animas ęſtimat. Macazaria Profectio vigebat in Xauerij pectore: illuc nimirum à Dynaſtis acciti, quos Antonius Paiua Mercator Chriſto recenter adduxerat. Soluit ergo Malacâ ſpeciei iam ſanctioris vrbe, & Amboinum appellitur. Ioannes Durus ei comes, Socijs Meliapore per eum adiunctus, pòſt tamen tranſiturus ad Franciſcanos.

Xauerius Amboini.

Amboini, improuiſa laboris occaſio, Caſtellana Claſſis, illâc è Molucis Goam profecta. Multus ibi animorum, vt corporum languor. Vtriſq; medicatus Xauerius eſt.

Societatis conſilium inijcit Coſmæ Turriano.

Ad Societatem Coſmæ Turriani vocatio, quàm inexſpectata tam felix. Sacerdos erat cum Caſtellanis ſuis, mercium pręmia mari ſecutus. Xauerij conſpectu ad animarum exarſit lucra: conſilium illud ſuum nunc premens, dein effecturus Goæ, Socijſq; ſe traditurus.

Ternate.

Ternate, Inſulâ Moluca-rum præcipuâ, fructus Franciſci multiplex: Fœnerationis, libidinis, inſcitiæque per Catecheſin depulſio. Tum abductio Reginæ à Mahomete ad Chriſtum.

Magna efficit.

Pſeudoprophetæ mendacijs eruditiſſima diſputanti Xauerio ceſſit, antè Neachiles, Eliſabetha verò per Baptiſmum. Et Regnũ perdere vidua quàm Chriſtum maluit, rapiente illud per vim Aërio. Stetit inter ęrumnas & vexationes, quia Xauerij manu firmata. Eum à Macazaribus, Mauricarum Inſularum Incolæ diſtulêre. Opis egebant magis, haud amplius Chriſtiani, vixque homines. Veneno, ac ferro ſęuiebant in viuos, præſertim ęxteros. Nec liberis, vxoribuſq; parcebant, ſi deerant alieni, in quos rabiem promerent: dentibus autem eam in occiſos explebant. Digna ijs Regio, cinere, fumo, flammâ exęſtuans. Horrifico ſępe motu mugiebat, Saxorum moles inſanas, arboreſque longè proijciens. Tartari ſpecies eſt. Quamobrem dehortabantur lacrymis Amici, ne iret. Sed

Præclara in Mauricis.

Regionis horrore, ad confidentiam vſus eſt: & tranaturum ſe dixit,

Annus *Chriſti.* *Societ.*

ſe dixit, ſi adimeretur nauis; remedia in venenum & peſtem proſus aſpernēs. Appulſus autē, Inſulas velut mellifluo rore adſperſas inuênit, vel fecit. Adeò voluptates in ſeſe liquidas, & in triginta Chriſtianorum Pagis, mentes refingi faciles ſenſit. Auſus quoque Iauarinos aggredi, æternarum comminatione pœnarum. Timuere, nihil timentem; & in Tolenſi vrbe obtulêre ſe Baptiſmo vicies quinies mille: Ternatem reuerſo, Aërij Regis Sorores duæ. Ipſe Rex vxorum centuriâ, Pellicum gregibus cinctus, ſpem tantùm & verba. Reuerebatur tamen Luſitano ſtipēdiarius, operibus & vaticinijs illuſtrem. Sub diſceſſum, pro Iacobo Ægidio Amboini Animá agente Franciſcus Ternatenſibus precē indixit. Amboinum autem dum nauigat, Luſitani hominis à Prædonibus pereuntis cędem; & dum Malacam, Regiæ nauis iactationem prædicit. Omnes eum populi vi attinere certarunt. Omnes ſolatus, miſit Malacâ ad Amboinios Nunnium Riberum, Ioannem verò Beiram & Nicolaum Nunnium vſque in Inſulas Mori. Ternatenſibus eos deſignarat, ſed Moricenſibus cōceſſi ſunt in ſuſcepta religione nutantibus. Cruces & ſacra omnia Tolenſes, ac ſimul Ioanni Regi & Chriſto fregerant fidem. Ad vindictam euntibus Claſſe Luſitanis, victorię Sponſor atque apud Deum Procurator Xauerius fuit. Nam meridiana obſcuratio Solis, incendia, tectorum ſtrages, cineris & pumicum alta congeries, voraginem & vias ad oppidum & Arcem excelſam aſcenſuris, impleuit. Incruenta planè victoria, & ſine prælio: & qualis Malacenſium in Acenos, interuallo breui ſecuta: & magis Xauerio propria. Nam expeditionem ille omnem ſuſcepit, & Claſſem è laceris octo Nauigijs comparauit, ac in ijs Luſitanos centum octoginta, in Hoſtes innumerabiles & inſtructiſſimam atque maximam Claſſem. Eius Prætoria primo Luſitanici Tormenti globo merſa eſt, tum & aliæ nouem, vniuerſis inter ſe & ſecundo freti æſtu colliſis. Barbari quatermille fluctibus periere, Turcę, Ianizari, Aceni. Nemo vnus tantæ nuntius Cladis euaſit. Capti cum claſſe reliquâ & Prædâ cęteri. Illuſtrem eam victoriam prece Franciſcus peperit, Malacę ſeruatus ad ſolatium vrbis: & Ductor expe-

Iterum Ternate.

1547. 8.

Amboini.

Malacæ.

Victoriarum Author & Sponſor.

Malacenſibus Luſitanis in Barbaros Tolenſes.

Malacenſibus in Acenos illuſtriſsima.

K ditionis

Annus *Chriſti* *Societ.*

ditionis ire fruſtrà conatus. Conflictûs autem & victoriæ ſeriem (dum pugnaretur) quaſi præſens, pro concione deſcripſit omnem: abſens tamen paſſuum millia ferè ducenta. Hæc officia Franciſcum Malacenſibus arctè copulabant. Affigere nequierunt. Goam pro diſpergendis, qui ex Europa venerant, Socijs cogitabat. Inde Armuziam, ſibi deſignabat, à Deo autem Iaponiæ deſtinatus. Adeundæ conſilium, Iaponius ei Angerus iniecit, ad reprimendos

Angerum Iaponem ſanat Chriſtianæ legis rudimentis.

conſcientiarum aculeos, Sacerdotum Patriorum (Bonzij appellantur) remedia nequidquam expertus; adeoque ad Xauerium Malacam vſque leucas per octingentas mari ſemel iterumque progreſſus. Altiſſimè accepto vulnere, longiſſimè Fera procurrit. Scrupulos ſtatim ſolers magiſter exemit per præcepta Chriſtianæ legis: accenditque amplectendę deſiderio matura ętate, & prompto ingenio virum. Hinc ei ſpes de reliqua Gente. Igitur illum rectà cum Moluccenſibus Pueris Goenſe ad Seminarium præmiſit, nauigatione per Commorinum flexâ ſecuturus. Malacenſibus Vincentium Viegam Sacerdotem Externum & pium, Catecheſeos Præfectum dedit, Socios pollicitus pro eo duos. Franciſcum Petrium & Rochum Oliuerium pòſt amiſit Goâ. At in

Redit in Commorinum,

Commorino Neophyti veſtimenta ſuſternebant eunti Xa-

1548. 9. uerio, & blandâ vi ſupponebant humeros in Templum deportando. Criminalis, & qui aderant Socij, gaudium addidêre complexu. Candenſis autem Rex adhortante Franciſco ſe & ſuos Chriſto & Luſitano ſubiecit: ſimul allegans

Et Goam.

è Proceribus aliquem cum eo Goam. Communis reditus Patris, & iucundus & ſalutaris vrbi. Ioanni Caſtrio Proregi, maximè opportunus: haud diu pòſt per eum ad ſupremam luctam adiuto: multis deinde pellicatu implicitis, præſertimque militi Luſitano ad Mecanum nauigaturo Fretum, duodeuiginti annorum peccatis graui. Iniecit ſe in nauim Franciſcus, atque hinc in ſyluam eductum expiauit, pœnæ nihil admodum imponens. Reliquam ipſe prompta corporis proprij flagellatione præſtitit, animo ad multa pro alijs & agenda & toleranda largiſſimo. In Puerulos quoque &

ſeruitia, ea ſe largitas extendit: at contrà diuinæ voluptatis, in has vſque voces, *Satis eſt Domine, ſatis eſt.* Eas auguſtum nimis pectus dein ſæpe vibrauit, nunc primùm auditæ per hortos Collegij Goenſis. Hoc Lancillotus regebat. Sed pro eo conſtitutus eſt Antonius Gomius, ad id muneris miſſus è Luſitania, præſtantis Decuriæ Ductor. Decus autem eius illuſtre, Gaſpar Barzæus, induſtriâ, ardore, inquiete æmulator Xauerij dignus. Priuſquam hic in Iaponiam iret, ad Commorinenſes rurſum, mox & in Cambaiam ad Garziam Sà Proregem, Molucenſium res tranſacturus excurrit. Reuerſus autē, ſuos inter Socios omnem diſtribuit Indiam. Lancilloto Colanum, Cypriano Socotoram, Alphonſo Caſtrio Molucum, Melchiori Conſaluio Bazainum, Barzæo pro ſe Armuziam: Socios autem ſingulis ſingulos. Triginta erant in India vniuersè. Omnibus cum Vicarij poteſtate præfecit Paulum Camertium; Goanis Antonium Gomium; qui & ad Brachmanes operam vertit, aut perducendos ad Chriſtum, aut Goanâ Inſulâ pellendos. Ad Tanoris quoque Regem clàm Chriſtianum, & pleniùs de religione perdocendum mittitur ab Epiſcopo & Prorege Goano. Excurrit quoque pedes, ad Regis Hoſtes per millia paſſuum ferè nongenta. Bellum inter Partes ſuſtulit, vnum ſcilicet obicem, quo ſubmoto, Rex palàm Chriſtianum ſe geſturū ſpondebat. At (fraude, vel inconſtantiâ, non liquet) promiſſis haud ſtetit. Felicior Antonij Criminalis & mēſtrua ad paſſuum millia ducenta, nudo pede per Commorinum excurſio. Exaſperati à Luſitanis Brachmanes, Badagarū ſex millia, in tres Acies coëgêre. Ad Remanacoris vada erat Antonius cū Parauis Chriſtianis, & Luſitanis ferè quadraginta. Hi pace Barbaris nequidquam oblatâ confugiunt in naues. Gregem Paſtor eôdem adigit, paruulos præſertim ac matres, ſalutis propriæ præ aliena negligens, quippe diu inuitatus. Ita obijciebatur hoſtium telis, quibus comitem ſuum atque interpretem circa ſe vidit occidi. Mox in precem & genua procumbens, offert ſe neci. Acies prima præterit intactum, & pileum modò auulſit reuerita ſupplicis maieſtatem. Altera cędere volens, ęquè terretur, ac manum auertit.

Diuinæ copia voluptatis.

Miſſio PP. Ant. Gomij, Gaſp. Barzæi, Melch. Conſaluij, Balthaſ. Gagi, Pauli à Valle, & totidem fratrum.

Xauerij Excurſiones, Et Sociorum per Indiam diſperſorum.

1549. 10.

Ant. Criminalis in Commorino.

Annus
Chriſti. Societ.

Eiuſdem pro religione mors glorioſa.

tit. Tertia, quæ Saracenorum & truculentior, ſiniſtrum eius latus transfigit haſtâ. Alij detrahunt ſaucio veſtem, qui vltrò & ſubuculam præbuit. Inde reptans in Templum, lanceâ confoditur alterâ; quâ ſimul extractâ, pergebat tamen dum tertiam aduerſo pectore, & quartã humero, exſpirans accepit;. teſte Xauerio Sanctus: Tricies quotidie genua flectens ad precem: dignus, quem ad illuſtre hoc mortis genus Socij ducem haberent. Proximè ſecutus eſt eodem anno & loco

Ibidem & Alphonſi Mendij.
Nunnij Riberi in Amboino.

Alphonſus Mendius capite truncatus à Barbaris. Simul & Nunnius Riberus Amboini, & Commorino procul. Venenum ei præbuiſſe Saraceni crediti ſunt. Ita ſenſim peſte vires depaſcente cõtabuit vir, famem, nuditatem, & naufragium bis per ſeſquiannum quo ibi fuit, expertus. Ioannis Beirę

Io. Beiræ graues erumnæ Ternate.

vexatio maior & multiplex magis à Moluceuſibus Saracenis pro latrone fugati, pro mancipio venditi, veneno, & gladijs appetiti: Tempeſtatibus Ternatem inter & Mauricas ter naufragium paſſi, & ex arreptâ tabulâ biduo pendentis: fame, ęſtu, morbo vexati:, Eò inferioris Nunnio, quòd

Henric. Henricius in Commorino.
1550. 11.
Nic. Lancillotus Colani.

citra mortem. Criminali Henricus Henricius dignè ſucceſſit, in quatuor Sociorum Præfectura. Sed pauci erant ampliſſimæ meſſi ex illius quaſi Protomartyris ſanguine, ſurgenti. Neophytos igitur peritiores coëgit decem, & plurimos adoleſcentes in vſum rei Chriſtianæ. Ex his ad Lancillotum duodecim lectiſſimos miſit, quinquaginta item alios Colani ad id ipſum efformantem. Deuinciebat Henricius vna benignitate Mauros & Ethnicos: at mirabili in Deum fiduciâ, Alexius Medeira ad illum tẽdens. Affirmantibus illis Baticalæ, amplexuros ſe Chriſtum, ſi mortuum, qui efferebatur, reuocaret ad vitam, auſus eſt conditionem accipere, dum illi ſeriò ſe obligarent. At tergiuerſantibus, in Commorinum vſque proceſſit. Veniebat Goâ, eò è Luſitania duodecim Sociorum comes, nuper appulſus. Ibi Societate recipitur, quam per diſcrimina ſolitis grauiora longè quæſierat. Illorum Dux Melchior Nunnius. Goenſe iam Collegium penitùs in Societatis iura conceſſerat. Cocinenſe, Scholis & Templo efferebat ſe Franciſci Henricij curâ,

Miſſio Melchioris Nũnij Anton. Heredię, Conſalu. Rodericij, Emman. Moratis, & aliorum octo.
1551. 12.

ſumptu

ſumptu autem Antiſtitis & Luſitaniæ Regis. At Maldiua-
rum Rex, Regno depulſus à ſuis, certioris & æterni ſpe Reg-
ni, donatur à Socijs. Ad illud, Baptiſmate haud dudum ex-
piatus, morte peruênit. Maldiuæ, ſub Æquatore ſunt Inſulæ,
numero propè vndecies mille: Vnius Palmæ fructu & vſu
nobiles. Cibum, potũ, veſtem, vela, funes, chartam, Palma eis
illa ſuppeditat. Trichinamali Principem, Chriſtianorum
operâ, Chriſto Franciſcus adiunxit. Præclara eiuſmodi facta
vicinus quidam Rex vlciſcitur, immiſſâ in eos Prædonum 1552. 13.
manu. Chriſtianorum ſibi vectigalium vindices Bagadæ,
Prædones ad vnum omnes obtruncant. Rex contrà toto
exercitu Chriſtianos inuadit, & ferro ſçuit. Ludouicus *Lud. Mendij cædes.*
Mendius ad temperandam cędem accurrens, & ipſe cędi-
tur. Paulum Vallium morbi vis abſtulit in Oppido Punica- *Pauli Vallij obitus.*
li. Alter erat Commorinenſium Paſtor: & Greges diuino
ſermone paſcentem, circumſteterant Badagæ, compre-
henſumque abduxerant in nemus inediâ necandum. Inde
armis eum eripuêre Neophyti, & ingruentibus iterum Ba-
dagis Cymbulâ exceptum, aduerſam in ripam auexerant.
A Badagis, & eodem in Oppido, ſequente mox anno Hen- *Henr. Henricij calamitoſa captiuitas.*
ricus Henricius eſt captus: & longè cum aliquot Luſitanis 1553. 14.
abductus ad lytrum. Decies aureos mille poſtulabant; &
ſpoponderat Emmanuel Cotinius Præfectus Oppidi cap-
tiuus, & Ægidius Caruallius Cocinenſis Prætor. Cõpulerat
hic in fugam Barbaros, haud eripuerat Prædam. Et illi mi-
nabantur verubus captiuos configere, ſi non ea ſumma
ſponderetur. Ad repræſentandam autem, Henricio catenâ,
vix ſeſquipalmum longâ, collum vinxerant ac pedes. In-
gens dolor ita conglobati: & tertio demùm captiuitatis
menſe dimiſſi. Iuſſit Biſnagenſis Rex, cui parent Badagæ,
reddi vniuerſos aureis mille. Antonius autem Fernandius *Ant. Ferdinandius mergitur.*
nullâ redimi arte, è medijs auari maris fluctibus potuit. Am- 1554. 15.
boino ad cupidam Chriſtianæ Legis Inſulam egreſſus,
cum vectoribus penè omnibus naufragio perijt. Vincen- *Vin. Pereria demum euadit.*
tius Pereria eius comes, & Societatis candidatus, tandem
Saxum tenuit. Ac inde triduo reptans, ab Indigenâ ſublatus

Annus Chriſti. Societ. in humeros deportatur ad Chriſtianorũ Pagum. Eo expe-
rimento Socijs adſcribitur, iam præ laborum mole, paucis.
Quamquam nunc Goæ eſſent omnino triginta, at Sacer-
dotes modò tres; &, tradendæ Dialecticæ cauſâ, opus fuerit
Auguſtinianum aſſumi. Supplementum tenue, Sacerdotes
Miſſio Franc. Viere, & Iac. Soueralli), duos Franciſcum Vieram, & Iacobum Souerallium è Luſi-
1555. 16. tania Petrus Maſcarenia Prorex aduexit. Vrbanum Fernan-
dium, firmiſſimæ in corpore infirmo virtutis Socium, in me-
dio nauigationis curſu mors abſtulerat in cœlum. Vnius
iacturam, duodecim & illuſtrium Sociorum expeditio largè
penſauit. Decem omnino in Æthiopiam perrecturi: duo
Item Melch. Carnerij, Ant. Quadrij, Emman. Fernandij, & aliorum nouem. cæteri ad Latinitatem tradendam, Goæ attinendi. Sed hîc
plerique ſubſtitêre Traiectione Æthiopica pendente. Ter-
ni in quatuor nauibus erant. Vna Conceptionis dicebatur,
in qua Andreas Conſaluius, Paſchalis Catalaunus, Alphon-
ſus Lopius. Ea noctu, trecentis cis Goam leucis, in Syrtes
impegit. Prima luce ducenti quadraginta naufragi expo-
nuntur in Terræ cumulum. Inde Nauarchus Lembo fur-
tim cum primarijs triginta capitibus, & cophinis Regijs,
Goam euadit. Pòſt è reliquis, tres & quadraginta coagmen-
tatâ è naufragij reliquijs, crate, demùm tenuere Cocinum.
Crati nomen indiderant à miſericordia Dei, qua vnâ ſalui
eſſe poterant, & fuere per continuata pericula. In eam inui-
tauerant Socios; ſed horum benignitas exhorruit moritu-
ram fame Turbam deſerere. Centum erant ac propè ſep-
tuaginta. Maximum omnium Tormentum, fames. Men-
ſes ſçuijt nouem. Eam maritimæ aues, & piſces capti ſuſten-
tabant, & fallebat diuini ſermonis pabulum, menti, lãguen-
te ſenſim corpore, præbitum à Socijs benignè. Inediâ iam
planè deficientibus, induſtriam ſuggeſſit ingenioſa neceſſi-
tas. Paucula confractæ nauis fruſta, maris æſtus ad tumu-
E quibus lum, in quo erant, compulit. Hinc Ratis coaluit. Inſcendêre
Andr. Gonſaluius, eam vnus & triginta, & Socij tres, etiam eorum voluntate
Paſchaſ. Catalaunus, qui remanſêre. Explorare tantùm mens erat. Nauigauêre
Alphonſus Lopius, fame pereunt. tamen, & altero menſe inter Inſulas delati, Pars Vectorum
1556. 17. cum Patribus tribus in earum vnam, humilem atque infe-
cundam

cundam exponitur, Pars leuiore iam nauigiolo, in fertilem **Annus**
appellit. Hîc Palmorum fructibus auidiùs ſaturi, morbo *Chriſti. Societ.*
ſternũtur: & cùm ad infecundæ Inſulæ comites rediere, inuenêre
fame conſumptos. Ad extremum, eos adhortati ſunt Patres, mox & ipſi conſumpti. Aliorum nouem Sociorum aduentum, trium iactura lætiorem fecit: Ac velut poſt tempeſtatem, ſerenitas blandior Societatis rebus illuxit. Conſtitutionum promulgatio, inſtaurationque prima votorum, Indicam totam exhilarauêre. Goanas autem Scholas, noſtro ex ordine Magiſtri. Adhuc, externis propemodum traditæ; penuriâ Sociorum. Noſocomium inſuper Ethnicis, Domicilium Catechumenis, Seminarium Pueris, erigi cepta. In hoc Ioannes Ceilani Rex octennis, tum Trichinalamenſis & Armuzianus Dynaſtæ, adoleſcebant ad Chriſtianæ florem ſanctitatis. At Tyronibus, ſeorſim ad religioſæ robur vitæ educandis, Probationis Domus ibidem condita eſt. Tanaæ, Bazaini, in Commorino, Meliapore, Malacæ magna fecunditas. In Moluco quinquagies mille Chriſtiani cenſebantur; in Commorino quadringenties mille.

Goæ Conſtitutiones. Votorum Inſtauratio. Noſocomium. Seminarium. Domus Catechumenorum. Tyrocinium.

CAPVT XI.

Xauerius Iaponiæ Apoſtolus.

IAponia Solem prima, Europęos & verum Numen, Orientis vltima conſpexit. Illos in Luſitanis ab octennio viderat; Numen, ſub huius anni exitum, 1549. 10.
Xauerio monſtrante. Alium multa terruiſſent. Mare Typhonibus, Scopulis, Sinenſibus Piratis in Luſitanos concitatis infeſtum; ſed & longum leucas mille trecentas. Tantundem abeſt Goâ Iaponia. Tum Regnorum ſex & ſexaginta, Regum aliquanto pauciorum (quibuſdam duo vel plura poſſidentibus Regna) multitudo. Quantula vtilitas, eorum vno alteroue Chriſtianis rebus acquiſito? Et quàm incerta, ſub incertiſſimâ poſſeſſione Regnorum? Ea quibus,

Obſtacula. Regna in ea 66.

&

Annus Chriſti. Societ.

Cubo. & quando lubuerit, Regibus dat, vel adimit Cubo, Dux & Imperator militiæ ſupremus. Ruat autem cum Dominatione Religio neceſſe eſt. Neque Chriſtiana eọ conciliato ſtaret inconcuſſa. *Dayrius.* Dayrius ei perpetuus, ſed occultus Hoſtis, & continenter intentus in occaſionem pleniſſimæ, & antiquiſſimæ poteſtatis vindicandæ. Hanc ſexcentis abhinc annis Cubonum alter, occiſo perfidè Collegâ, Dayrio rapuit: relictâ tantùm authoritate ſpecioſa, appellationes, inſignia, titulos Genti honorum auidiſſimæ cōferendi. Hæc Dayrio fauet, Cuboni facilè & ſemper obliqua. Nulla autem inuadendi occaſio melior, quàm Religionis mutatio.

Sacerdotes Bonzij. Maxima autem Euangelij remora, Iaponum Sacerdotum (Bonzios vocant) prauitas & ſuperſtitio multiplex. Xeuxij, Sadducęorum ſimiles, totum Hominem morte putant extingui. *Eorum ſectæ.* Itaque de Camiſijs, Numinibus ſuis, temporaria bona contendunt. Xodoxij contrà, atque Foquexij, æternam aſſerũt vitam, atq; à Fotoquijs Dijs pòſt mortem obuentura poſtulant bona. Eadem populo promittunt, venduntque pecuniâ. Schedulas, promiſſionis ac recipiendorum in cælo Bonorum indices tradunt. Fotoquiorum præcipui, Amida & Xaca. Ex his venenoſis Sectarum fontibus, venenoſiores Riui; Denixiorum, qui Solem; Icoxiorum, qui Cacodęmonem venerantur; cæterorum, qui venefici, homicidæ, diuinitatis affectatores. *Vitia.* Omnes, auari, mendaces, fœdi. Continentem tamen à venere, pecunia, carnibus & piſcibus vitam ſimulantes. Eos nihilominus venerantur plerique ſanctimoniæ præiudicio. Religionis ſpecie, vitia illuſtrãtur. Vel Fęcium acerui à Sole ſplendeſcunt. Omnibus præeſt Iacus, Sacrorum ſummus Antiſtes. Huic proximi, & ſupra Bonzios, Tundi. Eadē ſuperſtitio, haud tamen ęquè multiplex, *Sanctimoniales.* nec vitijs inquinata, deteriorem ad ſexum pertinet. Sanctimoniales illas, Biconias appellant. Bonzijs meliores ſunt Laici. Iidem Euangelium & promoturi, & retardaturi indole moribuſque. Et facilè illud admiſſura erat eorum indoles, ingenioſa, perſpicax, docilis, magnanima; diſciplinarum, vt honorum ſitiens. Polygamiam autem, furtum, maledicentiam,

ledicentiam, periurium execrans: perturbationum, ac præſertim, iracundiæ Domina; Retardatura verò, ſimulatio, arrogantia, proteruia, mores Europęis maximè aduerſi. His etiam vt ſitu & religione, Iaponios nobis Antipodas diceres. Prodeunt verticem nudi, & raſi; ſalutant excalceati, honorant ſedentes: ſtrati veſcuntur; calido potant; veſte candidâ lugent, pullâ geſtiunt. Ad eos tamen iuit Goâ, & per multa pericula Franciſcus, cum Coſma Turriano & Ioanne Fernandio Socijs. Duxit & Angerum antea, nunc per Baptiſma, Paulum à Sancta Fide, & famulos eius duos Ioannem atque Antonium. Nomen & agnomen Angerus ab noſtro Goenſi Collegio ſumpſerat: Hoc bifariè vel S. Pauli, vel Sanctæ Fidei appellatur. Eos Malacam vexit Iacobus Noronia. Malacâ autem in Iaponiam Nauarchus Sina. Latronis nomen gerebat à violentiâ morum, quam mox perfidiâ cumulauit; nolens, quamquam ita condictum fuerat Malacæ, eo anno vſque in Iaponiam pergere. Prætextus ei ſpecioſus & multiplex: Tempeſtas; minacia Idoli, quod ſortitione cōſulebat, reſponſa; Sinarum Portus ad hibernationem opportunus; Dolor de filiæ morte, è naui in fluctus procellis excuſſæ, hauſtæque vorticibus. Accurabat hæc omnia Cacodæmon: Xauerium quoque horrificâ ſpecie & minis territans. Sed contrà, Nauis Cangoximam tenuit, & Genti Apoſtolum dedit. Aſſumptæ in celum Virginis-Matris annua Lux, eadem & Felicitatis Iaponicæ prima. Vrbs illa Saxumani Regis eſt, & Pauli Patria. Huius ſermone Rex, & pulchellâ Deiparæ Tabulâ conciliatur Franciſco: cui ſubinde præſenti poteſtatem fecit edicto, palàm prædicandæ Chriſtianæ Legis. Hanc Paulus Matri primùm, Vxori, Filiæ, Propinquorum quibuſdam propriâ ipſe operâ perſuaſit. Franciſci autem (cui palàm erat Interpres) vi atque ſolertiâ, longè plurimos. Domî Magiſterium præſtabat in perdocendâ eum linguâ. Cuius vt breuî peritum ſe Xauerius ſenſit, Bonzios audax bellator aggreſſus eſt. Eorum authoritate ſuperſtitio nitebatur. Duos autem primo congreſſu proſtrauit. Mox è Populo centum, veritati manus,

Mores Gentis.

Nauigatio Xauerij & Sociorum.

Pericula.

Cangoximanum ad Portum Appulſio 15. Auguſti.

Primi in Iaponia Chriſtiani.

Annus
Chriſti. Societ.

caput autem ſubiecere Baptiſmo. Illecebra in pleroſque efficax, Prodigia: Puellarum altera, vitæ: altera, fędo tumore vix viuens, valetudini per Xauerium reddita: quidam etiam, per Sociorum alterum, purgatus à leprâ. Manatura erat, fluminis more, Religio. Fontem obſtruxit, qui aperuerat. Prædicandæ facultatem reuocauit Saxumæ Rex: tum querimoniâ Bonziorum, tum vindictâ commercij, per Luſitanos maioris ſpe lucri, Firandum Cangoximâ conuerſi. Hîc Populares Neophytos commendauit Paulo Franciſcus, Firandum ipſe abiturus cum Socijs. Poſt ſemeſtre à Bonzijs Paulus abigitur; creuit tamen Grex ad quingentos. Viuidi Fœtus ſuo ſe ſucco nutriunt: & adoleſcunt quamquam vberi immaturè ſubmoti. Franciſcus interim tendens Firandum, in quandam Arcem Saxumani Regis ſitu inacceſſam, Chriſti Legem intulerat, initiaueratque Baptiſmo quindecim. Pòſt autem Litanijs quas ſcripſerat, Præfectum; flagello quo vſus erat, ibi relicto, à morbis ſanauit plurimos. Pleroſque deſperauerant Medici. Præſens autem Firandi plures diebus viginti, quàm anno toto Cangoximæ, traduxit ad Chriſtum. Hîc reſiſtere iuſſit Turrianum. Ipſe Meacum petijt ad religionem latiùs ex hac Metropoli fundendam. Comitabantur Bernardus Iapon Chriſtianus, & Ioannes Fernandius, Sôcius. Amangucianis quâ ibat, Chriſtum fruſtra bimeſtri propoſuit. Inde Meacũ Reginam vrbium, familijs habitatam nonagies mille. Iuit per Hyemis rigorem Prædonumq;inſidias, veſtigia Equitis premens, Peramque humero deportans. Hinc in Tibijs tumor, & in membris ardens febris. Ingreſſo paupertas obſtitit viliſq; veſtitus. Cum Dayrio, vel Cubone congreſſum pauperi vendere volebant auari Aulici. Facultatẽ prædicãdi Chriſti ſperabat emere donis. Ea reliquerat Firãdi. Huc redijt, mox Amanguciũ, & per eadem dona eandem à Rege poteſtatem expreſſit. Salubria eius documenta comprobabant plerique: ſed ad Baptiſmum exſpectabant qui præiret. Veritatis adiutrix Patientia eſt. Plus eâ, quàm ſermone Fernandius præſtitit. Concionantis præceptiones ſcommatibus; faciem, coniecto palàm ſputo

Prodigia effecta per Socios.

Firandum abeunt.

Amangucium.

Meacum.
1551. 12.

Iterum Firando Amangucium.

ſputo fędauit. Ille linteo abſterſit, nihil effatus. Victi exemplo, breuî quingenti. Anno vertente, vniuersè ter mille. Diſputationes Socios inter & Bonzios initæ, multos è populo adduxêre. Prodigia Xauerij plurimos. Communia, Surdi, Claudi, Mutorum duorum curationes: Proprium, lingua ipſa. Vnâ huius reſponſione propoſitas diuerſo idiomate Quæſtiones Apoſtolus ſimul ſoluebat. Sed ex hoc læto curſu reuocatus eſt Goam litteris Sociorum, & Bungum inuitatus à Rege. Illas Nauis Luſitana detulerat Bungenſem ad Portum appulſa. Rex autem iam Quiuanus nomine: pòſt ſed ſerò Franciſcus, eum inuitauerat Amangucenſium Diſputationum famâ permotus. Xauerius igitur Turrianum Firando Amangucium accerſit, & ibi ſubſiſtere cum Fernandio iubet: Firandenſes autem Neophytos doctiores rudioribus præeſſe. Ipſe Amangucio Bungum profectus eſt pedes, Aræ lapidem, Calicem quoque & ſupellectilem Sacram humero portans. Ita Patrē excepêre ſuam in nauim Luſitani. Sed cum ſplendore & comitatu eum in Regiam pergere voluerunt. Refragatus eſt primùm paupertatis ſtudio, dein vrgentium benignitati magis quàm rationibus ceſſit. Iuêre eorum triginta ſinguli cum mancipijs ſuis, veſte optima & torque aureo; ipſe autem amiculo lineo & viridi ſtolâ, inſignes. Præibat arūdinem gerens oblongam Eduardus Gama, Nauis Prætor. Ab eo proximi quinque, ſublimè portantes Catecheſeos Chriſtianæ Iaponicâ linguâ Codicem ſcriptum: Deiparæ Iconem, Scipionem viatorium Franciſci, vmbellam ad excludendum ſolem, & crepidas veteres. Interea Litui & Tormenta plaudebant in naui: Et denſa Plebs per vrbem ſpectandi auida feruebat. Specioſam deductionem ſuperbâ exceptione ſuperandam credidit Rex. Obuiàm igitur miſit primùm & longè quingentos ſui Cuſtodes corporis; tum nobilitatis Partem cuius Dux, Puer ſeptennis vultu & ingenua ad Xauerium oratione amabilis: Pòſt Illuſtrium Agmen Puerorum; poſtremò & proximè Fratrem, Amangucenſium mox Regem. Bungenſis autem lateri & menſæ Xauerium admouit,

Annus Chriſti. Societ.

Vber hic fructus.

Prodigia.

Amangucio Bungum.

Deducitur atque excipitur magnificè Franciſcus.

Annus Chriſti. Societ

mouit, & priuato eius per Hebdomadas ſex continuato ſermone, ab impuritatibus ac vitijs ad virtutum decora, nondum ad Chriſtianæ legis nitorem emerſit. Efficaciores in ſimplicem, & magis integram Plebem, conciones publicæ fuêre. Pannorum nitidi minuſque gibboſi, promptiùs colorem bibunt. Saquaius è Bonzijs vnus ſubitò inter diſceptandum conuerſus Chriſtum agnouit. Regem cæteri, minis & ſeditionum, Bellorumque prædictionibus territabant: Xauerium quoq; necare per tumultum conati. Eo per Regem repreſſo, diſputationes redintegrauêre. Vnus ei primò Fucarandonius obiectus eſt; ętate & ſapiētiæ famâ omnium Princeps; Bungũ autem per eos accerſitus à leucis bis ſenis. Sed Pythagoricus ſomniator congreſſu primo ſuccubuit. Xauerium ab annis mille quingentis, & mercatorem vixiſſe, & cognitiſſimum ſibi narrabat. Vim Dementiæ addidit iniurius in Xauerium, & Regem, adeoque extruſus è Curia. Sed pôſt cũ Bonzijs ter mille reuerſus, Iudices & certaminis leges accepit à Rege: Tum ne plures quinque vni externo contenderent. Quintiduum ea contentio tenuit: & per eam abrogata eſt Camiſiorum atque Fotoquiorum diuinitas, victorem Xauerium, pronuntiauere Iudices & Cætus omnis. Rex autem manu prehenſum ad Hoſpitium (Chriſtiani Domus erat) conſequenti nobilitate deduxit. At non perinde in Chriſti legem ſequebantur. Sinarum iiſdem ſecum ſacris vtentium, ſeſe tuebantur exemplo. Annorum quinque & viginti Rex, & ſupra ætatem vt perſpicax ad iudicandum, ſic ad perficiendum lentus. In Baptiſmum certè annos pependit ſeptem & viginti, diuerſa interim Bonziorum deliria pleraque expertus. Bis tamen ſpeciem mutauit oris, bis lacrymas miſit, tarditatem eius arguente, inter ſupremum vale Franciſco. Goam hic Bernardum, & Matthæum Iaponas auehit ſecum Onerariâ, quam paullò pôſt fluctibus ferè demerſam, fuſis ad Deum precibus attollit. Scapham autem ab illa per ventos auulſam, rurſum ei adiungit. Simul in vtrâque conſpectus, atque auditus eſt ſolari vtrobique iactatos. Sancianum conuerſâ

Multos ciuium conuertit.
Et Bonzium vnum.

Bonziorum Principem Primâ diſceptatione ſubigit.

Item & Secundâ per quintiduum.

Reuertitur in Indiam
1552. 13.

Prodigia.

uerſâ mox aurâ prouehitur: vbi adminiſtrum Sinicæ Expeditionis idoneum, Iacobum Pereriam nactus eſt. Ditiſſimo ſibique amiciſſimo homini mox perſuaſit, vt renauigaret in Indiam, impetraretque Goæ ab Epiſcopo & Prætore Legationis munus ad Sinarum Regem. Comitem ſe fore, & ſic penetraturum in Regnum vetere, & ſeueriſſimâ lege Exteris clauſum. Spopondit omnia largè Pereria, & inſuper tricies aureos mille ad munera offerenda Regi. Ipſi autem Franciſco nauim quâ veheretur Malacam. Promptæ liberalitati Franciſcus vaticinia reddidit Malacam iam nunc Iauorum obſidione ſolutam. Ibi ingreſſurum ſe Goam vſque Antonij Pereriæ nauim. Hanc autem Iacobi qua ibat è Sanciano Malacam placidè diſſoluendam vbi primum ſteterat. Inde Amacaum Portum Sinenſis Regni alterum. Hîc Petri Vellij munificentiæ par & pretioſior gratia. Affuturum ei ſemper Deum, & mortis diem prædicturum. Suo quæque tempore euenere. Malacæ, Cocini, Ciuium & Sociorum officia raptim in Xauerium feſtinantem exprompta. Goæ moribundus frater recitato per eum aduenientem Euangelio ſanatur. Simul ordinatur Societas Indica. Vniuerſæ, & Collegio Goano Gaſparem Barzæum præficit, Armuziâ nuperrimè reuerſum. Cui, ſi mors eueniat, Emmanuëlem Moralem, & Melchiorem Nunnium ſucceſſores dedit. Andream Fernandium cum Bernardo Iapone deſtinat Romam. Supremum diem Matthæus Goæ nuper clauſerat. Claudet verò Conimbricæ Bernardus, illac Româ renauigaturus in Indiam.

Prædictiones.

Goam adueniens Moribundum ſanat.

Prouinciam Indicæ Societatis ordinat, & Barzæo regendam tradit.

CAPVT XII.

Eiuſdem ad Sinas Profectio & Mors.

Legationem ad illorum Regem, vnius ſpatio menſis Franciſcus omnem adornauit. Comitandi deſiderium curas accelerauerat. Aliâ, haud fas ei Regnum inire ſeuerè exteris omnibus clauſum. Legationis Caput

Annus Chriſti. Societ.

Goâ diſcedit.

1552. 13.

put conſtitutus erat, Alphonſi Noroniæ Pro-regis, & Ioannis Albuquerquij Antiſtitis Goani authoritate Iacobus Pereria. Magnos in eam ſumptus fecerat. Litteras publicæ fidei teſtes, diplomata, munera ſecum Xauerius vehebat: Simul Malacam vſque Socios tres, Baltaſarem Gagum, Sacerdotem, Petrum Alcaceuam, Eduardum Siluam, Expeditioni Iaponicæ deſtinatos. Medium Malacam inter & Goam ſpatium emenſis, tempeſtas incubuit. Eam ſacrorum cinerum Thecâ in fluctus demiſſâ Franciſcus fregit. Securum autem, & incurium ſubitâ ſerenitate Nauarchum, periculi grauioris admonuit. Simul nauis in Syrtes inuecta pene ſubſidit. Diſcriminis depulſor idem qui vates. Author autem Cacodæmon, fremens Sinicâ etiam ſtatione ab eodem illo detrudi. Suſpecta erat veteratori, ſedata & Diſciplinis ac legibus culta Indoles Gentis: Tum multis eximij vitijs mores: demum pleræque Legum, Sanctitatis ſpecie Chriſtianarum affines, & quaſi relicta ab Apoſtolo Thomâ veſtigia. Aduenarum igitur oculis, Indigenas; horum autem, Regem ipſum prouidè ſubmôrat. Nam huius vnius Imperium vel exemplum, Gentem vniuerſam, parendi & imitandi promptam, facillimè ad Chriſtum traheret. Hâc tamen Xauerius illam aggredi, & corpus arctè cohærens, per Caput petere decreuit. Tempeſtates fruſtra, Inuidiam magis proſperè inuidiæ Parens obiecit. Eam altè Aluaro Taidio inſpirauit, Pereriæ felicitati dudum infenſo; & gloriæ atque compendijs, quæ ex ea Legatione procederent, æmulo. Deſignatus erat Malacenſis Prætor Arcis. Et Præfecturæ Maritimæ à Pro-rege Diploma Franciſcus ei paucos ante dies Goâ detulerat. Inuiſerat quoque iacentem ex morbo, & officioſè coluerat tum amicitiæ veteris comprobandæ, tum Hominis Legationi conciliandi ſtudio. Pereriam quoque ipſum iam præſentem, modeſtiæ in Prætorem teſtificandæ admonuerat. Et obſequens Frãciſco Iacobus permiſerat totam rem Aluari poteſtati. Humanitatem eam omnem inuidia ſuperauit. Pererianæ nauis Gubernaculum ad ſe afferri Aluarus iuſſit; nauim autem, & Pereriam ipſum

Tempeſtatem ſedat.

Diſcrimen prædicit.

Sinarum mores.

Xauerius Malacæ.

Profectionis Sinenſis Remora.

ipſum vetuit Portu excedere. Prohibitionis iniuſtæ prætextus, metus obſidij Malacenſis. Contrà Xauerius tetendit, & diuersè. Primùm coràm & blandè, & deprecanti ſimilior quàm vrgenti. Sic luſus, internuntios adhibet: Ioannem Suarium, & Franciſcum Aluarum. Ille Malacenſis Parochus erat, hic Iudex: qui Taidio veteres litteras protulit Luſitani Regis, quibus Xauerio morem geri iubebat; & recens Diploma Pro-regis, Legationem decernentis ad Sinas: Suarius, Epiſcopi Goani, cui erat Vicarius, Epiſtolam oſtendit eiuſdem cum Diplomate, Argumenti. Obfirmabatur tam multiplici interceſſione Præfectus. In vulnera pharmacis obdureſcentia, ferrum Medici ſtringunt. Antiquum (& ad hanc diem otioſum) Pontificis Pauli Diploma, ceu reconditum è vagina gladium, Franciſcus. Eo Nuntius Apoſtolicus iubebatur: & intentebatur in illos Anathema, qui eius pro religione conatibus obſtitiſſent. Id per Suarium Præfecto proponit: qui iam obſtinatior, & Franciſcum authoritatis & probitatis ſimulatione notare auſus eſt, & vi attinere Pereriam. Illi Franciſcus interdictum ſacris eſſe, pronuntiari palàm iuſſit: ærumnas ideo ipſi prædicens graues nec ſeras. Breuî Aluarus leprâ coopertus, & in Proregem cõtumax, catenis in Luſitaniam & perpetuos carceres tractus eſt; vbi fœdo apoſtemate perijt, bonis autem priuatus à Rege. Pereriæ ſua inuiderat. Facinus retractaſſe quidam tradidêre. Et obſtinato pœnitudinem poſtulauit à Deo Franciſcus, Malacâ diſcedens ad Sinas. Eam profectionem priuatus ipſe ſuſcepit, quando iam Legationis præſidio nudus, & liber Expeditionis Iaponicæ curis. Ad hanc Balthaſarem Gagum cum Silua & Alcaceua nuper ex eadem vrbe dimiſerat, Andream Ferreriam Socium ſibi aſſeruans. Cum hoc & Antonio Interprete Sinenſi abiens exuit publicè calceos, & puluerem in portas vrbis excuſſit. Tum magnas miſeræ clades edixit. Inde Pereriæ nauem ingreſſus, conſolatorias ad abſentem dedit, amici, ſuâ velut cauſa diſpendium & probrum paſſi, vultum non ſuſtinens. Sed maiores ei & honores & opes, quàm Legatione collegiſſet, & ad

Nec tollitur.

Pergit Xauerius vt priuatus.

Annus Chriſti. Societ.

Sanchianum.

adpromiſit, & impetrauit à Luſitaniæ Rege. Ad eundem Pereriam è Sincuparano Freto alteras, & è Sanchiano tertias ſcripſit vir amiciſſimus. Eam Sinarum ſterilem Inſulam, & ad commercium modò habitatam, ſecundis vſa ventis nauis præterijt. Nauarchum, Franciſcus admonuit erroris; & ſcapham illuc ad explorandum à biduo triduoue dimiſſam, binas intra horas redituram prædixit. Ea vaticinia cariorem illum Luſitanis ac Sinis Inſulæ habitatoribus fecêre. Vtrique acriter & fruſtra dehortati ſunt ne tentaret ingreſſum in Regnum. Seruitus, Carcer, Mors ei proponebatur à ſingulis, & febris illum opportunè inter has diſceptationes aggreſſa. Sed quintâ poſt & decimâ die habens meliuſculè, negotium profectionis ardentiùs ipſe redintegrat. Deerant ad eam Nauarchus, Interpres, Socius. Nam Ferreria languebat, & breuî in Indiam & ad ſuos ab eo remiſſus eſt. Antonius Interpres, Mandarinorum ſeu Magiſtratuum Idioma, à vulgari diuerſiſſimum, erat oblitus deſuetudine loquendi. Nauarchos omnes percellebat diſcrimen capitis. Haud mitiori pęnâ vindicatur alienigenæ in Regnum inuectio. Mercatoris tamen Sinenſis metum expugnauit Franciſcus copiâ Piperis ingenti. Aureis æſtimabatur pluſquam ducentis. Quin alter Interpres iſque litteratus vltro obtulit ſe. Hunc & Xauerium Mercator nocte atque Nauiculâ deuecturus erat ad Cantonenſis vrbis pomærium; & Franciſcum, biduo triduoue occultaturus domi, vſurus autem remigio filiorum atque ſeruorum. Et Cantoniam cuncta curaturus abierat; at in Sanctianum non redijt periculi horrore. Nouus quoque Interpres fidem fugâ fefellit. Ad veterem Franciſcus, quamquam haud ſatis idoneum, retulit ſe; & ſtatuit cum eo ad Sionis Regem ire; atque inde comitari Legatum, quem hic ad Sinenſem deſtinabat. Sed vocabatur in celum: cuius deſiderium ſolito ardentius nouiſſimè ſenſerat. Sanciano Luſitani cum nauibus fere omnes abierant. Quippe veriti ne Franciſci ad Sinas adreptio, Mandarinorum ſuſpicionem & iram in Europæos omnes acueret. Sacrum faciebat Franciſcus, quando eius

Pro ingreſſu ad Sinas Xauerius multa conatur.

Tranſigit.

Luditur.

Annus Chriſti. Societ.

eius hoſpes Georgius Aluarus proripit ſe Sacello,fugiēs mutato conſilio Malacam. Sed eum inde haud abiturum, prędixit Sacro peracto Xauerius. Et inhoſpitalis Hoſpes paucis poſtquam appulſus erat diebus, à latronibus Malacenſi in ſilua cęditur. Xauerius Sacello digrediens febrim ſenſit. Ad *Ægrotat.* nauim tamen,quæ vnica reſtabat, ęgros,qui ibi erant, ſolaturus perrexit. At iactationem haud ferens,exportari ſe iuſſit in ripam. Inde in Tugurium Luſitani. Hîc & bis vena inciditur, & cum ſanguine abit Orexis. Septiduum autem pſalmorum verſiculis, tum ad Diuos, Chriſtiparam, Chriſtum alloquijs extrahit. Siluit inde per triduum: ſubinde lacrymis ſtillans. Biduo poſtremo lingua ad officium redijt, Chriſtum & Virginem inclamans. Tertio ante Auroram *Moritur. 2. Decembr.* die Crucifixum manu cōplectens efflauit animam. Ægrotanti adfuit Luſitanus ille, cui Franciſcus cōmodam vitam, & extra mare prædixit. Morienti Antonius Interpres, & fortè Indicus puer,quem intuēs infirmus,bis miſerum inclamauit, vitæ nimirum flagitioſæ pręſcius, quam is vno pôſt menſe arriperet, & glande traiectus finiret. Mors animam Xauerij ſoluit, corporis, ceu rei ſacræ, abſtinens. Calci im- *Corpus incorruptum.* merſum, ſeſquianno pôſt ſanguinem miſit, coloris & ſucci *1553. 14.* retinens. Prodigia quoque per illud,dum Sauchiano Malacam, atque hinc Goam defertur patrata, qualis Xauerius fuerit, oſtenderunt.

CAPVT XIII.

De Gaſpare Barzæo.

XAuerium haud toto pôſt anno ad Immortalitatis pręmium ſecutus eſt. Eius, ad animarum quęſtum, veſtigia preſſerat. Xauerium alterū dixêre. Gente, proſapiâ diuerſis, multa inerant eadem: Animi corporiſque excelſitas, Paupertas, Obedientia, Deum precandi ſtudium, dicendi vis atque efficacia. Eam à natura ceptam in Xauerio Deus intendit: totam Gaſpari, Zelandi & plebeij gene-

Annus Chriſti. Societ.

Socijs adſcribitur in Luſitania.

1546. 7.

In Indiam nauigat.

1548. 9.

Goæ laborat.

Brachmanum Principem alioſque Chriſto adiungit.

ris, exilis autem & eruditionis & vocis homini, infudit. Adeo ad domeſticas res in Luſitaniâ Socijs adſcriptus eſt: quas & lacertis tractauit ſtrenuè ſemeſtri. Vt & ſermone animas liceret, apud Simonem inſtitit. Sinitur dicere ex tempore & ſcâmno, & de quolibet. Domeſticis omnibus ineptiſſimus eſt viſus, pręterquam ſibi. Adeo dixit inuenuſtè. Nibilominus Sacerdos factus, Pedrogæ & Figueiri Luſitaniæ Oppidis, animum & vocem exercuit. Suum animo robur conſtitit, aures excipiendis peccatis per continuatas viginti horas præbenti. Pôſt verò laboribus quoque obduruit Goam nauiganti. Eadem Barzæo, quæ olim Xauerio, & in naui & Mozambici in vectores officia. Iacebant propè vniuerſi, & Sociorum nouem, in nauibus binis, haud pauci. Goam appulſo vna vox Xauerij deerat. Huius igitur iuſſu per ludicrum & noctem declamando illam intendit: tum ternas habendo quotidie lectiones in Scholis, & conciones plurimas in Sympoſijs, Carceribus, Templis. Xauerianæ efficacitatis aliquid hîc illum excepit. Par impetus & in dicendo vis agebat. Sępe pulpito exſcendentis genibus accidêre qui aliena rapuerant, prompti ad damnum ex eius pręſcriptione penſandum. Chriſtianos in carcere omnes abſoluit à noxis: compulit autem & ad Litanias cantandas quotidie ſub noctem, & deligendum Cenſorem, qui temerariam iuſiurandi conſuetudinem, & alia peccata palàm argueret. Haud Barbarorum cura neglecta eſt. Idem Sol qui res illuſtratas accēdit, alias obſcuras illuſtrat. Lucū Brachmanum Principi famoſo Gaſpar, velut per rimam illuxit. Chriſtianos erudientem in carcere captiuos, diſſimulanter audiebat Brachmanes & ipſe captiuus. Simul plenam ad lucem obtulit ſe, & perdoctus à Gaſpare, eandem communicauit ſua cum Coniuge & Filio Sororis. Frigidus Lunæ ſplendor ſeipſo definit: calidus Solis, ęſtu protenditur. Ita ſplendebat feruidè Barzęus. Eum Chaleniæ Luſitanorum Arci affixit Goenſis Rector Gomius; Goæ autem Xauerius, Rectorem iubens pro Gomio. At Gaſpar Chaleniâ ſe moueri paſſus eſt; Rectoris autem officio, etiam precatus, penitus

quippe

Iaponiæ destinatus Armuziam mittitur.

1549. 10.

quippe Goâ mouendus. Et à Franciſco iam auehendus erat in Iaponiam Barzæus. At qui diuinitus Xauerij non comes, ſed ęmulus & vicarius parabatur. Expeditionis nimirum nouæ & arduæ dignus author. Haud aliam Franciſcus Armuzianam, & ſe dignam credens ſpe amplâ præceperat: ſed alteri ſibi impoſuit ad Iaponicam abſtractus. Barzæi comes Raimundus Pereria: campus Armuzia vrbs & nominis eiuſdem Inſula. Per vtramque magnus Cęli & hominum ardor in vitia. Vtraque ſeptennium nuper ignibus occultis arſit, dum damnoſiore ſceleris ęſtu flagraret. Ignes in vaporem defecere materie conſumptâ: at nouam ſceleri ſuggerebat in dies, Nationum, mercium, ſuperſtitionumque diuerſitas. Ad reſtinguendum Gaſpar accurrit, & eius aduentu dies haud paucos vrbs tota intremuit. Satanâ exhorruiſſe ſuſpicio eſt, nec vana. Obuiauêre deuecti cymbis, Vicarius Epiſcopi Goenſis, & Oeconomus Armuziani Regis. Iuuenis erat Rex, Saracenus, & tributarius Luſitani; cuius nomine Emmanuel de Lima Præſidio Arcem tenebat vrbis. Volebat hic apud ſe habere Gaſparem, volebat Vicarius. Xenodochium habuit Hoſpitem: Magiſtrum, primò omnium, ętas prima Puerorum. Incendio per vitia nondum præparatos, per Catecheſin, cantiones ſacras, pręmiola, ſubmouit. Ab his ad adultos, ab ingenuis ad Seruos; à Chriſtianis ad Ethnicos, Mahometanos, Indęos, Hæreticos, Schiſmaticos perlatus induſtriæ eſt fructus. Multiplex hæc erat, & multipliciter, idoneeque impenſa, deſiderium potiundi Gaſparis accendit. Adeo iam eorum quique, negligi ſe querebantur. Hebdomadam itaque partitus eſt: & ſecundam quamque Feriam Ethnicis, ſextam Mahometanis, cęteras Chriſtianis, Sabbatum Hebræis, Dominicas dies vniuerſis & per conciones præſertim attribuit. Et quaſi torrens è dicentis ore fluxiſſet, ita inimicitiarum, nummorum, impudicitiæ temperabat ardorem: lacrymas autem miſcebat auditor, & ijs eluebat peccata proſtratus ad genua Gaſparis. Confitentium confluxus ternas dormienti permittebat horas: ſubinde tantùm

Ingentes ibi ac felices eius labores.

tùm ſingulas. Quin aliqui ſimulatione morborum, cęteris, eius præripiebant aures. Qui verò corpori vt animi morbo tenebantur, eos vna ſępe exomologeſis apud Gaſparem, vtrâque parte ſanabat. Contumaces autem in monitorem, pœnas, vel corporibus dabant. Noluêre milites ad Monoianæ Arcis obſidionem ituri, confiteri peccata. Plerique vel ab inſidentibus Perſis, vel lue proſtrati periere. Contumaciæ verò idem & cohortis Dux; inter blaſphemarum vocum, tonitrui, pluuiæ, grandinis, turbinis & publicæ caliginis horrores occubuit. Qui autem ad confitendum rediere Armuziam, ab eo expiati, & ad obſidionem remiſſi, Arcem obtinuere deditione. Omnia è vaticinio & publica comminatione Gaſparis. Priuatim ſceleratos duos, ad confitendum adduxit varia ſpecies per noctem oſtenſa diuinitus. Alterum, ipſius Gaſparis ſplendida, fragrans, venuſta: alterum, felium, murium, nigrorumque animalium horrenda. Morbus per Gaſparem impetratus à Deo, alijs duobus, confeſſionem noxarum expreſſit. Medicum Phrenetici fugiebant: & alter vſque in Indiam, Armuziæ nauim eapropter ingreſſus. Alteri ſymptoma poſtridie ſubortum penè abſque Sacerdote, vti Gaſpar prædixerat, vitam eripuit. Ita in proteruos durus ſalubriter fuit, in comes, promptè facilis. Sacro altero, puerum oculi tumore, & febri; altero, amicorum quendam ab lethali inualetudine; miſſo autem Ioannis Euangelio Energumenam, à dæmonum infeſtatione liberat. Hinc, velut ex igne lux, magna authoritas Barzæi. In ſui Inſtituti candidatos prompta. Illud plurimi ambiêre. Pauci obtinuere ab homine cetera facili. In Ethnicos benigna. Rhedas Idolorum circumibant vel inſidebant miſeri, ſeſeque vel implicabant in rotas, vel ſeipſos nouaculis incidebant, Pagodibus immolandos. Vaccis autem per vicos euntibus dulces aquas exponebant ad potum, carò vtique emptas: quales nimirum totâ Inſulâ nullæ. Plurimi Chriſtum agnouêre. In Saracenos atque Iudæos minimè odioſa. In Coranum & Synagogam inuitabant deducebantque audituri docentem. Ioannis quoque Baptiſtæ

Vaticinia.

Impetrationes morborum ſalutares.

Depulſiones.

Barzæi Authoritas.
In Socios aggregandos.
In Ethnicos.

In Saracenos & Iudæos.

Baptiſtæ appellatione glorioſâ eum dignati. Nec erubuit Philoſophus Saracenos inter illuſtris, congredi prouocanti. Inediâ certare Medicinæ arte & corporis viribus fretus volebat. Illam qui diutius ferret, victorem fore. Antè, rationibus homini agendum Gaſpar oſtendit. Tum Philoſophus pallere & differre certamen. At vxor & filia præſentes, Mariti & Patris pudorem ac metum, cauſæ infirmitatem interpretatæ ſunt, & clàm petiere Baptiſmum. Eas Barzæus fidum apud hominem ſubducit catecheſi tingendas. Repetit Philoſophus ille ſubductas; ſed legem Barzæus adiecit; obtenturum eas, ſi diſputando vinceret; ſin autem, Chriſtianum cum illis fore. Legem Philoſophus admiſit; diſceptauit: ſed Iudicum ſententiâ victus, fugit in *Victoriæ illuſtres.*
Perſidem. Eadem Barzæi circa Legati Perſici vxorem con- 1550. 11.
ſtantia. Chriſtianè viuere volentem reddi noluit, quamquam maritus repeteret, Rex autem Perſarum & Bellum minaretur, & Luſitanum retineret apud ſe Legatum. Hunc tamen remiſit breuî pacatior, & ſuo Femina arbitratui relicta eſt. Supererat Armuzianorum Rex. Dehortabantur eum Proceres, blanditijs, precibus, minis. Gaſpar permouit ad condicendam Catecheſi certam, certam Baptiſmo diem. Lacrymis mater vlulatuque retraxit. Pro retracto ſupplicationes per vrbem inſtituunt, Gaſpar Catholicas, Mahometanas contrà Cacizij. At ille, fremens Pſeudoprophetam opponi Chriſto, Saracenos Corano de- *Audacia.*
pellit. Victricis ſignum Crucis, in faſtigio eius ſtatuit, & obſtruit cæmento valuas. Neque recludi paſſus eſt, quamquam bella minarentur omnes in vicinia Reges, & Sophus *Conſtantia.*
ipſe Perſarum; & inclinarent corrupti auro Chriſtiani, novuſque Arcis Præfectus. Auſus hic Corani recluſionem Barzæo proponere, deliquio vix mortem effûgit, quam alij impietatis Patroni incurrêre. Ad tantum illud facinus, Barzæi vis omnis, Puerorum Chorus imbellis. Ad conſtantiam in aduerſarios tantos, fiducia Deo nixa. Iogues omnium Princeps agnouit, & diſceptationibus doceri ſe, & doctum baptiſmo luſtrari paſſus eſt. Paulum Gaſpar appellauit:

Annus Chriſti. Societ.

pellauit: & ad ſpecimen amiſit Romam; ſed è Luſitaniâ pergentem morbus extinxit. Eius antè Diſcipuli, imitatores nunc in amplectendo Chriſto fuêre. Delubrum autem, quod habebat ſuburbanum, in Deiparæ ſacellum à Gaſpare verſum eſt; Habitatio, in Collegium Sociorum. Breuî ad Decuriæ numerum, & ſanctimoniæ Apicem euasêre. *Collegij Armuziani primordia.* Singulorum impetus erant ſupra naturam. Intolerabilis mortalibus vitæ aſperitas, eorum quinos immaturo ſtrauit fato. Beatam ad æternitatem properè, non diu tendere, breuem per ætatem licet. Collegij appellatio, à Bono-Ieſu. Dotationis gloriam obtinuit Emmanuel de Lima, nuper Arcis Præfectus. Ciues contenderant, Chriſtianæ rei gratiâ: quippe quò ad eam capeſſendam ventitabant ad Gaſparem diuerſiſſimæ gentis & ſuperſtitionis homines: *Eò ad Gaſparem concurſus.* Perſæ, Arabes, Armeni, Georgiani, Abaſſini. *E Turcia.* E Turcia Græci, & Itali; & Genuenſis quidam fortunas omnes Catholicæ religionis recuperandæ ſtudio deſerens. Duo item litteris ab eo petiere, vt acceſſum ſibi ad vrbem, & reditum ad Eccleſiam tutum, præſtaret. Ambo hac vna de causâ à Mahometanis *Conſtantinopoli.* occiſi ſunt: alter Conſtantinopoli, Chriſtianorum, qui ibi erant, nomine longè Bacoram vſque progreſſus, capite; *E Perſide.* alter Catifâ, quæ ad Sinum Perſicum eſt, toto fruſtratim corpore cæſus interijt. Barzæi ad vtrumque reſponſorias intercepere Saraceni. Et ſuas Catifâ Ioannes (hoc eius nomen, natale autem Solum, Colonia Vbiorum) nitrato pul- *Ex Arabiâ.* uere diluto ſcripſerat Flandricè, Gallicè, Latinè. Ex Arabia felice Legatio bimeſtris & magnifica magis quàm felix. Inuitabat Legatus Gaſparem vt veniret ad ſuos, omnes illico Chriſtianos fore. Ammonitæ ſunt, & omnium primi à Mahomete corrupti. Eò alliciebant multa Barzæum, pridem ad Scytas, Abaſſinos, Sinas cogitantem: retinuit vna prohibitio Franciſci. Alias ex alijs profectiones anhelantem

1551. 12. ſuo iniuſſu vetuerat, Armuziâ per triennium exire. Eo exſpirante in Iaponiam acciuit. Igitur diſceſſuro Goam, con- *Goam Barzeus redit.* teſtationes, lacrymæ, appellationes ad Xauerium & Luſitaniæ Regem ab Armuzianis obiectæ ſunt. Clàm abeunti

Conſaluus

Annus Chriſti. Societ.

Conſaluus Rodericius ſucceſſit. Goam appulſo, & totam inflammatis per Portum, Plateas, Templa concionibus accendenti, mox adueniens è Iaponia Franciſcus, Prouinciam Indicam tradit. *Indiæ Prouincialis creatur.* Suum ad Sinas comitem optarat. Deus iam iterum, tertiumq́ue diuulſit. 1552. 13. Conſpirabant Sociorum & exterorum vota. Nec decebat tanta hęc duo ſidera, vnius Gentis ambitu concludi. Occaſu iuncta ſunt. Pòſt Xauerium toto non anno Gaſpar, & ſtans occubuit. In Æde vrbis primaria dicentem vires defecêre. In pulpitum prolapſus, vicinorum manus reiecit in Collegium deportare volentium. Eo ipſemet ſuis ſe pedibus traxit: & in acciſo laboribus corpore ſuffecit febri quod carperet. Auſus eſt vltrò *Obit 18. Octob.* quærere de morte. 1553. 14. Audiens proximè adeſſe, Bazainiam in vrbem miſit, qui Melchiorem Nunnium aduocaret. Succeſſorum alter hic erat in Syngrapha per Xauerium proficiſcentem ad Sinas Goæ relictâ. Alter & prior, Emmanuel Morales: quo duos abhinc menſes vita defuncto, ſucceſſurus erat Nunnius in Præfecturâ. Extincto Gaſpare Goam peruênit afflictiſſimam exitio Patris.

CAPVT XIV.

De Æthiopiæ Patriarcha.

LOngè lateq́ue per Africæ intima, extenſa eſt. *Situs.* Abaſſia propriiſſimè dicitur, & Abaſſinorum Rex aut Imperator, qui Genti præeſt. Pretelannem *Appellatio.* temerè Europæum vulgus appellat; glorioſo nomine, ab extinctis Aſiæ populis, ad Africæ Æthiopas tranſlato. Gens à Romana dudum Eccleſiâ diſceſſit, ad Dioſco- *Religio.* rum, Eutycheten, & Alexandrinum Patriarcham conuerſa. Reditum quatuor per ętates, Imperatores multi & fruſtrà agitarunt. Deciſum pridem ſurculum egrè inſitione reſtituas. Reconciliationem nuper tentauit Claudius Abaſſinus Rex; & per Ioannem III. Luſitanum poſtulauit ad ſuos

Annus
Chriſti Societ.

mitti Patriarcham. Sollicitatus à Ioanne Ignatius deſignauerat Fabrum, Paſchaſium quoque idoneum ſentiens, quin & ſeipſe offerens. Dilata miſſio eſt incertâ causâ. Suſpicor, *Pro reconciliatione conatus.* inconſtantiâ Claudij: qui octennio pòſt negotium ſatis
1554. 15. calidè reſumpſit. Tum Ioanni Nunnio, extincti Fabri Diſcipulo, *Io. Nunnius Æthiopiæ Patriarcha.* ea impoſita eſt, Crux-ne dicam an Dignitas? Certè ceu grauiſſimum tormentorum accepit; nec niſi adactus voti religione. Oliſſiponem ex Italia miſſi, Andreas Ouiedus & Melchior Carnerus in Epiſcopos conſecrandi, & Patriarchæ ſucceſſores. Habebant & ab Ignatio ſapientiæ plenas ad Claudium litteras. Ouiedus in Hierapolitanum Antiſtitem cum Nunnio Patriarcha Oliſſipone initiatus eſt: in Nicænum Carnerius, ſed Goæ. Nam eò præcucurrerat cum decuriâ Sociorum. Ex his octo erant in Æthiopiam cum *Legatio ad viam ei parandam.* Nunnio perrecturi. Huius dignitati conſulens Petrus Maſcarenia Prorex, Iacobum Diazium Goâ præmiſit ad Clau-
1555. 16. dium. Additi è Societate Conſaluus Rodericius & Fulgentius Freires, exploraturi conſtantiam Regis: & viam munituri Patriarchæ. Opportuna prouiſio. Negat Claudius, Abaſſinis ſuis poſtulatum à ſe Patriarcham: at Luſitanis modò è Chriſtophori Gamæ exercitu reliquis. Abaſſinis hic in Mahometanos annis abhinc tredecim auxilio venerat. Luſitanos excoluit Conſaluus; in Æthiopas fruſtra autho*Turbæ.* ritate ſcriptiſque depugnans. Attamen Claudij mentem concuſſerat: prouocaratque Abunam, Schiſmaticum, Gentis Patriarcham, ab Alexandrino ſubmiſſum. Certaminis verò fugientem ſuſtinebant Proceres & Claudij Mater. Monachorum aliqui ſtabant à Conſaluo: & Nunnium iam Rex patiebatur in Abaſſiam pergere: eo præſente atque audito, deliberaturum ſe de reconciliatione cum Pontifice Romano. Rediere Goam cum hoc ancipiti reſponſo Diazius atque Conſaluus. Eôdem Nunnius Patriarcha, Ouie*Goam appellit.* duſque Epiſcopus breuî appulêre. Et ille per eam incerti-
1556. 17. tudinem ſuos pergere ad Æthiopas volebat. Retinuêre do*Ibi attinetur.* meſtici & èxterni, perſonæ, quam gerebat, reſpectu. Ouiedus modò cum Socijs quinque illuc præmiſſus eſt.

CAPVT

Annus *Christi.* *Societ.*

CAPVT XV.

Ignatij Obitus.

ANnos iam triginta languebat eius imbelle corpuſculum, partim ſpontaneis pœnis, partim ſtomachi curatione peruerſâ. Igneæ Ignatius indolis erat; ſed aqueæ præiudicium Medicis dederant ſedatiſſimi mores. Procedente iam æuo, noua pondera incubuêre: Senium, adminiſtratio Societatis, deſiderium fruendi Deo. Denique nouiſſimum illud, bellantis Romæ conſpectus, Paulo IV. Pont. arma in Hiſpanum parante. Cæterùm, miraculo Ignatium viuere affirmabat Iacobus Eguia, eius conſcientiarum arbiter. Vt eo diutiùs frueremur, illi author ipſe alijq; à bienniofuerant, vt ad gerendas res impar, Adiutorem adſciſceret. Adſcitus tunc quidem eſt Natalis ſuffragijs Patrum Ignatijque conſenſu, & officium dignè præſtitit. Nunc autem abierat in Hiſpaniam, ad ſubſidia Romano Collegio petẽda. Pro eo deſignauit Ignatius Polancũ atque Madridium. Habebat enim peiuſculè, ideoq; in Villam, ſed intra vrbem receſſit. Hîc morbus ingraueſcit cęli, vel noui tecti iniuriâ. Domum reportatur. Aliquot in lectulo dies duxit eodem vultu. Mortis periculum abeſſe dicebant Medici. Sed propinquantem proſpiciebat exſpectabatque fortis Imperator. Tertio Kalendas Sextiles deſtinatur ab eo ad Pontificem Polancus ſupremi officij gratiâ. Sed conſilio Medicorum hæret in craſtinum. Et ecce dum primo mane viſitur ab Curatoribus infirmus, animam agebat ſcilicet: quam paullò pòſt Ieſum ingeminans efflauit. Iecur inediâ quaſi lapideum; in vna venarum, lapilli tres inuenti, Iacobo Eguiæ fidem adſtruxêre. Corpus anteà prodigium, nunc prodigiorum fons viſum eſt. Ipſum ad dextram Aræ maximæ in Templo humauêre.

Morbi cauſæ.

Mors 31. Iulij. 1556. 17.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT XVI.

Status Societatis.

Militiam hanc Annis quindecim, & menſibus aliquot rexit Ignatius. Oſtendêre autem, ipſe, tanti exercitum eſſe, quanti Imperator eſt: Societas contrà, tanti Ignatium eſſe, quanti ipſa erat. Primum eius quinquennium diuerſos ordines & gradus, Coadiutorum
1546. 7. vtrorumq́ue adiunctione, & Stationes decem, Prouinciamque in Luſitania ſub Rodericio primam inſtituit. Altero
1550. 11. Leges, & Conſtitutionum vincula acceſſere, vnde Partium cum Capite ac inter ſe coniunctio. Domicilia duo & viginti, Prouinciæ autem inſuper, Hiſpanienſis ſub Araozio, & ſub Xauerio Indica. Gallicanam enim, Germanicam, Italicam adhuc adminiſtrabat Ignatius per ſeſe. Siculam per
1555. 16. Lainium cum Inſpectoris appellatione & poteſtate. Tertium verò quinquennium, Socios cenſuit mille, ſparſos in Domicilia centum, & Prouincias omnino duodecim. Poſtrema omnium, & ſeri partus difficultate, Patri gratiſſima, Germanica Inferior, ſeu Belgica. Inter edendam immoritur, & velut Beniaminum Iacobus, ſic eam crudi & laborioſiſſimi partus difficultate caram, teneriùs amauit Ignatius. Commiſerat Bernardo Oliuerio regendam: ſed eum ad Tornacenſe ſuburbium lues oneri, vitęq́ue mortali ſubduxerat. Superiorem Germanicam, adminiſtrabat Petrus Caniſius: Italicam Collegiorum maximè feracem, primò Paſchaſius; eo ad Gallicanam amiſſo, Lainius; Siculam Hieronymus Domeneccus. In Hiſpania Caſtellanam Araozius, Aragonenſem Strada, Bæticam Michaël Turrianus primùm, tum eo ad Luſitanicam poſt Rodericium & Mironium traducto, Bartholomæus Buſtamantius. Indicam poſt Barzæum, Melchiorem Nunnium, Balthaſarem Diazium, Antonium Quadrium, Conſaluus Silueria. Braſilicam

Socij mille. Domicilia centum. Prouinciæ duodecim.

Belgica.

Germanica. Italica. Gallicana. Sicula. Caſtellana. Aragonenſis. Bætica. Luſitanica. Indica. Braſilica. Æthiopica.

cam Emmanuel Nobrega, tum Ludouicus Grana. Æthiopica adhuc adibatur. At nõ ſine Patronis & Hoſtibus, in tantam amplitudinem per quatuor Partes Orbis tãtillo annorũ numero Societas proceſſit. Vtri magis promouerint, fortè ambigas. *Aduerſarij.* Nauim aduerſa & vehemens aura, magis, quàm lenis & ſecunda propellet, ſi ad illam obliquaueris vela. Ita Societas aduerſos Hoſtium conatus patientiâ in auxiliũ vertit. Qui non eam oppugnauere? Idololatræ, Hæretici, Improbi, manifeſtè. Aliorum quidam, cuniculis & furtim; Priuati, Magiſtratus, ex omni Ordine, diuerſo ſæpe reſpectu, ac cætera diſcordes inter ſe. Quoſdam Inuidentia ſtimulauit: multos ignoratio & credulitas, velut per noctem nocituros effudit. Arma; Calumniæ, Scommata, Teſtimoniorum Iudiciorumque Corruptio, Edicta, Diræ, Libelli Famoſi, Picturæ infames: Varia linguarum vt manuum Tela. Nihil quidquam intactùm in tanto corpore relictum eſt. Appellatio, Priuilegia, Veſtis; Victus, Eruditio, Mores, Conſcientiæ ipſæ ad lucem protractæ. Atque vtinam ad lucem, & Tribunal Veritatis! Per Circulos, Sympoſia, ſuggeſta trahebamur; ac inauditi ac ſubinde damnabamur ignoti. Hinc ſolitudo, egeſtas, contumeliæ, proſcriptiones, exilia, plagæ, mortes. At innocentibus haud diu noxia. Patrocinabatur *Patroni.* Veritas, & eorum auctoritas, qui norant quos tuerentur. Paulus Pontifex III. Societatis vt natæ, primâ Ordinis Confirmatione, Suſceptor, ſic oppugnatæ Tutor ſex Diplomatum obiectu. Eiuſdem & Defenſor binis Iulius III. Pont. Litteris extitit. Sed & Nutritius, Collegiorum Romani atq; Germanici; immo Societatis vniuerſæ, iubens Ignatiũ, quoties egeret, ad ſe recurrere. Promotores verò ſe & ipſe, & Marcellus, & Paulus IV. obtulere. Et Iulius eam figere Ieroſolymis, Conſtantinopoli, & in Cypro voluit; Marcellus Ignatium colligere milites iuſſit: vſurum ſeſe collectis. Paulus autem largam Romano Collegio dotem ſtatuerat. Sed huius conſilium ſumptuoſus belli apparatus; illorum, mors interueniens infregit. Purpuratorum Patrum idem ferè in noſtros animus: tum vniuerſorum, tum ſingulorum.

Annus Chriſti. Societ.

E Comitio, quo Iulius Pontifex creatus eſt, aureos bis centum ad Ignatium miſêre. Iam qui Tridentinæ Synodo pręfuere Legati, ſuperauere, noſtrorũ indigentiam liberalitate, cõmendatione modeſtiam. Singulos alio alioq; tempore & causâ fauentes quis cenſeat? Fauebant & per Eccleſiam Antiſtitum plerique. Ij pręſertim qui Noſtros viderãt Tridenti, vel ibi per eos geſta, nuntiante famâ longè acceperant. Magnos ex omni Ordine Patronos ea Societati Synodus peperit. Carolus Cæſar & Franciſcus I. Galliarum Rex, etiam beneficia impertiêre vix notæ. At vtriuſque, Henricus Franciſci, Philippus Caroli filius, penitus exploratam iuuêre. Ferdinandus verò eiuſdem Caroli frater & in Imperio ſucceſſor; & Ioannes III. Luſitaniæ Rex, Patres ei ſe præbuere. Haud ſolicitè magis ſua ipſi, quàm noſtra, curaſſent. Nec illis ea benignitate multum conceſſere Guillielmus & Albertus Bauari. In reliquis iam Italiæ atque Germaniæ Principibus Orthodoxis, tum & Rebuſ-Publicis Venetâ atque Genuenſi par pro tuenda Societate conſenſio. Hæc Sigiſmundo Poloniæ Regi, in vno Salmerone tantũ apparuerat; Sed notitiæ tarditatem, magna ſucceſſorum benignitas penſabit. Sic per Europam noſtræ res ibant. Extra illam, vnius Luſitani authoritate, progrediebantur. Manum ex illius iuſſu Prætores in Africâ, Americâ, Aſiâ omnes commodabant. Eò meritis ſe noſtris, & ſponte allici gloriabantur etiam Barbari. Quiuanus Bungi Rex adhuc Ethnicus, eo reſpectu Patronum ſe dedit. Potens ad Principes demerendos illecebra, Reipublicæ, & ſine mercede, ſeruire. Id Socij variè præſtabant. Per illius Regnum perpetuis Operibus, ac præſertim, & Catechiſticarum Ædium, & Noſocomiorum ſubſtructione. Alijs alibi ab Ignatio ſolerter inuentis, à Societate confectis. Omnium fructus ad omnem ferè Gentem, Ætatem, Sexum, conditionem pertinent. Quid Pueritiâ magis expoſitum & Præſidio nudum? Illam Catecheſi & Contubernijs texit. Nec legendi pingendiue doctrinam abhorret, quoties è re quidem eſt. Ea per Europæ Prouincias rarior; at per Braſilicam atque Indicam vt ne-

Salutaria Iuuenta.

vt neceſſaria, ſic obuia eſt: & gnauiter ibi à Noſtris traditur. Quid Adoleſcentiâ effrænatius? At eam Diſciplinarum propè omnium fræno ad honeſti pulcritudinem flexit. Eruditio & Probitas fœdere iunctæ ſunt; Huic facilè aliquem per illam concilies. Exercitijs Spiritualibus, repreſſi Iuuentæ impetus, collectæ erectæque ad celeſtium curam rerum, vagæ & in terrenas pronæ Virorum mentes. Catholicorum iam tepor, Sacrorum myſteriorum frequentatione recaluit. Hæreticorum fraudes quibus non detectæ artibus; vires viribus repulſæ? In illas excitata Nationum Seminaria tum Romæ, tum paſſim in Septentrione Hæreſibus corrupto. Validiſſima hæc Propugnacula Ignatius & credebat: & pridem per Iaium in Germania verſantem, Principibus propoſuit, perſuaſitque condenda. Non Orbitas aut Pudor queri de Societate poſſunt. Vtrique tutos Receptus poſuit etiam de ſuo. Non vinculis, mœrore, Inualetudine, Seruitute, Incuria, vel Ignoratione ſalutis vincti. Ad omnes Terrâ Marique auxiliatura proceſſit. Vt vno velút impetu, propria ab Imperatore Ignatio viuendi Regula, bellandique ratio præſcripta eſt. Vt libero atque expedito, ambitione & acceptatione Honorum, Profeſſos; rerum haud neceſſariarum adſtrictionibus omnes abſoluit. Eò illos iuſſit, obſtringerent ſe Deo non petere, non admittere dignitates; nec ſinere, vt laxetur vllo tempore Paupertas. Iuſſionis prima Pars opportuna, & neceſſaria militiæ huic conſeruandæ. E primis Patribus nouem, ad honores quini petiti ſunt. Pariter omnes ac fortiter obſtitêre. Abſtinebat autem eos non voti religio (nulladum aderat) ſed, & latendi deſiderium, & libertas ad omnes æquè Populos tendendi. His impedimentis Exercitus liber, omnem expeditionibus ſuis Orbem breuî menſus eſt: & quamquam locis diſtractus, imperijs tamen ab vno pendebat & agebatur Ignatio. Immo occupabat imperia eius quem diligebat; & à quo norat ſe diligi. Leuis amor eſt, at grauiter impellit. Maiorne Societatis in Ignatium, an huius in illam, haud tutò definiam. Elementum nominis eius primum, I; Xauerium in Europam ab extremo

Inſtitutum Proprium.

Honorum fuga & Paupertas

Amoris Lex.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

tremo retraxiſſet Oriente, ſi reuocantis Ignatij litteras ab eo accipi mors ſuiſſet. Exiles lingulæ aut vertebræ tenues, inſanæ molis Horologia agitant vel tenent. Societas, amoris magis quàm imperiorum impulſu progreſſa eſt. Et leges primo quidem ſexennio nullas: altero duodenas circiter, eaſque rudes & vagas; Conſtitutiones ſerò & Ignatio ad extrema tendente, & vix omnis accepit. Sed Amor majeſtate nitebatur: nec molliter pertrahebat ad parendũ. Eius præſidium, non cõtemptioni modò, ſed & oſcitantiæ eximebat benignitatem iubentis. Nec modò nolebat eum quiſquam, ſed nec audebat offendere, aut leuiſſimè offenſum pati. Veterani etiam intra hanc venerationem erant; & Lainius Italiæ Prouincialis, Triclinij vel Coquinæ miniſteria ab eo depopoſcit in pœnã. Expoſtulauerat vice iam alterâ exhauriri Prouinciam ſuam, Sociorum Romam accitu. Iam Conſtitutiones, Imago Ignatiani & in Socios amôris, & authoritatis ſunt. Eum penicillo pingi vetuit lux vultui perenniter ac diuinitus affuſa. Pinxit in illis ſeipſe, & in eo ſuî ſimulacro expreſſit omnia, quibus ſacra hæc Militia vigeret ac pergeret.

Authoritate nixi.

Finis Libri Primi.

SY-

SYNOPSIS
PRÆCIPVARVM RERVM A SOCIETATE IESV GESTARVM SECVLO EIVS PRIMO.
LIBER SECVNDVS SIVE LAINIVS.

CAPVT PRIMVM.

Interregnum.

Annus
Chriſti *Societ.*

BIENNIVM propè tenuit: initio ſuo graue, progreſſione damnoſum. Ignatius moriens Vicarium deſignauerat nullum. Oblati mox duo: Italorum ſuffragijs Patrum, Iacobus Lainius; Hiſpanorum interpretatione, tunc quidem in Hiſpaniâ degens, Hieronymus Natalis. Huic multa Ignatij adhuc infirmi facta ſcriptaque, munus deferre videbantur. Sed hoc qualecumque Ius Natalis, Itali; Italorum factum, ignorabant Hiſpani. Error periculi plenus, & diſſidium

1556. 17.

Dubium vter Vicarius, Lainius an Natalis.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

dium, inter dignitatum auidos facturus. Sed aliter ab Socijs Ieſu certatum eſt. Vltro iure vterq; ceſſit: & iam abdicationis ambitus erat. Sed & pulcrum diſſidij genus, duorum per ſuffragatores ſuos, alteri temporariam dignitatem ádſtruere

Manet Lainius, Indicitque Comitia. nitentium. Euicit modeſtia Natalis, quia prius cedentis. Ita Comitiorum Caput certum Lainius perſtitit. Ea in Vrbem & Nouembrem antè indixerat: Vicarium quippe ſe gerens, nec de Natale cogitans quidquam. Vana indictio. Bellum Pontificem inter Paulum & Philippum Hiſpaniæ Regem,

Differuntur in ann ſeq. vias ad Vrbem peregrinantibus clauſerat. Igitur in proxi-

1557. 18. mum ver dilata ſunt; ſed, ne tunc quidem habita. Conuenêrant è Prouincijs Romam reliqui Patrum; deſiderabantur cum Luſitanis Hiſpani. Vetuerat quippe Philippus Regno quemquam exire. Atque detenti cæteros inuitabant, ad habendaibi Comitia, oblato quoque ſumptu. At Romæ haberi iuſſerat Pontifex Paulus. Vtrò ſe vertant, bi-

Turbæ Domeſticæ. na inter Edicta deprehenſi? Turbatio etiam domeſtica infortunium intendit. Diſceptauerant antea præclarè Lainius atque Natalis, pro abdicando ancipiti iure ad Vicarij munus. Nunc pro participando inſtitit Bobadilla. Socium ſe olim familiæ cum Ignatio, Lainio, alijſque fundandæ, cur modò non item gubernandæ? Acer & ſedulus ei adminiſter Pontius Gogordanus, diuerſâ licet cauſâ: adſtipulatores autem duo è Primis Patribus decem, Paſchaſius & Simon. Quinque ſuperſtites erant vniuersè. Lainium reliquus Salmeron tuebatur. Sed ea demum tempeſtas Carpenſis & Alexandrini Cardinalium iudicio concidit. Ille vt Patronus Ordinis, hic arbiter à Pontifice datus cauſam cognouit, &

Iterum Comitia differuntur. pro Lainio ſententiam tulit. Vniuerſi mox Româ, dum renocentur, in Prouincias Paulo annuente dimiſſi ſunt. Tum verò conſtitit Ignatium Societati non totum obijſſe. Adeò è Comitiorum ſuſpenſione, nihil detrimenti, vt ſolet, ea

Societatis, poſt Ignatij obitum, ſenſus. Militia cępit. Quin & illius funere, inſuetum Deo ſeruiendi ardorem, conſtantiam, fiduciam, gaudium, & conſequendi Ducis deſiderium, ſibi quiſque ſenſit affundi. Nec ereptum querebantur, quem & repræſentatum iri à ſingulis, & auxi-

liaturum

liaturum è cęlo ſperabant. Eius blanda vis, & vultus, emittentis in Prouincias Socios, męſtos ſolantis, pauidos hortantis, agentis omnia, occurrebant oculis. Animis autem, ſuæ Pudor operę, velut citra vires impenſæ. Igitur quãquam ſupremo Duce orba Societas, laceſſebat hoſtem. Hęreſim, Germanica per Caniſium atque Gaudanum. Lecti erant, duodecim inter Catholicos, in Hęreticos totidem Vormatiæ ad Colloquium cõgregatos, Melãcthonem, Piſtorium, Schneppium, Brentium, Bullingerum, Illyricum ſuis quemque cum Aſſeclis. Sed vi opus non fuit ad vincendum. Suis aduerſa Pars diſcordijs, victa eſt. E duodecim Heterodoxis, omnino quinque per reliquos ſeptẽ à Colloquio exacti ſunt, velut Confeſſioni Auguſtanæ diſſentientes. Minùs tamen exactoribus ſuis delirabant. Gaudanus verò tabem, qua cõſumendus dicebatur, depulit. Hiſpanica in Hęreſim quoque & in calumniam depugnauit. Illa Hiſpali detecta eſt in Lutheri Aſſeclis haud paucis; at Sacrorum Quęſitorum authoritate, per Socios eliſa. Calumniæ autẽ in nos ſemina, Ioannis Vegæ, antè in Sicilia Proregis, nunc ſummi in Concilio Regio Præſidis operâ; & Borgiæ ad Carolum Cæſarem ſermone, reuulſa ſunt. Societatis Inſtitutum ei aperuit; tum cur in eam ſeſe (veluti in nouellum Principis Hortum, noui generis ſtirpem Aulicorum aliquis) intulerit; denique cur Societatis Filij è Matre Iuuene nati, ſenes eſſe non poſſint. Audijt Carolus benignè, & Borgiam ſubinde in Luſitaniam Catharinæ Reginæ ſolatio miſit. Et Societati ſuũ ibi Franciſcus impertijt. Ioannem Regem vt illa Sponſum, ita hæc Patrem nouiſſimè functum lugebat. Ab Ouiedo Epiſcopo & quinis, quibuſcum in Abaſſiam peruenerat Socijs, contra Dioſcori Diſcipulos certabatur. Omnium eruditiſſimus, Rex ipſe Claudius, obiectans ingeniosè non pauca. Vlteriores congreſſus Irruptio Turcarum abrupit: & ſimulatæ Regis in Romanum Pontificem inclinationi tempus conceſſit. In Iudaiſmum & Impietatem Indica. Cocini, pileus per Vrbem incedenti Carnerio, emiſſa retro à Iudæis ſagitta, decuſſit: ſimul ſchedula maledictis in Chriſtum ac So-

Vormatienſe Colloquium.

Borgia cum Carolo Cæſare.

Idem in Luſitania.

Ouiedus in Æthiopia.

Inquiſitio in India.

O cios

Annus
Chriſti Societ.

cios plena, in Templi capſula quæ ad eleemoſynas proſtabat, inuenta, occaſionem illis dedêre, vt Sacra Inquiſitio in India inſtitueretur, vrgendi. In Idalcanem & Mauros cum Caſtris iuêre Ioannes Meſquita & Petrus Almeida. Ille in prima Acie, Chriſti in Cruce fixi ſignum præferens haſtâ. Fuſo autem Idalcane, Mahometanum Pondanæ Arcis fanum incendens. Exercitum, vt abeuntem prece munierat Nunnius Patriarcha, ſic redeuntem noſtro in Templo victorem excepit. Franciſco Baretto Proregi pulcrum gratiæ Deo habēdæ genus ab illo,& Conſaluo Sylueria ſuggeſtum eſt. Decreta nimirum ad Chriſti religionem promouendam. Habuit,decreuit:& plus mille hoc Anno vidit in Templo noſtro Goæ Baptiſmo luſtrari. In his alter vigeſimum, trigeſimum alter ſupra centeſimum ætatis annum, attigerant: & Maria Mealis Mahumetani Reguli Filia, expiata eſt per Patriarcham. Iaponica in Idololatras conſueto ardore pugnabat. Quater mille numerabantur nouiſſimè ad Chriſti iugum adducti. Plures ſecuturi videbantur; ſed ſpei partem, Bungenſis tarditas Regis, & trimeſtri morbo feſtinatus Goam Melchioris Nunnij reditus ademit. Redibat & ad Prouinciæ ſuæ Indicæ res, pro qua adminiſtranda, neſciebat Conſaluum Silueriam & ſibi,& Antonio Quadrio eſſe ſuffectum. Romana Societas in vniuerſę Hoſtes dimicabat, operâ iam reſurgentis è morbo Lainij: quippe Socios inde quoquo Gentium ſpargentis: condentis quoque nouum in Italia & illud Politiano in Monte Collegium; molientis item in Germania Monachij nouum, perficientis denique Murcianum, Methymnenſe, Placentinum. Inopia, Societati Romanæ Hoſtis maximè propria, & dura, ductoribus ſuis omnibus orbatæ. Ignatius enim Domui Profeſſæ, Collegio Romano Olauius proximè, Germanico Fruſius demum, obierant. At non omnis Ignatius: In egeſtatem ſingulos armabat, patiētiam & fortitudinem cęlitus infundens. Adeo iam alieno merſi ęre, & Typographiam comparauêre, & Romanum Collegium ab Regione S. Mariæ ſupra Mineruam, ad Saluiati domum, haud abſque ſumptu traduxêre. Spe tamen

Miſſio Caſtrenſis.

Melchior Nunnius Indiæ Prouincialis in Iaponia.

Romanæ Societatis inopia.

Collegia.

Romani noua Sedes.

tamen opis in amicis exigua, quibus belli apparatus & Annonæ caritas cenſum acciderant.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT II.

Congregatio Generalis Prima.

AD eam conuenientibus Ver ſequens vias aperuit; reconciliatis nuper Pontifice & Rege. Luſitani penetrauêre per Galliam. Mari Hiſpani, ſed tres tantùm; totidem, interque eos Borgiâ, valetudinem excuſantibus. Profeſſi in Societate erant vniuersè quinque & triginta: In Comitijs, viginti. Illis, dies decretus idem qui Elizabetham Viſitantis Deiparæ: locus, cubiculum Ignatij anguſtum. Vicario ad Electionis curas adiutor Paſchaſius eſt datus; ad Secreta Polancus; ad Orationem geminam in Conclaui habendam Caniſius. At à Pontifice Præſes Cardinalis Pacecus pro Carpenſi Societatis dudum Patrono, agente nunc Meldulæ. Delata per quemque ſuffragia Pacecus coram Vicario & Polanco reſoluit & numerat: tum Polanci quoque munus occupans, ita pronuntiat: Paſchaſius, Lanoius, Borgia, tulêre ſingula; Natalis quatuor; reliqua tredecim Lainius. Itaque hunc Paſchaſius Profeſſorum antiquiſſimus Generalem Præpoſitum proclamat, & ad manus oſculum accidit: mox & cæteri omnes. Inde ad Templum gratiam habituri Deo. Tum Lainio gratulationes, & amplexus, officia omnibus dulcia præterquam cui fiebant: multipliciter conato dignitatem auertere. Eò pridie ſe flagris ceciderat. Honore triſtem Cardinales poſtridie quinque adierunt, ſolandi magis quàm gratulandi gratiâ. Ad pedum autem oſcula procidenti arriſit, & bene apprecatus eſt Pōtifex ſereno vultu: at per litterarias exercitationes Diſcipuli octiduo applausêre. Dato Societati Capite, in reliquum Corpus, Patrum cura confertur. Conſtitutiones primùm ex Hiſpanico in Latinum verti, mandarique 1558. 19.

Lainius Generalis Præpoſitus creatur.

Conſtitutiones Latinè reddi, & edi iubentur,

Annus Chriſti. Societ.

Aſſiſtentes quatuor.

mandariq́ue prælo, & obſeruari lege perpetuâ iuſſæ. Et obſeruauerunt primi qui iuſſerant, dando ex earum præſcriptionibus Præpoſito Aſſiſtentes quatuor, Natalem, Conſaluium, Polancum, Madridium Vota nondum Profeſſum, primo & vltimo exemplo. Inter hos diſtributa eſt Societatis tuendæ cura. Et Polanco inſuper Admonitoris munus à Patribus, Secretarij & Procuratoris Generalis à Præpoſito additum. Iam Procuratores Prouinciarum quinque in Conclaue demum admiſſi. Decreta pleraque connexionem membrorum cum Capite, & huius in illa authoritatem ſtatuunt vtili temperamento. Suis ad Conſtitutionum obſeruationem hortamentis exemplum, Congregati Patres addidêre. Iubent illæ Profeſſos, ſimplicibus quibuſdam votis, Honorum fugam, & Paupertatis integritatem Deo ſpōdere. Vtramque nec omnes, nec eodem modo ſpoponderant. Igitur nunc eâdem adęquè formâ ſinguli, & animi voluptate paruerunt.

Vota ſimplicia Profeſſi nuncupant.

CAPVT III.

Præpoſitus Generalis Lainius.

INterregnum manifeſtè oſtenderat quanti Societas eſſet: quippe quæ vel ſine Duce ſatis proceſſerat. Pendebant tunc temporis pleraq́ue. Orbitas ex morte Ignatij: tum diſſidij ſpecies inter Profeſſos: Denique diuerſa iubens Pontifex, remoræ timidis fuiſſent. Sed Succeſſoris præſentiam, interna vi ſupplebat triumphans in cęlo Imperator. E cuius recordatione velut è buſto, alacritas ac in beneceptis Conſtantia, Patriæ virtutis igniculi, in Socios peruasêre. Ita nec alia retardabant, orbos ſe non credentes niſi cum fęnore. Igitur Precationes ac Sacrificia, in gratiarum actionem Deo per Societatem Lainius indixit. Mox ad maiora incrementa enititur conſilijs, imperijs, exemplis. Suggeſtum iam Prępoſitus repetit, & honeſtatâ per dignitatem

Precationes indicit.

Suggeſtum inſcendit.

Annus *Christi.* *Societ.*

dignitatem dictione, omnes attrahit ac mouet. Bis anno vnico, laxari Auditori debuit Templum. Quin ipſe ſucceſſu iam maior, ad ſummum honorem ferè alleuatur. Paulus IV. antea Cardinalem eum: nunc purpurati Patres duodecim in Conclaui, Pauli ſucceſſorem optabant. Oneri vtrique humeros fugâ ſubduxit. In Pium IV. tranſlata ſunt vota, bono 1560. 21.
Societatis gemino. Nam hęc & Præpoſitum ſuum obtinuit: & in Pio Pontifice Patrem. Is, & commendari à ſe Societatem debere, & ſe ad ſanguinem vſque fauturum aſſeruit: & ab ſe ceu filiam commendatum iri pluſquàm litteris. Et præſtitit copioſè Priuilegijs magnis ornando. Lainio autem quantum deferens Pater! Hunc ille ab alia Synodo, præter Tridenti iam ceptam, conſilijs abduxit. Iuſſus formulam, quâ illius proſecutio indiceretur ſcribere, ſcripſit. Indicta eſt & confecta feliciter. Lainij quoque recognitioni debetur Librorum prohibitorum Index mitior; *Utilia ſcribit & ſuggerit.*
Authoritati, Eccleſiaſtica in Monomachos fulmina. Eadem hæc & æſtimabatur & adibatur à pleriſque Principibus Europæ. Et conſiliorum ſalubritas famâ creſcebat in dies. Nec dubitabat ſubinde vltro vtilia offerre. Sic erat magnæ mentis in Eccleſiam cura: at in Societatem multiplex magis. Prouidere longè poſita, præmonere, præſcribere Conſtitutionum ad normam omnia: tum Socios edocere, ſolari, hortari præſertim exemplo. Nec deformabatur Coquinæ ſordibus tanta maieſtas, nec concionum frequentiâ & contentione fatiſcebat imbelle corpuſculum. Huius muneris gratiâ, Stradam mouit Aragonenſis Prouinciæ adminiſtratione: moturus & reliquos, quibus ad dicendum idoneis, Succeſſores in regendis Prouincijs aptos inueniſſet. Præclara hæc virtutis & prudentiæ cepta, modeſtia ferè interuertit. Appetebat Præfecturæ Triennalis exitus. Itaque abdicare Lainius ſatagit. Vetant pro poteſtate Aſſiſtentes. Ille ad Profeſſos omnes prouocat: & ſcribit, plus præſidij ſperans à pluribus. Pauli IV. Decretum attollit; corporis ac animi vires deprimit eruditâ eloquentiâ; Rationum pondera obſecrationibus aggrauat. Duo & quinquaginta reſcri- 1561. 22. *Præfecturam abdicare ſatagit.*

pſêre.

Annus *Chriſti. Societ.* pſêre. Vnus Adurnius vigêre Decretum cenſuit: itaque cogenda rurſus comitia. Quatuor, ad firmamentum quietis, rogandam à Pontifice Præfecturæ perpetuitatem. Cæteri contrà: ſtare Pauli III. ac Iulij ſcripta Diplomata, quæ Paulus IV. voce nec attigit. Altam Lainij mentem in Adurnij ſenſum, parendi voluntas inflexit. Ita iam abdicare certum erat, proximè exſpirante Triennio. Sed occupa- *Iubetur obtinere.* uêre Polancus & Strada. Adeunt de Aſſiſtentium conſulto Pontificem. Tota de re edocent. Et ille mandatum Pauli IV. geminum (quantum quidem opus) abrogat, mox bene geſtum munus obtinere ad extremum iubet.

CAPVT IV.

Colloquium Poßiacenſe.

1561. 22. INdictum ad Pariſios eſt ab Catharina Caroli IX. Galliarum Regis Matre ac nomine, ad reconciliandos nimirum Hæreticos. Eò Cardinalem Eſtenſem *Lainius it in Gall.* legauit Pontifex. Ille Lainium comitem, vix iam Præfecturâ confirmatū, poſtulat. Concedit Pius, & iubet vnà ire. Importuna Societati Profectio. Imperabant maior autho- *Generalis Vicarius Salmeron.* ritas & cauſa. Vicarium Salmeronem Lainius declarat in Italicis Siculaque Prouincijs. Hiſpanicis aderat Commiſſarius Natalis. Ipſe Boreales adminiſtraturus è proximo, abit cum Polanco. In via valetudinem, vix valens (quippe tentatus febre Ferrariæ) reddit Cardinali Farneſio. Pariſios ſimul ipſe, ſimul rumor & verus aduênit de Societate à Con- *Recipitur à Conuentu Poßiacenſi Societas.* uentu Poſſiacenſi recepta. Vtro plus delectati Paſchaſius & Pontius? Dudum hoc & fruſtra Regio ab Senatu contenderant. Feliciùs à Rege Carolo Ferdinandus Cæſar, & à Conuentu ipſo, Galli Cardinales quinque. Et aduentabat Eſtenſis eam in Lainio coràm oſtenſurus. Is intereſſe Concilio noluit. Nam religionis res Pontificis iniuſſu tractabatur. Eo tamen Authore iuit Lainius, & dixit Horæ dodrante acriter

Annus Chriſti. Societ.

acriter & lacrymas Auditori cieuit vt ſibi. Ad Catharinam quidem liberè : nec eius, nec Principum eſſe, fidei res agitare : Hæreticos Tridentinam ad Synodum mittendos, non admittendos ad Colloquia. Sin autem, Sacerdotes modò, non ipſam, non Principes intereſſe oportere. In Petrum verò Martyrem ac Bezam grauiter atque appoſitè; in ſanctiſſima Euchariſtia, repræſentationem morientis ſuî Chriſtum eſſe poſſe demonſtrans. Celebratum eſt ſimile quod adduxit, Regis ad obſeſſæ vrbis muros victoriam adepti. Quæ ad verum maximè repræſentaretur quotannis in ſcena; ſi ipſemet Rex perſonam ſuî in eadem gerat; inuadat hoſtem, valli ſimulacra perrumpat, pugnet, ſternatque per ludicrum. Oratio, Eſtenſis imperio, Gallicè tota vulgata eſt. Prima eius Parte ſauciatam ſe oſtendit Regina, ſed ſalubri vulnere. Conuentu enim deinde abſtinuit : & templa pernegauit Hæreticis. Commentarium tradiderat ea de re Lainius. Conuentus tamen in Sancto Germano alius eo renitente conceſſus, bis diſputante habitus. Polancus ſemel prodijt. Vterque in Bezam & Socios de Imaginum cultu. Victi ſunt : & ad Synodum Tridenti mox reſumendam à Iudicibus dimiſſi. Priuatim eos noſtri illuc vt publicâ fide irent : Nauarræum, Condæum, alios illorum Patronos, vt Synodi iudicio adhæreſcerent, inclinarant. Sed illos contumacia, hos aliæ quædam cauſæ morabantur. Plurimi è vulgo, tantùm errore lapſi, concionibus Lainij atque Polanci reſurrexêre Lutetiæ. Tum Magiſtratus, Doctores, Cœnobiorum, Gymnaſiorumque Præſides ab ijs aditi, & vindictâ religionis accenſi. Media inter Hoſtium caſtra, Ruthenis ac Toloſæ, Collegia duo, ceu Propugnacula erigi cepta. Lugdunum verò, maximè corruptam vrbem Poſſeuinum atque Augerium Lainius miſit. At Socios Europæ omnes, & per hos Europam concitauit ad ſupplicandum Deo pro Gallia. His officijs prohibita eſt ruina maior, & Societati ad Collegia poſſidenda ius demum ab Senatu Pariſienſi conceſſum.

In eo Orationem habet Lainius.

De SS. Euchariſtia ſimile.

Lainij & Polanci ibidem labores.

Collegia.

CAPVT

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT V.

Expeditio ad Concilium Trident. Tertia.

1562. 23. INter hæc Tridentum Socij præceſſerant: Româ Salmeron, Vicario Borgiâ relicto: è Germania Caniſius atque Cuvillonius. Illum Concilij Patres, Auguſtanorum neceſſitati extorſerant, concedentibus ad bimeſtre, Clero, Epiſcopo, Cæſare. Cuvillonium miſerat Bauarus. Exſpectabatur ibidem Lainius quoque Luteriâ: qui aduenientem ex Hiſpania Natalem in Belgium inde deduxit. Cameraci Maximiliano à Bergis Antiſtiti; Antuerpiæ Hiſpanis atque Luſitanis, tranſiens Socios adpromiſit. Tornaci conſtitutum iam Collegium intuitus eſt. Relicto hîc Natale Bruxellam pergit. Vbi Societatem Margaretæ Principi atque Granuellano, Louanij verò Academicis commendat. Hinc in Germaniam. Et promiſêre Treuirenſis, Moguntinus alijque Præſules Tridenti adfuturos ſe, ſi Pontifex iubeat. Expoſitum ab ſe iri Hoſtibus ditionem. Pluris hac eſſe obedientiam. Mira Principum in Lainium reuerentia, mira huius authoritas. Oeniponte Caniſium reperit Tridento remiſſum Auguſtam exacto bimeſtri. Cardinalem Hozium ſuo Caniſius ad Concilium aduentu ſanauerat, diſceſſu plurimos malè affecit Eccleſiæ vtilis vir. Sententiam Theologos inter cum Socijs dixit haud ſemel. At vbi Lainius? Locum ante Generales Monachorum Præfectos aſſignauerant Legati. Presbyterorum Præpoſito fauebat & Legatorum iudicium, & longa antiquitas. Poſtremum is poſtularat, & modeſtiæ & pacis gratiâ. Et illi de iudicio querebantur: haud iuſtè vetuſtiſſimis familiam recẽtem præponi. Itaq; Lainius finitur Generalium vltimos ſententiam dicere: Sedere tamen iuſſus inter Epiſcopos. Multa hîc præter ordinem, tempus, locus, argumentum. Nam de ſacrificio Miſſæ, multi ante aduentum

Lainius & Natalis in Belgio.

In Germaniâ.

Ipſi & Salmeron & Caniſius & Cuvillonius Tridenti.

Lainij

Lainij multa. De illo tamen hunc quiddam dicere Conuentus voluit. Et poſt alios dicturo tempus obtigerat pomeridiani reliquum: anguſtus alueus tanto torrenti. Tres olim ibi horas inundauerat. Itaque Craſtinum mane totum illi attribuunt. Ex Legatis poſtridie nullus; nullus ex Principum Oratoribus, Præſulibus, Epiſcopis defuit. Inter horum ſubſellia dicere aggreſſus eſt. Sed quòd ab Legatis longiùs; illi arceſſunt, & apud ſe locant propiùs audituri. At iam diſtantem non ſatis audiebant Epiſcoporum vltimi. Subſellijs ergo deſertis ſtare pleriqúe animo vt corpore. Tunc ſuggeſtum Legati inter hos & ſe medium ſtatui iubent. Hinc dixit per horas duas & ſemi, pariter auditus, pariter laudatus ab omnibus. Ita Lainius primùm, haud aliter poſtea. Fons perennitate & nitore: Torrens copiâ, libertate, impetu. Citra tumultum tamen. Ducebat magis quàm traheret. Multa debebat Cæſari, Bauaro multa. Sacrum Laicis Calicem vterque poſcebat: & inclinabant è Concilio non pauci. At Lainius pernegandum inſtitit. Aliàs de Pontificis in Epiſcopos iure, liberè quoque. Præfatus eſt Galerum ſe nec ab illo rubeum, nec à Catholico Rege viridem cupere: vtrumqúe iam fugerat. Tunc pro Vicario Chriſti fortiter in diſſentientes atque interritè. Mutauêre plerique audito eo ſententiam. Mutauit quoque ſub tanto voluntatum & mentium Rectore Hercules Cardinalis Gonzaga alienationem à Socijs. Adeo breuî pòſt Mantuani Collegij fundator extitit. Lainius Tridento excurrit eo iubente Mantuam, & Diœceſis ordinauit res, & optauit Collegio locum. Reuerſus, Tridenti febrientem inuenit. Prima languentis cura, Collegium: additâ ad Teſtamentum iam factum pro eius dote legato. Demortuo Ioannes Moronus Cardinalis, in Concilij rebus à Pio IV. ſufficitur, vetus noſtri Ordinis fautor. In concipiendis eius Decretis ambiguitatem omnem fugiendam Lainius inſtitit. Canones de Sacramento Ordinis ita prodière, vt ſcripſerat. Salmeron quoque, bis aliàs notus, nunc magis inclaruit. Cuvillonius & Polancus attollere ſe cepère dicendo. Eccleſiæ ea in Synodo conſultum, & in Societatis laudem additus Canon.

Annus Chriſti. Societ.

Lainij eloquentia.

Libertas.

Collegium Mantuanum.

1563. 24.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT VI.

Expeditiones Diuerſæ.

His apertum propagandę Societati ſpatium eſt. Anguſto in fundo radicem fruſtra Arbores tendant: & iniquo in campo lacertos Exercitus moueat.

Petri Caniſij Germanicæ atque Polonicæ. Suos, Interregno pēdente, Caniſius atque Gaudanus Româ profecti, Wormatiam vſque in Hæreticorum Turbam mouêre. Nunc ille, in nouos Hæreſeon conatus publicâ Polonicorum Comitiorum authoritate ſubnixos. Ea Petricouiam indicta erant, ac fortè de religionis rebus agendum. Miſſus à Paulo IV. Pontifice eſt Nuntius Mentuatus Cardinalem Piſanum præceſſurus, & ſimul cum Nuntio Caniſius & Theodoricus Gerardi. Amſterodamenſis appellabatur à Patriâ. Iam tum erat Theologiæ Doctor, magnarum dotium, maximæ ſpei. Sed pulcherrimum florem ex itinere Viennenſi in Collegio mors carpſit. Pro eo Dominicum Menginum Caniſius ſibi comitem aſſumpſit: & Poloniam ingreſſus, ſimul religionis vindictâ Populum, ſimul

1558. 19. Societatis deſiderio Dziergouium Gneſnenſem Archiepiſcopum, eiuſque mox demortui ſucceſſorem Pzerembium accendit. Inde Auguſtam. Reuocabat eum ad Comitia Ferdinandus Cæſar, & ad conciones ordinarias Clerus; atque his ſuo tempore dum operam dat, aduocatur in Diœceſes Moguntinam atque Treuirenſem ab earum Præſulibus, & ab Hozio, Pontificis apud Cæſarem Legato, Viennam. Pius IV. eum conceſſerat: at repetijt & obtinuit Bauarus, breuî ad Eluangæ Hæreſibus corruptæ populos ſponte perrecturum. Sed hinc grauiore Tridentinæ Synodi causâ, Legati Pontificij eum attraxêre, ſaltem ad bimeſtre. Eo exacto vindicatur ab Auguſtanis, & ab Othone Epiſcopo,

Academia Dilingana. ad Academiæ Dilinganæ procurationem. Hæc perpetuo

1564. 25. iure Societati tradita eſt. Gaudani haud tam multiplex, ac longior

longior & periculoſior Excurſio. Abhinc biennium à Pio **Annus**
imperata eſt, & ab infirmo ſuſcepta ad Mariam Stuartam *Chriſti Societ.*
Scotiæ Reginam. Solanda erat inter publicas ruentis Hæ- *Gaudani Scotica ad*
reſibus Regni, & ſuæ quaſi ſeruitutis clades: tum hortâda, vt *Mariam Stuartam*
Tridentinam ad Synodum & Legatos mitteret, & ſineret *Reginam.*
Epiſcopos ire. Antuerpiâ prouectum cum Edmundo Haio 1562. 23.
& Ioanne Riuato Apoſtolicum Nuntium Gaudanum,
Guillelmus Crittonius, & ipſe Socius conſultò prægreſſus
in Scotiam, Lethenſi in Portu diſſimulanter excepit. Agni-
tus tamen eſt, vel ſub habitu Nautæ, & quæſitus ad necem.
Aulici cultu ad Reginam per Poſticum, & diſpoſitas Pro-
cerum inſidias ſemel iterumque perrepſit. Solatium & vo-
luptas miſeræ & velut captiuæ ab eo addita eſt, & robur ad
religionem vel propoſitâ morte retinendam. Plenas cōſtan-
tiæ litteras Maria ad Pontificem dedit. At mittere Lega-
tos Tridentum haud potuit, nec ire Epiſcoporum quiſ-
quam. Adeo periculorum omnia plena. Euaſit tamen cym-
bâ Gaudanus, & ingenuam Iuuenum Catholicorū manum
auexit. Ex his Iacobus Tyrius, Ioannes Haius, Robertus *Iacobus Tyrius.*
Abercombius, & Guillelmus Murdoceus; poſtea Societatem *Ioann. Haius.* *Rob. Abercombius.*
ingreſſi, Patriæ vtiles fuêre. Eâdem causâ & habitu, & Apo- *Guillelm. Murdoceus.*
ſtolici Nuntij poteſtate, Dauidem Wolfium Pontifex idem *Dauidis VVolfij Iber-*
biennio abhinc altero in Iberniam miſerat: Epiſcopalem *nica.*
ei addere dignitatem volens. Deprecatus eſt Lainius de- 1560. 21.
miſſionis ſtudio, & inuidiæ metu apud Hæreticos. Per multa
pericula cum Socio Corcum Dauid appellitur. Religio per
Regnū adhuc integra, & conſtans in Elizabethæ vim Regi-
næ. Iniuſtarum modò nuptiarum plurimum. Plus millenas
paucis menſibus Wolfius ritè ſanciuit, ac de Clero multos
reduxit in viam. Laboribus impari Guillelmus Goodius *Et Guillelmi Goodij ac*
Anglus, atque Edmundus Ibernus Socij ſubinde miſſi ſunt *Socij.*
cum Richardo Creagh, Archiepiſcopo Gentis Armacano.
In Angliam autem Thomas Chingius valetudinis, & ſuos *Anglicana Thomæ*
inter Populares Catholicæ Religionis confirmandæ causâ. *Chingij.*
Hanc firmauit in nutantium quibuſdam, & redintegrauit 1564. 25.
in primarijs haud paucis qui abiecerant, & anno pòſt mo-

Annus Chriſti. Societ.

Cyprica Emm. à Monte Maiori.

Ægyptiaca Christophori Rodericij.

riens, vacuam Socijs Angliam reliquit. Ita in Septemtrionis Hæreticos, Socij. In Orientis Schiſmaticos atque Iudæos, haud calidè minùs. Emmanuëli à Mõte Maiore Ægyptiaca Miſſio fuerat decreta: ſed Cypriâ adhuc tenebatur. Eũ Phi-
1560. 21. lippus Mocenicus, nouus Regni Archiepiſcopus duxerat ad viſendas Eccleſias, & corrigendos mores. Ægyptiaca igitur in Chriſtophorum Rodericium à Pio tranſlata eſt, accurata autem ab Abrahamo quodam, ſuperſtitione, & nequitiâ Iudæo. Romam ab Gabriële Cophtorum Alexandrino Patriarcha, ad Paulum IV. & Pium IV. litteras detulit binas officij plenas. Eis obedientiam homo vafer addiderat, nimirum ad expiſcanda Pontificum, & Cardinalium dona. Plurima acceperat, toto, quo Romæ fuit, quadriennio: atque hinc demum Rodericium Pij Legatum, Memphim vſque (Caïrum appellant hodie) perduxit. Datus Rodericio comes, & Interpres, Ioannes Baptiſta Elianus, ortu Iudæus, pòſt voluntate Chriſtianus, ac denique Socius, He-
1561. 22. braicè, & Arabicè ſciens. Appulſi, cumque Gabriële congreſſi, conſentanea litteris erga Pontificem Romanum officia tantùm expreſsêre. Tum verò Abrahami fraudem, & obedientiæ additamentum Gabriël agnouit, non cæcitatem ſuam. Dignus commiſeratione Senex. Diſputationibus victus, videri tamen pudore noluit. Et ex Epiſcopis ſuis aliquem Tridentinam ad Synodum, vti pollicitus erat, mittere auſus non eſt. Plus eo ſapuêre Plebeij. Sua Rodericio vulnera aperuere. Curauit ille ſolerter, & Lutheranorum non pauca. Languidis quoque Catholicorum moribus, vitæ ſalubris vigorem inſperſit. Igitur ei haud inutilis penitus, ſed eius comiti Eliano, periculoſa Legatio. Natura

Io. Bap. Eliani periculum.

intra ſuperſtitionem fuit. Illum ſua mater ad Moſem, hanc ille ad Chriſtũ trahere nitebatur. Et ſpe caſſa, Prolem apud Iudæos ſuos accuſat mutatæ religionis: hi apud Iudicem. Huius ſententiâ nudandus erat Reus, & carnis circumciſæ indicio vel cremandus, vel traducendus ad Mahometem aut Moſem. Sed multo Chriſtianorum labore ac ære clàm eductus eſt; & mercatoris habitu, in Italiam, naufragium

quoque

quoque paſſus, defertur. Hîc ſtylo qnàm peregrinatione felicior, Tridentinæ Synodi decreta in Arabicum vertit. Rodericius quoq; ad aliarum Expeditionum labores, Romam Pōtificis iuſſu redijt. Viennenſem antè obierat, eò ab Ioannâ Luſitaniæ Principe ad Sororem eius Mariam, Maximiliani Regis Coniugem, & Ferdinandum Cęſarem miſſus: & ſolerter duos ab huius latere diſpulerat, de Hæreſi ſaltem ſuſpectos. Nunc Vulturinam, Aquilenſem, Monte-Leoninam adminiſtrat, vincula quoque inter agendum expertus. Bobadilla Dalmaticam, Valliſ-Tellinenſem, aliaſque per Italiam ſuſcepit. Salmeron, & Ribadeneira, Belgicam; Petrus Spiga Sardiam; illi ad promouendam, hic ad inuehendam Societatem. Antonius Vinkius cum Socijs ſex Siculam, ſed Naualem in Turcas: quando Oneraria, quæ illum & milites vehebat infirmos, in Hoſtiles ſeptem & viginti, ſola per horas ſex depugnauit, & victrix euaſit. Luſitanicam Ludouicus Conſaluius, Româ ad formandam Regis Sebaſtiani adoleſcentiam accitus. Contrà, Romanam è Luſitania Borgia, Aſſiſtentis munus pro Conſaluio geſturus. Hieronymi Natalis per totam ferè Europam, aut Sociorum per reliquum Orbem Expeditiones, quis cenſeat?

Chriſtoph. Rodericij aliæ Miſſiones.

Dalmatica &c. Bobad. Belgica Salmeronis atque Ribadeneiræ, Sardia Pet. Spigæ Sicula Ant. Vinkij.

Luſitanica Lud. Conſaluij Romana Borgiæ.

1561. 22.

CAPVT VII.

De Societatis Progreſsionibus Generatim.

QVatuor eas promouêre: Ordo, Virtus, Subſidia, Aduerſa. Conſtitutionum elucidatio, & Praxis, tum vigilantia atque Induſtria Lainij multiplex, Ordinem poſuit. In hunc primò, maximèque incumbebat ſapientiſſimus Dux; gnarus eo vno copiolas vel imbelles ſtare & tendere; contrà verò, ſeipſis inordinatos Exercitus ſolui. Igitur Socios tum inter ſe, tum præcipuè cum moderatoribus ſuis idoneè conſtrinxit: iubens è quibuſque Prouincijs Romam aliquos erudiendi gratiâ mitti; tum

Ordo.

Rectorum

Annus Rectorum & Prouincialium Regulas è Conſtitutionibus,
Chriſti. *Societ.* Ignatijque monitis concinnans; ac ſingulorum munera clarè definiens. Obſcura oderat, & Tridenti in Decretis Synodi proponendis, ambiguitatem; in Societate iurium implexionem, vt ordini noxiam, fugit. Commiſſarios adeo perpetuos, velut procliues ad inuadendos Prouincialium fines, non tulit. Ex ea Ordinis firmitate, decor, & virtus;

Virtus. & promptitudo ad hanc latè fundendam. Neque negotijs

1558. 19. affigebatur aut locis. Quærente per litteras Lainio, qui vitam offerrent ad Indias, aut Inſtitutionem Puerorum in Scholis: vtrumque ferè omnes ambierunt. Europam Socijs, munia cætera miniſtris, iſte impetus exhauſiſſet. Repreſſus ab illo eſt. Sed Amnis more, longè ire probibiti, latè circùm exundauit calamitoſa in loca, vel opportuna flagitijs. Nec ſine ſtrepitu inundatio. Preces, minæ, lacrymæ, quotidiana in Meretrices arma. In contumaciores etiam

In Lupanaria, Circos, Triremes. ſanguis. Sępe flagellis armati in Lupanaria Socij irrupêre, & in ſeipſos duri molliuêre obſtinatas. Sic quoque ab Taurorum & Bacchanalium Circis prælatâ Cruce in Templum Cœtus abducti. Carcer, Noſocomium, Ergaſtulum, Triremis, communis omnium ſtatio. Nec mortis occurſu de-

In peſte contactos. ſerebantur. In domos peſte horridas, Collegia tota inſiliebant. Lucronij è Socijs ſex (Collegium erant) quatuor: è

In diſcordes. Cæſar-Auguſtanis octo, ſex eo ardore abſumpti. In alias reducta concordia. Et Placentiæ in Zuniganam & Caruaialliam, poſt annos diſſidij ſeptuaginta. Dulce ſpectaculum Angelis Pacis. Item Panormi virorum ac mulierum donantium palàm iniurias, Otello verba faciente. Sic apud diuites & egenos Socij. Quamquam horum Tectis & cõgreſſu do-

Virtutis facinora. tes lubentiùs premerent. Sed erumpebant illæ ſua vi, vt quàm maximè ſerò ſub mortem. Ioanni Quadræ infirmo cucurbitas applicari Medicus iuſſit. Sed locus in dorſo inuentus nullus, adeo flagris corrupto. Bernardum Cantabrum plus ſemel ingentis Colubri ſpiris Dęmon, totum collo tenus implicuit. Riſit Cantaber, ſuperauitque luctantem, Torrentium vorticibus, dum iter faceret, pridem ſuperior,

rior. Sancti nomen vulgus indidit. Ioannes autem Carrera Satanam inuaſit fugauitque: Et victoris cerebrum tredecim poſt mortem annis integrum manſit. Contrà, Angeli boni, Danieli Teremundano & Ægidio Montano obitus diem prædicunt; Theodori Amſterodamenſis, cantu cohoneſtant; Georgij Cabedi fatum, Iulio eius Parenti; Franciſci autem Villanouæ, Martino Guttiero renuntiant. Mortuo iam Laureti Viſchauço vultum ipſi ſuum commodant, Angelica luce ridentem. Eorum mores viuus induerat; Dæmonum terror, Pudoris Cuſtos & Patronus. Illum per annos quatuordecim cilicio tuitus eſt, & puellis conciliauit vel primo ſermone, etiam quæ ludicrè & animo reluctandi acceſſerant. Veteranis vitâ functis ſupplemento fuêre paris ardoris Tirones. Triades fratrum tres, Paria Patrum ac Filiorum aliquot vna Sicilia ſubmiſit. Academia Louanienſis Ledeſmam; Complutenſis plures triginta, Salmanticenſis Franciſcum Toletum pluribus parem. Naturæ prodigium appellabatur à Soto. Et tanquam maiorum de Societate iudicia, Poſteros ad eam traxiſſent; Nepotes ſe obtulêre Pontificum: Robertus Nobilius Cardinalis, Iulij III. Tum Ceruinus atque Bellarminus, Marcelli. Hi denique iniuêre. Sed Nobilium ceu Phoſphorum purâ, & firmâ luce primo in ortu fulgentem, ſub Societatis tecto abdere Lainius noluit. Vixit tamen vt Socius, Polanci & Lainij obſeruans, nec vlceroſi lateris patiens minùs. Duodeuicennis dolore extinguitur. Nec Tironum Nouitia virtus aut exſucca. Duo pro vagis comprehenſi, adeoque ad virgas damnati, conditionem preſſêre. Totidem, affecti calumnijs ſilent; & ſilentio quaſi confeſſi, nec carcerem deprecantur. Hiſce ſupplementis aucta Societas ibat, & euntis latera Principes tegebant, nec fauor ditione claudebatur. Litteris promouebant, quo imperijs non poſſent. Metus erat: ne Paulus IV. iam Pontifex iterum Theatinos ad ſuos eam migrare, aut illos ad hanc iuberet. Vanus apparuit. Nam & ei ſtuduit ſupra ſpem. Pij IV. in eam fauor quàm multiplex! Principis, Iudicis, Patroni, Patris. Cenſus & Priuilegia conceſſa:

Annus Chriſti. Societ.

Teſtimonia eiuſdem.

Subſidia Tironum.

Patronorum.

Annus Chriſti. Societ.

conceſſa: Commendatitiæ ad Philippum Regem, & Granuellanum, ad Venetos & Germaniæ Principes: Hortatoriæ ad Caniſium & Borgiam indicio ſunt. Mortuo Cardinale Carpenſi, alium Pontifex præter ſe ſubſtitui ab Socijs Patronum noluit, nec aliter quàm ad Patrem recurri. Cardinalis Sabellus Pij in Vrbe Vicarius & eò imitator, Sacris initiandos alioſque Societatis examini ſubiecit. Authoritatem mox eandem in Luſitania, Braſilia, India, eis præbuit Henricus Cardinalis: Sic quoque Ioannis III. Fratris ęmulus, Patrocinium largientis. Largita eſt & Catharina Ioannis vidua, triennis Sebaſtiani Auia & Tutrix. Iam Carolus Cęſar nondũ cognitæ Collegij dotem Parnormi; pôſt, Romano quinquies aureos mille donauit: & illam tenerè dilexit in Borgia. Hunc Teſtamenti Procuratorem mox ſcripſit: funebrem breui Oratorem habiturus. Philippus Rex Patre citius amauit defenditque vexatam. Collegij quoque Romani apud Pontifices cõmendator & ſuſtentator pari cum Patre quinque millium ſumma. Ferdinando autem Cęſari, Bauaro, Catholicis Germaniæ Principibus, amorem in Socios, Hæretici, nec ſoli exprobrabant. Henricus II. Galliæ Rex illis ad Collegium Lutetiam ſuam: Franciſcus & Carolus filij, reliquum Regni aperuêre. At ſupremo Senatui ad obſiſtendum opportunitatem fecit Frãciſci feſtinata mors, turbatiſſima Caroli tẽpora. Indiæ Braſiliæq; Proreges: Quivanus item Bungi in Iaponia Rex, adiumento erant atque perfugio. Tot Principum ſubſidijs interuenêre calumniæ, quas more inflati fluminis fortior in dies Societas diſpulit. Quin vbi maximè appetita, maximè proceſſit. Tanquam creſcere oporteret, quibus ſurrexerat. Sorbonicorum nomine, at vnius tantùm violentiâ factum Decretum calumnias pleraſque conflauit aut fouit. Senſim & ſerò concidit illud; at derepente & mendaciorum grauitate famoſus de Ieſuitarum Ordine in Germania liber. Vulgari ſermone ſcripſerat Ioannes Zangerus. Latino donauerat Martinus Kemnitius, authore dignus Interpres. In Hiſpania Hæreticus dictus eſt Borgia, Hæretica Societas omnis. Tum & hæc ſacrilega,

Aduerſa.

crilega,

crilega, ſacri nempe ſilentij, quod noxarum confeſſiones cõſignant, tenax haud ſatis. Triplex calumnia: quam Quæſitores & Archiepiſcopi confutarunt. At è Regno pecunias & præſtante ingenio Iuuenes Marianam, Ramirium, Acoſtam, alios Romanum ad Collegium mitti, iniquiſſimè ab Senatu Regio acceptum eſt. Commiſſarius Natalis vtrumque eſt faſſus; ſed citra numerum quem ferebat accuſatio. Et quin fas ſit Hiſpanos Socios opitulari Romanis, quos & Rex iuuerat ſumptu? Senatus vtrumque Natali inhibuit, immò & viſitare Collegia. Aulicos Socijs quibuſdam magis, quàm Societati fauentes alia quędam alienauerãt. Borgiam in Hiſpania pulſum, Araoſiũ Aula officioq; ab Natale pellēdum indignabátur. At Natalis ab Pontifice Romam euocatum Borgiam fuiſſe oſtendit, & pro Conſaluio Aſſiſtentem fore. Araoſio Commiſſarij munus detulit. Ad Regem tota de re Pontifex ſcripſit. Ita Pax Socijs Hiſpanis redijt: quam Italis quoque breuî rapere contendit multorum maledicentia. Eorum nempe, qui antea Sacris initiandos ab Socijs probari moleſtè ferebant: nunc moleſtiùs, Seminarij recens è Synodi Tridentinæ præſcripto Romæ per Pium erecti procurationem eiſdem tradi. Pio Nepos erat Carolus Cardinalis Borromæus. Tendebatq́ue ad Sanctitatis culmen fortiter, quo demum attigit. Eò ſe Riberæ ducendum tradiderat. Itaque commentationum mole obrui, dementariq́ue Aduerſarij confingunt. Tum emungi nummis, & ab Eccleſiæ curis noſtrum ad inſtitutum allici. Libris quoque ſparſis firmauêre calumniam. Et Auunculus Pontifex quaſi fidem habeat, offenſum ſe oſtendit. Sed menſtruâ Litaniarum, vt vocant, recitatione placatus ab Socijs eſt. Ita Societas ſub Lainio creuit vniuersè Domicilijs quinquaginta, Capitibus, famâ. Doluit, & ſuprema voce teſtatus eſt Philippus Melancthon. Sub mortem ſuſ- 1560. 11.
pirans exclamauit: Heu! *Ieſuitis Orbis impletur omnis.*

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT VIII.

De iiſdem Speciatim.

§. 1. *Progreßiones per Europam.*

Prouinciæ Italicæ: Romana, Neapolitana, Longobardica.

MAgna per Europæ Prouincias fuere, maxima in Italica, propinquitate Capitis. Hetruſca primùm nominata eſt, tum Romana. Breuî duas protulit, Neapolitanam atque Longobardicam. Collegia hîc poſtulata vno tempore quadraginta. Authoritas certabat; nec ea obtinebat, niſi ferè ſuprema. Mantuanum Herculis Gonzagæ Cardinalis, Parmenſe Farneſij, Mediolanenſe Borromęj.

Collegia.

Montis-Regale Sabaudi Ducis, Nolanum Vrbinatis Viduæ. Huc Socijs ingredientibus prodigioſus & boni omnis latex manauit è S. Felicis corpore. Mediolanum ingreſſis attributum quoque Seminarium eſt: & à Sanctimonialibus gratulatum, impleto iam Archangelæ Panigarolæ de Societate IESV illuc aduentura vaticinio.

Romanum.

Inter vetera Romanum altè ſurrexit, cęterorum exemplar. Fundum ſat amplum, in quo, etiamnum ſtat, procurauit Pontifex, & cenſus primos attribuit. Cętera, Prouinciarum minùs egentium ęre ſuſtentabatur omnibus vtile. Ducentos ferè Socios vndique collectos, ad omnem litteraturam, religionemq́ue formabat in diuerſa, puluereḿque mittendos.

Propria eius ſedes atque perpetua.

1560. 21.

Ab conductitijs Saluiati Ædibus, nouam ad Domum ac propriam & maximè commodam proceſſit. Eam habitauerat Paulus IV. adhuc Cardinalis. Concinnauerat autem in Monaſterium Virginum Victoria Tolfia, Neptis eiuſdem, & Camilli Vrſini Vidua. Nũc Pio IV. rogante, Romanis Collegis dedit, lęta centum & ſexaginta filiorum velut adoptione, pro filiabus paucis. Locum indicauerat Pio Ioannes Moronus. Ei, & Iacobo Sabello, Alexandro Farneſio, & Hippolyto Eſtenſi, Cardinalibus quatuor, conquirendi idonei curam impoſuerat Pontifex. Dotem & ipſe annuam ſexcentorum aureorum dedit admonente Sabello: & eiuſdem Collegij commendatitias

ad

ad Philippum Regem. Fundo, cenſu, numero, famâ iam **Annus**
auctum, à Proceribus Romanis Collegium; ab Sancto Car- *Chriſti. Societ.*
dinale Borromęo; ab ipſo demum Pio Pontifice viſitur:
adeóq; enititur ad Prouinciarum incrementa maiora. Præ-
cipuum, & progreſſu denique maximum, Congregationis
inter Marianas primæ exordia. Prodijt velut flos in calyce,
è religioſioribus inferiorum Claſſium Diſcipulis paucis co- *Sodalitatum in eo Marianarum Primordia.*
acta. Rhetores, Philoſophi, Theologi extra hos erant. 1563. 24.
Illam conflauit Ioannes Leonis Belga, infimæ Grammati-
cæ Magiſter: & ſuos in Scholarum vnam conuocabat quo-
tidie ad precem, Dominicis autem diebus atque Feſtiuis,
ad modicum inſuper cantum. Quiddam quoque recitaba-
tur è libello ad acuendam auditu virtutem. Ibi caſtarum
Apum examen elaborabat mel ingenuæ probitatis. Se-
quentur poſtea ſuos pariter in cœtus, Diſcipuli grandiores
ac viri. Romano Sodalitio illi primo Patrocinium Annun- *Incrementa.*
tiatæ Virginis, ac leges, quibus ea militia hodieq; regitur,
ſequens annus addixit. Ad ſeptuaginta iam Sodales excre-
uerat. In Gymnaſium item, eruditionis nouum calcar in-
nectum eſt, Publica Diſtributio præmiorum, liberalitate *Primò ibidem diſtributio Præmiorum.*
Farneſij Cardinalis. Iiſdem inuentis procedebant Collegia
Italiæ reliqua. Vnum Politiano in Monte & grauiſſimè con- 1564. 25.
cidit. Minis, calūnijs, ſimulationibus improbis, inuidia illud
diu impulerat. Furebant flagitiorum, vel nuptiarum cupidi
homines, Sociorum operâ & diuinorum vſu myſteriorum, *Collegij Montis Politiani vexatio vehemens.*
Virgines in clauſtra, Vxores ad Thori fidem adſtringi. Hinc
pro deturbandis vrbe noſtris nequitia multiplex. Rumor 1561. 22.
de vno feminam per vim aggreſſo: Subornatio Meretricis,
ad eorum aliquem capiendum: Hominis noſtro habitu in-
duti, in Meretricis ędes ſub noctem ingreſſus: Amatoriarum
confictio litterarum, accuſatioq; e frequenti ſed publico,
Ioannis Gambari Rectoris honeſtâ cum matronâ colloquio
ſpecioſa: tum atrox comminatio ni vrbe cederet. Ceſſit
vi atque iniurijs timidus vir: & clàm ad Lainium in Gal-
liam venit. Confeſſionis argumentum fuit hæc fuga. Amici
iam patrocinium Socijs, victum Senatus, ſeipſi ciues Tem-

 plo

Annus Chriſti. Societ.

plo ſubtrahebant ac Scholis. Neque Franciſcus Strada quondam vrbi vtilis & carus; aut Emmanuel Sa Viſitator, aut Prouincialis Ribadeneira; aut denique Lainius ipſe è Gallia rediens, coràm à ſententia Populum, à vi aduerſarios dimouêre. Gordium nemo nodum ſoluiſſet; niſi qui vinxerat. Calumniarum authores, eas palàm aperuêre; memoriâ conſcientiarum ſtimulante: ſed triennio poſtquam abierant Socij. Nam inopiâ diutinâque vexatione Collegium

Diſſolutio.

1563. 24. Lainio authore ſolutum eſt. Haud ita Venetum, quamquam

Veneti afflictatio.

paribus colluctatum iniurijs. Solâ inferentium authoritate nitebantur. Eas grauiter apud Hieronymum Priulum, Ducem, Benedictus Palmius; apud Senatores, Senator aliàs aduerſarius, diluit. Pontanum in valle Tellina Collegium dirutum priùs eſt quàm ſtaret.

Pontani nondum ſtabiliti diſturbatio.

Sua illud in Patria, publicis erexerat Tabulis Antonius Quadrius. Comitiorum (quæ Curiæ habebantur) aſſenſus deerat. Eum niſi erant obtinere Pontani, Cęſaris, Galliæ Regis, Bauari Ducis, Reipublicæ Heluetiorum Catholicæ, Mediolanenſis Proregis commendatitijs ad Griſonum Ordines litteris; tum & duorum ad eoſdem Legatorum, & Pontani Parochi authoritate. Contrà, Saxoniæ, Geneuæ, Zurichianæ ditionis Hæretici peruicêre, velut in Propugnaculum ſuæ ipſorum ſuperſtitioni & Griſonum iuribus obiectum. Egreſſos Ordinum iuſſu Socios, motus terræ ingens excepit: at

Nouocomenſis initia.

progreſſos, Nouocomenſium inſperata lætitia. Collegium diu poſtularant Bobadillæ & Wolfij concionibus accenſi. Conceſſerat egrè Lainius Sociorum, fundi, dotiſq; defectu. Sed huius partem, Leonis Carpani fortunæ, domũ Bernardus Odeſcalckus ſuffecêre. Tandem & opportunè Tarquinius Rainaldus cum Socijs illuc è Ponte diſcedens, initium Scholis Nouocomenſibus dedit. Germanica ſuperior ſuos etiam vltra limites proceſſit. Inde Socios Tyrnauiam

Collegia Tyrnau. Bransberg.

Hungariæ vrbem Archiepiſcopus Strigonienſis; Bransbergam Pruſſiæ, Varmienſis, idemque Cardinalis Hozius aduocarunt ad perpetuas ſedes. In Germaniæ viſcera Ferdinandus Cæſar, Bauarus, Ottho Truchſeſius: hic Auguſtam

atque

atque Dilingam: Monachium Bauarus, Oenipontem Cæ- **Annus**
ſar. Ex ea igitur Prouincia, Auſtriacam Natalis Commiſſa- *Chriſti. Societ.*
rius excerpſit, tradiditque Lanoio Collegijs Viennenſi, *Auguſtanum.*
Pragenſi, Tyrnauienſi contentam. Veterem Caniſio re- *Dilinganum. Oenipontanum.*
liquit. Ad hunc fama eliciebat vel è Saxonia longè Hæ- *Monachienſe.*
reticos, & pręſentes ipſe dedocebat erroris. Nec oblatam *Prouincia Auſtriaca.*
ab eo lucem defugerunt illuſtres Feminæ, Lichtenſtinia
atque Oberſtinia. Ad Apicem quoque breui eriguntur iam
pluſquam Catholicæ. Magnas animas, quando ſapere ince-
perint, mediocria non ſatiant. Et Caniſij maxima mens in
amplas Eccleſiæ vtilitates protulit ſe. Inter cæteras, acutæ
prouiſionis hæc fuit: Apud Pium Pontificem conniti, vt
Academiarum Doctores Honoribus & Cathedris arceren-
tur, niſi Religionem Catholicam ritè profeſſi. Germanica *Rhenana.*
inferior, Collegijs quoque nouis aucta, Rhenanam pepe- 1564. 25.
rit. Huic Prouincialis Antonius Vinkius attribuitur, & Co-
lonienſe Collegium iam ſatis illuſtre: tum & nouella duo
Treuirenſe atque Moguntinum ab totidem Archiepiſcopis *Et Belgica.*
erecta. Germanicam Inferiorem ſeu Belgicam obtinuit
Euerardus Mercurianus, Louanienſe, Tornacenſe, Came- *Domicilia Dionant.*
racenſe, Collegia; Antuerpienſe item & Dionantenſe Do- *& Antuerpienſe.*
micilia complexam. Collegij formam affectabat Dionaten-
ſe: Scholas aperiente Henrico Sommalio Præſide; Sed Lai- *Coll. Cameracenſe.*
nij penitus iniuſſu: Antuerpienſe pòſt exprimet, ſerâ ſed in-
genti gloriâ: Cameracẽſe iam aſſequebatur Eleutherij Pon-
tani Rectoris operâ: & Maximiliani à Bergis Archiepiſcopi
ſumptu. Louanienſe attollebatur, etiam Senatûs, anteà re-
fragati, beneuolentiâ. Nunc autem & domuum Schoriciæ
atque Ruſſeliæ Poſſeſſionem cõcedentis. Morarum partem
ſuſtulerat Rex, admiſſione, quamquam reſtrictâ, Societatis. *Louanienſe publica authoritate recipitur.*
Partem Margareta Auſtriaca Belgij pro Philippo Fratre ad- 1563. 24.
miniſtratrix & Marchio Bergenſis, eiuſque Frater Rober-
tus, poſt Georgium Auſtriacum Leodienſis Antiſtes, cui
tunc in Sacris Louanium ſuberat: & Academicorum præ-
cipui. Ita iam obicibus ſublatis, vltra ſpem, in Scholas (præ-
ter Theologicam) omnes ad docendum pergendi ius à Se-
natu

Annus Chriſti. Societ.

natu, ſponte delatum eſt. Vigebat in mētibus plerorumque, Ribadineiræ ardor in dicendo, & Iacobi Ledeſmæ ſingularis & multiplex doctrina. Hunc ille perpulerat demum ad inſtitutum ſuum, ſeptennio iam toto Pariſijs, Louanijque Deo reluctantem. Auertebant & quorumdam editio Commentariorum in Philoſophiæ & Theologiæ nodos, & deſperatio pudicitiæ, quam profitemur, ſeruandæ. At Commentarios Louanij, Petro Authore, ad Chriſti pedes abiecit: Deſperationem, Coloniæ, Auguſtæ, Brixiæ dum fortè

Iacobi Ledeſmæ vocatio & iter.

cum illo Romam intendit. Pudicitiæ ſponſores ei multi. Coloniæ, Leonardus Keſſelius obuiàm factus, & Iacobi luctam diuina luce contuitus. Auguſtæ, Chriſtus ipſemet oſtendens ſe, Caſtimoniæ donum flagitanti. Brixiæ, Deipara, ac ſimul Maria Magdalena, & Catharina Virgo gemina Martyr ac Senenſis. Et Deipara ſub mortem ad eum ſe rerituram promiſit. Romæ autem Lainius, nouæ vitæ magiſter ne ſibi deeſſet, tacitè metuenti, ad id operæ obtulit ſe. Pro Olauio Societati datum à Deo Ledeſmam pleriqùe interpretati ſunt: ita illum referebat ingenio atque ſcientiâ. Huius ſpecimen aliquod nouellus Tiro ex more iuſſus eſt dare. Dedit per octiduum, de rebus quotidie diuerſis per horam diſſerens. Octauo de Ponderibus atque menſuris. Tornacenſi Collegio in alieno fundo abundabant pleraque: Senatûs Patrocinium, Incolarum ſtudia, Sociorum munia, numerus, ſucceſſus. Antonio Buclero Superſtiti, Româ primùm vnus, atque is Euerardus Mercurianus acceſſerat. Pòſt indidem ab Conuentu Generali rediens

Tornacenſis incrementa.

Ioannem Mortanium adduxit. Adiunguntur ſenſim alij, & omnium collaborantium gnauitas, Collegij cupiditate

1561. 22. Clerum, Senatum, Populum ſuccendit. Illud à Lainio poſtulauêre tunc agente Lutetiæ. Annuit Pater: & Collegium Belgis ſub ea appellatione, & Scholarum publicatione primum conceſſit. Ad Scaldim inſalubri & infrequenti loco poſitum eſt. Pueri etiam legere & characteres pennâ formare docebantur à noſtris. Ita Natalis illic à Lainio relictus inſtituerat, Catholicorum Magiſtrorum penuriâ. Obtruſus

eſt

eſt & Adoleſcentium Conuictus. Admittere ſuaſit ætatis vitijs opportunæ neceſſitas. Plures centum breuî cenſi ſunt: Socij autem quadraginta. Vtriſque eadem habitatio & menſa. *Seminarium ibidem.* Nec Domiciliorum parietibus, aut Vrbium muris, aut Prouinciarum iam inſeſſarum terminis, concluſa Sociorum opera eſt. Andreę Bocatij longè in Friſiam ſeſe porrexit. *Miſſio in Friſiam.* 1564. 25. Bruxellenſis Curiæ Diplomate inſtructus, Snecana in Vrbe ludum aperuit. *Snecæ.* Immaturum ſuſpicacia apud ingenia facinus. Senatus, Hiſpanicæ Inquiſitionis metuens obſtitit, & Diplomate diuerſo Parentibus pœnam impoſuit, qui filios illuc inſtituendos mitterent. Res in ſeditionem ibat. Igitur Andreas Ilſtam cōtulit ſe; & alteram hanc Stationem *Ilſtæ.* commilitonibus auctus quaternis aut quinis, aliquot per annos, & graues inter ęrumnas tenuit. Hiſpanica & Gallicana Societas, eò etiam gemina, quòd aduerſis vt perinde nata, ſic progreſſa eſt. Gallicanæ obuenerat aliqua per Regum Henrici II. & Franciſci item II. mortem, mora; mox & Pręſidium aliquod à Poſſiacenſi Conuentu: ibi quippe laudatæ & Regno receptæ, mox ſub Carolo IX. rurſum obſtacula atque incrementa, per vexationes & Catholicorum communes, & Ordini proprias. Per has nuper in extremam vſque Aquitaniam proceſſit, ad Collegium Apamijs condendum. *Colleg. Apamienſe.* 1559. 20. Poſtulauerat Robertus Pelleuęus Epiſcopus, Gymnaſium Vrbis dare pollicitus. Et aſſenſi erant Ciues Magiſtris illud tradi, quoſcumque demum optaſſet. Miſſi ex Italia ſunt Ioannes Pelletarius, Edmondus Augerius, Ioannes Rogerius, & domeſticus cum eis Adiutor. At pręſentes Concilium exploſit, Magiſtros, non Cœnobitas petitos clamitans. Magnam partem id Hęreſim profitebatur, & in Ieſuitas odium, quod vehemēter eorum conſpectu recaluit. Aduerſarios abſentia vt oculis, ſic infeſtationi ſubducit: & in diſſitas res, iactus lentiores ſunt. In Epiſcopij Angulum ea Societatis lumina conuerterunt ſe, in quo lectus erat vnicus ad decumbendum. Mox quorumdam ope ad conductitiam domum. Inde & ad pulpita Templorum, & tenuium Scholarum exedras prodiere. Fuxum quo-

que

Annus Chriſti. Societ.

que aduocatus excurrit Augerius. Sed cum Socijs eum ſuas in Ædes Epiſcopus remigrare iuſſit ad habitandum. Hinc Religionem certiùs, Eruditionemq́ue protulêre. Pueris, Marotiorum Pſalmorum, & Cantionum codices, per eos ad rogum abrepti, Adultis Hæreſis. Et vno maximi ieiunij tempore per Pelletarium millenis, per Augerium totidem.

Io. Pelletarij atque Edm. Augerij labores Apamijs.

Simul iniecta erga Deiparam pietas, Iconis eius vindictâ per funem ab Sacrilegis in foro ſuſpenſæ. Vindex Pelletarius, Deiparæ Doctor dicebatur. Par in Cruces ac imagines Diuorum iniuria pari Sociorum ardore reſtituta eſt, etiam Toloſæ. Pelletarium Catholica Vrbs aduocarat ad reparandas

1562. 23. nimirum ſuas clades. Grauiſſimas Hæreſis ei, totiq́ue Regno intulerat infandâ graſſatione, in Bellum mox erupturâ. Hugonottas pudebat Poſſiaci Conuentûs. Ibi hæc eis appellatio, & infamia ex merito adſperſa eſt. Sermone victi vim palàm ſtrinxerant ac horrendè. Reformabat ſe Toloſa in priſtinum decus; concionibus Pelletarius adiuuit: & lactauit Collegij ſpe collatitios ſumptus ad illius initia largitam. Operæ pręmium, captiuitas eius Apamias Toloſâ regreſſi. Ab Hęreticorum Equitum Turmâ extractus è lectulo, vicinum in Oppidum rapitur, cum Concionatoribus duobus è Franciſcanorum & Minimorum Ordine. Sed Oppidanorũ operâ Toloſam ſecuturis breuì Socijs pręiuit. Occupatis

Collegium diſſipatur.

enim paulò pòſt Apamijs Hugonottæ, foras illos extruſêre.

Toloſanum & Ruthenenſe inchoantur.

Exilium felix & lucroſum. Per illud Collegia duo Toloſanum ac Ruthenenſe conſurgunt. Vtrumque Georgius Cardinalis Armeniacus erexit vtriuſque Vrbis Antiſtes. Ruthenenſe Iacobus Corneilhanus adiuuit, Georgij, dignitatũ alteram vltro abdicantis, ex merito ſucceſſor. Adiuuit & Sociorum Turnonenſium fuga.

Diſſipatur & Turnonenſe.

Splendidam eis Academiam tradiderat Franciſcus Turnonius Cardinalis. Et Hæreticis per Vrbem graſſantibus, Princeps illius Frater temporarium noſtris abceſſũ perſuaſit. Haud antè deſtituros tumultibus, cędibus Hugonottas. Grauiſſimum malum leuiore, nec diuturno redimerent. Pacis gratiâ digreſſos Billomenſe primò

Mauriacenſe inſtituitur.

Collegium, tum & Mauriacenſe in Aruernia excepêre.

Huius

Huius Fundator idem qui Pariſini atque Billomęi, Guillel- **Annus**
mus à Prato Claromontanus Antiſtes. Nuper vitâ exceſſe- *Chriſti.* *Societ.*
rat, & ſupremis Tabulis dotem huic tertio reliquit; & alia *Epiſc. Claromontani*
duo, ad Templi & domus molitionem, legati portione aſ- *Obitus.*
perſit. Eadem Hęreticorum graſſatio multis ſubinde Colle- 1560. 21.
gijs ſpem vel initium dedit. Metenſe poſtulauit à Lainio
Cardinalis Lotharingus, in Muſſipontanum poſtea verte-
tur. Virduni interim, Domicilij aliqua ſpecies eluxit. Lug- *Domic. Virdunenſe.*
dunenſe & Valentinum ipſimet Ciues. Stimulabat gnaui-
tas & conſtantia Augerij Antonijque Poſſeuini. Ille euoca- *Augerij diſcrimen.*
tus Turnone Valentiam, in religione nutantes firmauit.
Neque occupatâ per Hęreticos Vrbe captus, & pro patibu-
lo iuſſus reuocare quæ dixerat vel mori, nutauit ipſe. La-
queum collo gerebat: at iam ſuſpendendum reduxêre in
carcerem, ſpe nimirum ad ſua eum deliria conuertendi.
Blanditijs hîc miniſque tentatus, equo per Catholicum op-
portunè adducto, Billomum euaſit. Valentini ſpes Collegij
eâ iactatione concidit. Lugdunenſis autem deſiderium Poſ-
ſeuinus excitauit. Aliorum molitionem perſuaſerat antea
Philiberto Allobrogum Duci. Confidentiam fecerat præ-
ſens Pedemontij, Sabaudiæque neceſſitas; & vſitata, Sacer-
dotum veſtis, quam gerebat, Societatis clàm initæ tegu-
mentum. Eum Foſſanenſem, vt aiunt, Commendatarium
fecerat Hercules Cardinalis Gonzaga; Socium ſuo tres Gal-
liardi Fratres exemplo & hortamento. Retinebat adhuc *Ant. Poſſeuini labo-*
Tiro dignitatem & veſtem, & illius gratiâ miſſus ex Vrbe *res.*
ad Philibertum, iubebatur à Lainio Religionis quoque rem
curare. Diuersè hæc impetebatur: & in Angroniæ Valle, ab
Arianis, Valdenſibus, Lutheranis, Caluiniſtis. Horum mil-
lia ſex in vno Vigoni Oppido. Quatuordecim Miniſtros
Poſſeuinus diſputando ſimul inuaſit. Sic victi, arma ſuis cum
Aſſeclis palàm corripuêre. Bello haud vno domitos ille de-
docuit, & eâdem die Primarios quatuor ac triginta Vercel-
las ad publicam Religionis profeſſionem adduxit. Reſtitu- *Colleg. MonteRegal.*
tæ Propugnacula Philibertus, Collegia duo, in Monte-Re- *in Pedemont. & Cam-*
gali alterum, Camberij deinde alterum adſtruxit. Vtrique *berien.*
R primus 1561. 22.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

primus Rector Ludouicus Codrettus, Poſſeuini Socius, eſt datus. Aneſſianum Geneuenſis Epiſcopus antè poſtularat; commendauit & litteris Philibertus. Diſſentientes ſuo Præſuli Ciues progreſſum ſtitere. Vanus ceſſionis perpetuæ metus incubuerat. Florum Pars contrarijs inter ſe ventis, ex Arboribus innodis labitur. *Auenionenſe.* Auenionenſe Alexandri Farneſij Cardinalis & Legati authoritas extulit: Rexit quoque idem Codrettus, cunctis in vicinia Populis notus & excurſionibus celebris. *Poſſeuinus Lugduni.* At Pedemontijs ſuis Poſſeuinus Concionatores è Genuenſibus & Mediolanenſibus Cœnobijs prouidit quadragenos, tum innumera Catechiſmi Caniſiani exemplaria. Plura Typis editurus Lugdunum venit: ſed ſtylo hîc ſuo & voce, non alienis modò armis pugnaturus. Fremebant aduerſarij diuerſiſſimè ſaucij. Sed dicentem Ieroſolymitani Equites duo adſtantes in eorum impetum tegebant. Vtilis *Pericula.* defenſio incolumi adhuc Vrbe: ſed per Hęreticos alieno ſub habitu captâ, Poſſeuinus ſeipſe defendit mortis contemptu. Cuſtodiâ clauſum, Caluiniſta Ruffinus iubet retractare quæ dixerat. Loricam ſclopumq; geſtabat audens bellator; circùm Satellites armati. Omnes conſtantiâ repulit, promptus veritatem ſanguine conſignare. Biduo pòſt, diuerſo nunc Mercatoris, nunc Piſcatoris habitu per Italos, Cymbâ & Rhodano aduerſo deuectus Cherium demum euaſit. Hinc breuî reuocauêre qui abduxerant, redeunte ad Carolum Re*Edm. Augerius.* gem Lugduno, & mox Lugdunum Rege. Augerius eò præceſſerat, ad Catholicorum vindictam. Cōcionum ictus certiſſimi in præparatum Auditorem ac denſum. Ad millia viginti ſæpe cenſebantur. Adhortationum vis eadem; Catechiſmi, quem ea de re conſcripſit Gallicè, Latinè, Gręcè, incredibilis. Diuenditus eſt latè per Galliam: & ab vno Pariſienſi Typographo, ad exempla quadragies mille octennio. Authorem tot rerum Proceres Rexque ipſe Lugduni brachijs ſtrinxêre. Poſſeuinus libellis quoque, & Gallicis iam Concionibus in Hæreſim, vſuramque pugnabat. In Viretum Hæreticum haud ſpontè. Norat indolem ac morem. Iuſſit tamen in prouocantem ſenem certare Proſper Sancta-

Crucius,

Crucius, Pontificis Legatus, breui Cardinalis. Diſputationis fructus, agnitio qualis is eſſet, Atheus magis quàm Caluiniſta. Domicilium Lugduni tanta duorum virtus poſuit. Ad Collegium Sanctiſſimæ Trinitatis illuſtre procedet ſub Borgia. Pariſienſe adhuc tenue: & ſimile corpori vegeto magis quàm firmo. Malignioris auræ vitio propè exhauſtum eſt; vexationum turbine ferè proſtratum. Diſtentum certè, Sociorum Parte, luis vitandæ ergô per Paſchaſium dimiſsâ; primò ad villam S. Clodouei ſuburbanam, tum ſerpente illuc veneno, Nouiodunum vſque à Pontio Gogordano deductâ. Mox & capite mutilum, & reliquis duobus membris, Ioanne Allobroge, & Ioanne Borgheſio. Tres domi remanſerant. Paſchaſius medio inter duos fato extinctus eſt. Luem, Othoni Briamontio benignè ſeruiens Pater, contraxit: eum ſextodecimo pòſt die ad extrema ſecuturus. Superuênit Pontius, ipſe vnus iam Collegium. In domum Iacobęa in platea ſitam, demigrat, & ad aperiendas Scholas ab Senatu alijſque impellitur. Academiæ vel peſte, vel peſtis metu exhauſtæ ſolitudo vrgebat. Spes erat Iuuẽtam nouum ad Gymnaſium, veluti ad nouum Belli ſignum redituram. Cathedras iniêre primi Ioannes Maldonatus, & Michael Vanegas: Hic Alciati, ille Ariſtotelis Interpres. Ex Italia venerant cum alijs circiter decem in Galliam. Venerat & Oliuerius Manarçus: Prouinciæ Francicæ pro Paſchaſio Præfectus, & in Aquitanicam quoque, Augerio traditam, Commiſſarius. Hanc primò luſtrans Pariſios accitur. Scholarum frequentia tumultum fecerat. Potens è Gymnaſijs omnino cęteris, è Religioſis Ordinibus, & è Clero, Claromontanum in Gymnaſium ſimultas, quamquam munitum litteris Regis; & ab Senatoribus Regni Supremis in Academiam receptum. Iuſſit nihilominus huius Rector Scholas occludi. Occluſit Oliuerius. Armis recluſuros ſe Diſcipulorum agmina iactabant. Plus mille cenſebantur. Senatûs voluntate recluſæ ſunt in præſens, & cauſa calidiſſimè agitari cepta. Societatis Hiſpanicæ res aduerſas, proſperarum alternatio lenijt. Calumniâ impetitur geminâ, Hęreſi,

[Margin: Annus Chriſti. Societ. — Colleg. Lugdunenſis initia. 1564. 25. — Pariſienſis mortalitas. — Paſchaſij Broetti mors. 1562. 23. — Prouin. Aquitanica. 1564. 25. — Prima Soc. Schola Pariſijs.]

Annus Chriſti. Societ. reſi, & ſoluto ſacræ Confeſſionis Sigillo ? Ab Archiepiſcopis duobus Hiſpalenſi & Granatenſi abſoluta, ad noua dupli-
Noua per Hiſpan. Collegia. cato numero Collegia proceſſit: Montellanum, Ocanienſe, Belmontenſe, Toletanum. Ad hanc Vrbem aditum nobis
Montellanum. Ocanienſe. clauſerat Siliceus Antiſtes. Aperuit Bartholomæus Carrâza,
Belmontenſe. Dominicanorum ex Ordine, in demortui dignitatem, haud
Toletanum. perinde animum ſuccedens. Rurſum famâ laborat Borgia,
1558. 19. damnatis aliorum Scriptorum Codicibus, qui eius aſſuti erant libello ? Typographus illos dolo bono addiderat, ad voluminis molem & quæſtum. At ſimul oſtenſa veritas, ſi-
Segobienſe. mul oblatum Borgiæ Segobienſe Collegium. Socios in eam Vrbem inſinuare diu tentarat; nunc verò calumnijs auguſtior, intulit in aduocantem, & omnia effusè largientem. Viri Principes palàm emendicauêre, quibus egere nos credebant, quædam obtulêre Carthuſiani Patres. Pueros ter
Palentinum. mille ad Catechiſmum Ciues miſêre. Palentinum item & Lucronienſe, velut ſubactâ imbribus terrâ plantæ, conſurgunt. Illud Tereſa Quiguonia, Ioannis Vegę Soror, Sueruſque & Eleonora eiuſdem liberi cum illâ poſuêre, tenui ſatis
Lucronienſe. fundo. Lucronienſe Thomas Iangues, iam Socius: & pri-
1559. 20. mùm nutante Borgię famâ, acceptus in vrbe patria duriter; pòſt Quæſitorum teſtimonio reſtitutâ, inuitatus ad fundamenta Collegij ponenda. Et breuî ſtetit tum integritate manifeſtâ Franciſci, tum ſubito triom, qui in illud delamauerant, fato. Quartus eiuſdem metuens vindictæ, culpam
Bellimarenſe. Rectoris ad pedes demum eſt faſſus. Bellimarenſe ex facili poſitum eſt, & è vetere Benedicti Vguccioni Florentini iudicio de operâ Sociorum. Molitus erat Burgenſe, Domicilio iam empto. Sed Cardinali Mendozæ, eodem Archiepiſcopo Vrbis aliud ibi comparante, Bellimarum tranſtulit curam. Et excepêre venientes eò Socios indigenæ Ruſtici per-
Madritanum. benignè. Madritanum per Domeſticos motus, veluti per
1560. 21. tempeſtatem germina, enaſcitur. Eius eadem, quæ olim Valliſoletani, immò & Ignatij iudicio, Societatis Hiſpanicæ Mater, Eleonora Maſcarenia, & Complutanæ nutrix. Motuum cauſa, indoles Cōmiſſarij Borgię, & Araoſij Caſtelanlæ

Prouincialis, diuerſa; tum iurium vtriuſq; indiſcreta cõfinia. Turbatio exorta domo premebatur. Sed erupit foras, abeunte in Luſitaniam Borgiâ. Et diu hæſit in vrbe Portuenſi ſolitudinis deſiderio. Fugâ interpretatur Aula Hiſpanica; latebrâ, velut Rei obinitum cũ Dominico Roſas Hæretico colloquium, & neceſſitudinem cum Archiepiſcopo Toletano Carrãza. At Colloquij tempore, nondum ille erat de Hæreſi ſuſpectus, nondum hic datus in vincula. Tumultum intendit Procerum Araoſio adſtipulantium authoritas. Compoſiturus venit in Hiſpaniam Hieronymus Natalis Commiſſarius cum ſumma & Generali Præpoſito proximâ poteſtate, ac litteris Lainij & Pij Pontificis ad Regem. Domeſticam rem breuî totam ferè compoſuerat: Collegijs Luſitaniæ luſtratis, & inde amiſſo Borgia Romam. Eum breui Libello euocauerat Pontifex Pius, Ferrarienſis Cardinalis impulſu. Præſenti, Lainius Aſſiſtentis detulit munus pro Ludouico Conſaluio, in Luſitaniam ad formandos Sebaſtiani Regis mores per Reginam huius Auiam, & Tutricem accito. Serius Procerum offenſio concidit: quippe miſſis ex Hiſpania Romam Iuuenum, Pecuniarumque ſubſidijs per Natalem, accenſa. Reſtinxit is fortiter atque induſtriè, neutrum ab ſe odiosè factum oſtendens: Optionem autem Araoſio faciens Prouinciarum Caſtellanæ aut Toletanæ, aut Commiſſarij Hiſpanici munus petendi. Poſtremum hoc optauit. Ita Societas ad Pacem redijt, & magno vnius Prouinciæ incremento magnas per vexationes proceſſit. Æſtu inſolito maria, Febribus iuuenilia corpora augeſcunt. Atque hæc velut in membris adæquè omnibus, ſic illa Stationibus, Tironumque præſtantiâ. His Villaregij Domus Probationis recepta eſt, ſexennio pòſt condita. Collegium Triguerienſe à Franciſco Palma inceptum, ab Alphonſo autem Guſmano Methymnæ Sidoniæ Duce, & Eleonorâ Zunigâ Matre prouectum eſt. Gaditanum à Populo & Clero ad Columnas Herculis, quas vltra nihil antiquitus credidit. At vltra Hiſpaniam, & ad Maioricæ atque Sardiniæ Collegia, Aragonenſem Prouinciam Turbo aduerſus extendit. Sardiniæ

Turbationes in Caſtella.

Prouincia Toletana.

1561. 23.

Domus Probat. Villaregij.

Colleg. Triguerienſe.

 inerant

Annus Chriſti. Societ.

Saſſaritanum, & Calaritani primordia in Sardinia.

inerant gemina: Saſſarinenſe ab Alexio Fontana, Regio Inſulæ Quęſtore; Calaritanum à Petro Spiga Socio, cepta. Louanio ſimul venerant, ad vnum, ſuâ quiſque in Patriâ, ponendum. Saſſaritanum Alexij morte ſurrexit. Concuſſum fuerat Nuptijs ei per Neceſſarios obtruſis. E demortui Teſtamento dos attributa, ſerò aduênit. Copioſam Ciuitas atque Ædificationem inſuper ſuffecit. Socij habitauere quatuordecim, & Scholas intra Epiſcopium primò, etiam Eleementarijs aperuêre. Ita poſtulabat ignoratio Incolarum,

1563. 24. ſuperſtitio, magia, diuinatio, vſura, alia morum probra. Conſuetudinis magis erant vitia quàm naturæ, in ſolerti, vegetâ & docili gente. Pleraque ſuſtulêre, Balthaſaris præſertim Pinnæ Rectoris induſtriâ diuerſâ. Eius morbum coacti Conciones abrumpere, Ciuium quidam ſibi petijt, & impetrauit à Deo; illo ad ſuggeſtum regreſſo, febrim cõtinuò ſenſit. Calaritanũ hauddum emerſit aduocato Saſſarim Spigâ.

Maioricenſe.

Maioricenſis Inſula Hieronymo Natali Natalis, de eodem per Rocaſolium Protegem, & Primates Collegium poſtu-

1564. 25. lauit. Obuiam quoque ab ijſdem proceſſum aduenienti quatuor cum Socijs Ioanni Verdolaio. Nominatim eum petierant, rerum, quas per Aragoniam nondum Socius geſſerat, famâ. Ad Societatem ab Ignatio per litteras inuitatus, demum ſenex eo vitâ functo inierat opportunè. Et ſuæ Sanctitatis & prudentiæ nomine ſuſtinebat vexationibus grauiſſimis afflictam; produxeratque iam in Balearium alteram. Sed deſeruit, Præfecturæ Miſſionumque pertęſus; & contemplationis otium neqnidquam per Catalauniæ Carthuſiam quęrens. Illud hîc ſibi ęquè vel magis eripi gemebat. Pedem alij Tirones in inſtituto ſuo tenuere. Plurimi

Tirones in Hiſp. multi & præſtantes.

dotibus inſignes & maturi moribus inierant. E Complutenſi primùm Academiâ Alphonſus Deza, Ferdinandus Alcazarius, Martinus Gomius, & cum Diſcipulis ſuis ſeptem Petrus Sanctius Doctor, atque antea idem Academiæ Rector. Ab illorum ternis ſumpſit exemplum, quaternis dedit. Conſecuti ſunt ſubinde plures, vniuersè & vno tantùm anno quatuor ac triginta. Petrus Mexicanis poſtea rebus inclareſcet.

inclareſcet. Pleroſque Franciſci Villanouæ Rectoris, vitâ nuperrimè functi, multiplex excellenſq; virtus accenderat: Demiſſio in defugiendis & Sacerdotio, & Profeſſorum gradu. Ad hunc ne aſſumerentur, effecit:, ad illud nec ſponte ſubuectus, Excitatoris matutini munus perpetuum ſibi Rector ſeruauit. Tum verò commodorum deſpicientia & victoria ſuî, continuatio vigiliarum ac precis vel inter opera manuum hand ferè vnquam abruptæ. Hinc ei diuina quædam lux in abſtruſiſſimis, quas numquam legerat, rebus; & longè poſitorum prouiſio. Decimo pòſt mortem die Martinus Gutterius aſſeruit cęlo receptum. E Salmanticenſi Franciſci duo: Toletus, & quinto pòſt anno Suarius; Bartholomęus Petrius atque alia Academiæ lumina. Pleroſque concionibus Ioannes Ramirius inflammarat: Et per quadraginta magni Ieiunij dies, compulerat in religioſa Clauſtra plures ducentis. In Collegium dolo optimo Petrius perſuaſit. Tenebatur domi, ne iret. At pilam ex aula per feneſtram ſponte in plateam emiſit. Quam dum requirere ſinitur, ad Collegium nobilis Adoleſcens ſine pileo perrexit. Haud inſequentis vis fratris, haud aliorum blanditiæ retraxêre. Sicula & Luſitanica Prouinciæ Europęarum extremæ, placido intra ſeſe curſu augeſcebant. Fluuios diceres ſuo contentos alueo, aquis creſcere, quas trahunt. Nec aduerſa retardauêre, immo adiuuêre progreſſum. Sociorum Bibonenſium & Iſabellæ Vegæ funera, Calatabellotæ in Sicilia Sedem excitarunt. Illorum vixit hęc Mater. Et crebro languentium miſerta, ſalubriorem eis receptum alibi parabat. E duodecim quinos primus habitationis annus Bibonę extinxerat. Secundus, vnicum quidem;ſed proſtrauerat morbo reliquos. Iſabellæ obitus interuênit: & demortuæ coniugis votum ab Duce, in Hiſpaniam abituriente impletum eſt. Vtriuſque animum Petrus Venuſtus Bibonenſis Rector curauerat, breuî quoque & glorioſè moriturus. Rogerium Sacerdotem in familiam illam induxerat. Inde ob vitia dimiſſum, & meliores ſpondentem mores reſtituerat iterum: reſtitutum, & ad priſtina redeuntem Dux abegit domo, ac in ijs

Io. Villanouæ virtus multiplex.

Franciſ. Toletus, & Franc. Suares.

Domicilium Calatabellotæ in Sicilia.

Annus
Chriſti. Societ.
Pet. Venuſti cædes.
1564. 25.

in ijs perſeuerantem, dari curat in vincula. Venuſtus interea miſerum hortabatur ad frugem. At is tot beneficia ſuſpicione obruit. Tanquam ſe apud Epiſcopi Vicarium accuſaſſet, inuadit redeuntem è villa Bibonam. Canonicas Pater recitabat preces, quando tertio in caput ictu perimitur. Percuſſorem agnouit, haud prodidit: eo quoque ſilentio in ingratum ad extremũ vſque beneficus. Luſitanicæ Prouincię animos, Ioannis III. Regis mors afflixit, rem promouit. Nam eius memoriâ & exemplo, fauere perrexêre Propinqui & Incolæ Regni. Catharina Vidua & Cardinalis Henricus, Sebaſtiani Regis pueritiam Ludouico Conſaluio formandam tradidêre: & Socijs Domicilium Almerini nouum. Inſuper Henricus, quamdiu Eborenſe Pedum retinuit, Academiam ibi ſuam; poſtquàm Oliſſiponenſe acceperat; Collegium huius Regiæ vrbis auxit mirificè. Brigantinum iam Collegium, Dux ipſe condidit Theodorus; Bracharenſe Bartholomęus de Martyribus, Dominicani Ordinis decus, & vrbis Archiepiſcopus; Portuenſe Clerus, Nobilitas, Ciues. Profeſſam primò domum optarant. Adſtipulabatur & Borgia. Sed mentem ad Collegium conuertêre amplioris commodi reſpectu.

Almerinenſe Domicilium in Luſit.

Collegia item noua.

Brigant.

Bracharenſe.

Portuenſe.

§. 2. *Progreſſiones per Aſiam.*

Lainius eas curauit ſubſidio triplici: Sociorum, Precationum, Litterarum. Auxiliares Socios è Luſitaniâ ſubmiſit quaternis nauigationibus duos & triginta. Cęteri, ſed ferè de Luſitanis orti, ad Tirocinium adlegebantur in India. Vniuersè pauci, pro operis mole, & amplitudine magnæ Partis Orbis Terrarum: quoſdam quoque Africanis Gentibus ſuffecturæ. Plurimis pares eos effecêre, per Lainium, & Precationes ſingulis Europæ Socijs indictæ, & hortatoriæ ad animandos ſolandoſq; conſcriptæ. Illæ menſtruorum ſacrificiorum ac precum initium ſunt, per quæ vel hodie, Socijs in vtrauis Indiâ Barbarorum ſalutem accurantibus, conciliamus Deum. Hortatoriæ, ſtimulus etiamnum acer ad pergendum. Capita earum tria; Indicæ Miſſionis dignitas, difficultas, praxis. Per hæc mentibus lux, animis

Menſtruarum Societatis pro Indijs Precationum initia.

Lainij de Indica Miſſione Epiſtola.
1558. 19.

Annus Chriſti. Societ.

animis robur affuſum eſt, ad progreſſiones induſtriè tentandas, & fortiter vrgendas. Primæ, Damanenſe & Cocinenſe Collegia, ad vim per Septemtrionem Meridiemq́ue fundendam. Illud Conſaluus Silueria orſus eſt, victoriâ & poſtulatu Conſtantini Brigantij Proregis. Hunc ad expugnationem Oppidi comitatus erat Conſaluus; & haud muro procul expiarat à noxis ipſum & militum pleroſque. Adiuuabant quidam è Dominicano, quidã è Franciſcano Ordine Patres, è noſtro Albertus Arauſius. Simul Oppidum Pręſidiarij metu deſeruêre, Abaſſini & Mauri; aperuere Indigenæ Luſitanis: at Mahometis Fanum Conſaluus Victôri Chriſto conſecrat Liturgiâ, & impoſitâ inſuper Cruce. Ad Collegij primordia Albertum, cum Cõſtantino rediens, reliquit. *Colleg. Damanenſe.* 1559. 20. Reuerſus, Marcum Pracundum atque Fernandum Aluarium Goâ, pro illo morbis afflicto ſubmiſit. Simul appulſus, ad Surratum Marcus accitur à Cadameſſano Dynaſtâ. Chriſtianam legem à Maioribus acceptam abiecerat. Facti pœnitens, conſultare cum Marco volebat de recipiendâ. Sed à conſultando Surratenſes Mahometani auertêre. Sapientiùs Damanenſes illius ſucceſſorem audiêre Ariam Brandanum. Octingentos ibi ad Chriſtum adduxit: quoſdam antè Armuziæ. Stolidiùs nouus Idalcan Rex, Patribus quos audierat, obſequi diſtulit. Noua, non ſalutaria diſcendi ſtudio Iuuenis Rex, Doctores à Gaſpare Archiepiſcopo Goenſium primo poſtularat. Cum Dominicanorum Patrum Commiſſario iuit Conſaluus Rodericius ab illo deſignatus. Diuina impulſio; vagæ ętatis vitio ſæpè infringitur.

Bazainenſis incrementa. Bazainenſe Collegium tacitis ſed perpetuis ibat incrementis. Tanaenſis ei Sedes ſubiecta eſt. Præſtitutus autem Françiſcus Capralis. *Et Cocinenſis.* Cocinenſis ad Collegij formam, & munia demum aſſurrexit, Chriſtophori Carualij Teſtamento. An ad Domus Profeſſæ, aliquamdiu dubitatum eſt. Et par illius miniſterijs, ac ſuſtentationi vrbs videbatur. Eam gloriam & fructum Cocino Goa, ſed pôſt præripiet. *Sedes Salſettana.* Huic modò Domicilium Salſettanis in Pagis è proximo adſtructum 1560. 21. ęſt. Sexaginta ſunt, & Luſitanorum in ijs quidam lęſi, vel

Annus
Chriſti. *Societ.*

Colleg. Goenſis incrementa.

Celebritas Baptiſmorum.

occiſi. Chriſtiani in eis quaſi ter mille permiſti Ethnicis. Horum primitus centum adiuncti Chriſto. Cæteri offendiculum Socijs aſperâ ponebât vitâ. Ipſum autem Collegium Goenſe nouo & ampliore creuit Templo. Opus vel Baptiſmorum celebritati pridem neceſſarium. Confluebant Catechumeni agminatim, Palmas capite manuque geſtantes, Tympanorum inter Tubarumque concentus. Aderat Conſtantinus Prorex ac ingens Hominum vis. Expiati eâdem die ſexcenti: vnius anni ſpatio, duodecies mille ſeptingenti. Carambolitani, Diuarenſes, Mocadani, Cioranenſes numero certabāt. Et accendebantur Barbarorum animi eo apparatu Baptiſmorum. Mox ſublato, is refrixit ardor, reſtituto recaluit. Blandiùs nec indecorè, externâ ſpecie rerum, ſimplicitas ducitur. Noui fundamenta Templi aureo ligone poſuit Nunnius Patriarcha. Epiſcopus diem nuper clauſerat. Et illum, aut è Socijs aliquem ſufficere certabat Catharina Luſitaniæ Regina. Contrà Socij conſpiranêre. Et Patriarcha veterem quoque dignitatem ponere, Æthiopiâ adhuc prohibitus, ſatagebat. Lainius negauit, mors cōceſſit, gregis ſui abſentiâ, & ærumnis lethaliter afflicto. Iuſta Archiepiſcopus, Prorex Ciuitas omnis magnificè perſoluit. Gymnaſium, Europęorum ęmulabatur decus, Theſibus Typo vulgatis. Nec Magiſtri adeo affixi Exedris, quin ad Catechecíſmi officia ſubinde palàm deſcenderent. Scholas menſe toto clauſêre, Catechumenorum inſtituendorum gratiâ. His per Socios alendis haud ſuffecêre quater mille aurei, quotannis ab Regis concilio aſſignati. Collegas vniuersè nonaginta, Catechumenicæ Domûs, Seminarij, Noſocomij, Collegij procurationi pares vnus ardor effecit. In cęteris Sociorum per Indiam Sedibus, apta cuique virtus enituit. In Commorinenſi, conſtantia Iacobi Sonerallij, Ioannis Meſquitæ, Henrici Henricij. Traduxêre ex Ora Piſcaria in tutiorem Manariæ Ditionem Chriſtianos. Nec Souerallius, Ethnici Dynaſtæ; nec alij duo, Badagarum minis, vinculis, verberibus ceſsêre. In Armuzienſi, ſolertia Ariç Brandani tum in conuertendis octoginta Saracenis; tum

Sedes Commorinenſis.

Armuzienſ.

iuuandis

iuuandis, qui à Baharenia Expeditione infirmi redierāt, Luſitanis. Sexaginta ſuo in domicilio vnus curabat. Alexius inter eundum lue occubuit. Haud minor Meſquitæ pro Aria miſſi Armuziam, in omne hominum genus induſtria. Colani fiducia. De Franciſco Petrio Malabarum Regulus opem in Biſnagæ Regem contendit. Miſit ille inſignitum Iesv nomine vexillum. Vel Ethnico profuit. Regulus militibus vix mille cinctus, ſena Biſnagenſis millia bis fudit. Victor infelix: & ingratus in eum quo vicerat. Deum experiri Chriſtum maluit, quàm fateri. Meliapore, vigor ſupra ętatem & conſortij adiumenta. Chriſtianos ibi à Xauerio proximè Alphonſus Cyprianus excolebat annis iam vndecim. Nec vis cum ęuo conſenuit. Vitium acerrimè infirmo corpore oppugnabat: & Vxoris alienæ raptori vt fruſtra exprobrauit ſcelus, ſic naufragium & palàm prędixit: nec certò minùs ſuum ipſius obitum ſenex. Malacæ redintegrati Sociorum conatus. Anathematis enim damnatâ per Xauerium vrbe abierant. Pòſt compoſitis demum rebus eò rediêre. At ſacra Ædes propria nondū illis erat. Marianam attribuit Georgius Epiſcoporū vrbis primus. Inſignis erat in eo Emporio corruptela morum intermiſſione culturæ. Ad Hieronymum Fernandium & Franciſcum Georgium cum alijs duobus Chriſtophorus Acoſta adlaboraturus aduênit. Molucas per Inſulas fortitudo Sociorum diuerſa. In Baccianenſi, fortunata Antonij Vazij Regulum Ioannem Chriſto adiungentis. Hinc Sociorum cęteris multiplex materia virtutis: & Alphonſo Caſtrio pretioſæ necis. Ioannis mutatione Aërius Rex Ternatenſis palàm exarſit: & clàm minas ad illum miſit de necandis circà Luſitanis, & occupandis eorum Arcibus. Horum ſe ſacris & ditioni nuper ſubiecerat. Hanc quoque ſed inuitus patiebatur Aërius, at religionem accerrimè oderat, Mahometiſmi pertinax cultor. Itaque inuitatum in Arcem Ternatinus Prætor Odoardus comprehendit. Patrem liberaturus, Ternatem obſidione Filius, & Indigenæ plurimi cingunt. Alij redeuntem ex Inſula Mauri Alphonſum vinciunt, qui limbo eum vehebant cum manci-

Annus Chriſti. Soc. et.

Colanenſis.

Meliaporenſis.

Alphonſi Cypriani obitus.

1559. 20.

Malacenſis.

Ternatenſis in Moluc.

Alphonſi Caſtrij cædes.

1558. 19.

Annus Chriſti. Societ.

mancipijs tribus: nempe cum captiuo Rege commutandum. Huius Filio nudus ſiſtitur Alphonſus, & craſſo fune ad nauigium in Crucis formam adſtrictus. Ea ſpecies Barbari pectus emollijt, & manum aperuit, ad tegendam detractis ſibiipſi veſtibus, nuditatem Caſtrij. At ijs Prædones ſuam in Inſulam abductum ſpoliant. Iris ei nomen eſt, ſerenitatis affuturæ Chriſtianis index, ſed poſt diuerſiſſimas in miſerum ſpecies tormentorum. Diebus omnino triginta, & noctibus totidem ſtipiti alligatus, vinctis poſt tergum manibus, toto nudus corpore rigenti auræ expoſitus ſtetit. Interim membra verberibus, aures impijs in Chriſtum vocibus tundere. Simul allicere ad Mahometis cultum. Facinus execrantem Sicarijs duobus mactandum tradunt. Et conſequens fortiter Alphonſus locum cędi opportunum quęrentibus, Planiciem modicam deſignat. Truncus in ea iacebat ingens, & alluebatur mari. Hîc ſolutus vinculis, in genua, ad precem & ictum abiecit ſe. Plagas adhuc ſpirans binas machęris accepit; tertiam demum iam extinctus.

Prodigia. Mare, Aër, Terra, tantæ fortitudini velut materiam, ſic teſtimonium dedêre. Mare demerſi per Sicarios corporis vulnera non attigit: adeo triduo pòſt, recentiſſima ſunt viſa. Eductum conſpecti per Auram ſplendores illuſtrauêre. At Sicariorum artus, peſtilens abſumpſit ignis. Franciſci

Sedes Ternatina. Vieræ Rectoris, &, qui Ternate erant, Sociorum virtus, vnam cis mortem ſtetit. Indigenas per obſidionis moram ſtrauit inopia, fames, & morbi genus exitiale. Suos in Arcem Luſitanos deſertâ vrbe Præfectus recipere omnes parabat: Diſſuaſit Franciſcus; promptè quoque in ęgros & egenos, Ciues ac milites, pharmaca Sociorum & cibaria diuidens. Ferdinandi Oſorij Ioannem apud Regem agentis conſtantia, nec Baccianenſium cunctatione, nec ſuo ipſius morbo decidit. Claſſem ibi accurabat auxiliarem: & in tempore adduxit ęger; & nauem inprimis agens conſpicuam ingenti Cruce. Simul obſidio ſoluta eſt: & Ioannes Rex Victor Crucem alteram humeris deportauit deſignatum ad locum; & conſtitutam adorari quotidie manè, ad dandum Ternatinis

tinis exemplum, ſuo ab Exercitu iuſſit. Puerum ſibi nocte conſpectum narrabat, gerentem capſulâ Crucem, ac inuitantem vt caperet: Magnum eius ope euaſurum. Tum Filiam obtulit Baptiſmo. Conſtantiæ nomen dedit, ea, quam tanto facinore oſtenderat. Duos hinc Socios Baccianum ad tradendam Chriſti legem lętus auexit. Propagata eſt ſplendidè nec diu. Prohibebat & Aërij ferocia, & paucitas Sociorum. Illum ſuis reddiderant, conſtricto vinculis Prętore, Luſitani. Et iam liber Rex quæſitis quotidie cauſis bellum trahebat. Diem Viera obierat: Nicolaus Nunnius, Balthaſar Arauſius, atque Oſorius Ternate reliqui, prohibebantur ſuccurrere Amboinijs, Baccianenſibus, Burrianis, & Incolis Mauricarum. In his nullus quatuor abhinc annos cultor: Burri Chriſtianus demum vnicus: Amboini Legatus Aërij Liliatus adduxerat metu ad Mahometem plurimos. Arbores haud diu ſolo fixas, vel lenis turbo diuellit. Reſtituta pleraque Henrici Sà Prętoris noui, & Sociorum cum eo ſex appulſu. Singulorum dotes & efficacitas vltra morem proceſſêre. Marci Prancudi Rectoris, Emmanuelis Lopij & Nicolaij Nunnij benignitas, vltra vim armorum. Miſſâ per Henricum militum manu, negarunt Maurici Chriſtiani quieturos à tumultibus ſeſe: Quęcumque verò cenſerent Socij, facturos. Tioliza autem Mahometanorum Princeps, non Henrici modò imperium, ſed & Baptiſmum eorumdem impulſu cum ſuis accepit. Franciſci Rodericij & Iacobi Magallianes virtus lacertis quoque dimicauit. Confirmatis in Chriſtiana lege Amboinijs, externâ tantum vi oberant Mauri. Architectos ſe illis præbuêre, operibus munientes Oppida, ac Duces, ſi fortè bellum ingrueret. Ferdinandorum Oſorij atque Aluarij conatus, mitior in aduerſarios erat Bacciani. Ioannes Rex authoritate iuuabat, & ſubmouebat obſtantes. In morbos autem efficax. Per eos affuſâ, vel ad potum prębita aquâ luſtrali, languor & febris à multis abceſſit. Quin pluuiam feminę impetrarunt à Deo nuper Chriſtianæ. Temporaria felicitas, & per interualla ſuccedens. At religionis propagatio continuata, & perennis

Miſſio Baccianenſis.

Abrumpitur. 1561. 22.

Auxiliares ex Europa. 1562. 23.

Eorum labores.

Succeſſus. 1563. 24.

Annus
Chriſti. Societ.

inſtar Torrentis. Eam in Celebum Regnum protulit Magallianes: & per octiduanam Miſſionem, baptiſmoirrigauit Indigenas bis mille. Tum,& Manadẽſem & Sionenſem Reges. Ternate aute Tidorenſis Reguli acer in Bello Legatus, & Bengaici Filius ad aquas vitæ venerunt: atque hic miſſus à Patre Ternaten,ad Mahometis vel Chriſti Legem optandam. Mox & Tidorenſis Fratres duo, & paria Procerum tria. Caſtrij ſanguini attribuebatur fertilitas tanta: vna Iridis Inſulæ aſpera Gens,quæ illum fuderat, expers iſtius felicitatis fuit. Rupes haud molleſcunt imbre,quo ſubiectas tamen valles circà fęcundãt. Et fructuoſiùs per Chinam videbatur proceſſura religio, ſi ſemel inijſſet. Magis ęqua & complanata legibus Gens erat. Continentem, de Societate primus attigerat Melchior Nunnius, ſeptem abhinc annos in Iaponiam nauigans. Et Succino Regem, Diſceptationibus peritiores ad Chriſti legem, ſolicitare decrêrat. Sed Cantoniam per occaſionem redimendi Captiuos ingreſſo, nec copia data eſt conueniendi Regis. Nec idonea ad conciliandos Indigenas mora. Quamquam Sacerdotes duos diſputando victos compulerat in fugam. Nunc certior Legationis via tentata eſt. Eius Author Franciſcus Cotinius Indiæ Prorex: Caput, Ægidius Goës. Comites Franciſcus Petrius, Emmanuel Texeira, & Andreas Pintus è Societate IESV. Omnes, idem ipſe qui Xauerium olim, auexit Goâ Iacobus Pereria. Amacaum nupero Sinarum permiſſu, Luſitani Mercatores pro Sanchiano inſederant. Continenti propior Inſula eſt, & ſcopulo ſimilis. Appulſum cum ſuis Legatum ſtitit ſolita ſuſpicacium Mandarinorum cunctatio: tum & ſubitaria mors Cotinij Proregis. Redintegrauêre conatum Antonius Noronia Cotinij ſucceſſor, atque Iacobus Pereria priuatus, & Amacai iam pręſens, opportunâ in Sinas operâ. Cantoniæ Portum Piratæ bis mille nauibus nouem clauſum tenebant. Nudis milite Mandarinis per Internuntium Pereria obtulit Luſitanorum auxilia. Admiſerunt illi,primo confidentię argumento. Et ad deducenda,Ciumbus, illorum Princeps, Amacaum venit. Dati ſunt à Concilio

Miſſio Sinenſis. (margin, beside "tando victos compulerat in fugam")

Redintegratur. (margin)
1564. 25.

cilio publico Luſitani ter centum: & diſtributi duas in naues Sinarum. Alteram ipſe Pereria; Ludouicus Mellus alteram regebat. Conſpectis eorum ſignis, auditiſque bombardis fugam moliti Piratę omnes; pauci euaſêre. Ciumbus beneficij memoriâ, Texeiram noſtrum ire Cantoniam ſinit, ad negotia Legationis vrgenda. Neque vlteriùs Societatis Sinicæ res ſub Lainio proceſſit. Iaponicæ longè plurimùm; ac pręcipuè per conatus Bonziorum diuerſos. Ternæ ſub *Socij quinque.* Ignatio fuerant inchoatæ Sedes; Bungenſis, Amanguciana, Firandenſis. *Sedes tres.* Eas procurabant primùm Socij quinque; *1557.* 18. *Bungenſis.* Coſmus Turrianus, & Balthaſar Gagus Sacerdotes; ac Fratres terni Ioannes Fernandius, Odoardus Silua, Ludouicus Almeida. Rem Chriſtianam, Iapones inſuper aliqui Catechiſtæ, moribus magis quàm annis graues. Sedes Bungenſis pulcherrimè florebat adſpirante Regis fauore. Officijs autem in Hoſpitalem domum nunc geminam: Puerorum alteram, Ægrotorum alteram adultorum. Adminiſtrabat Ludouicus vtramque feliciter, non arte Medicâ tantùm, ſed & diuinâ quadam gratiâ curationum. Sacerdotem tertium, Gaſparem Villelam, & Fratres inſuper duos Melchior Nunnius, breui in Indiam inualetudine rediturus adduxit. Bello Sedes hæc concuſſa eſt; Amanguciana etiam concidit, *Amanguciensis destruitur.* perempto per Morindonum Rege, Bungenſis Fratre. Sed huius Fraternam cędem vindicantis fortunâ, reſurrexit. Bugenum & Chicugenſe Regna, Amanguciani Partes, acceſſere victori. Firandina per tumultum Bonziorum ſoluta eſt, *Et Firandenſis.* remiſſo Bungum Villelâ. Fana Pagodum tria ſacras in Ædes conuerterat, ad Chriſtum Indigenas ter mille. Annuum ei exilium Rex, multa excuſans, indixit, perſuaſus nimirum à Bonzio, quem Gaſpar vicerat diſputando. Diſſuadebat Antonius, egregius Belli & Chriſtiani pectoris, vt religionis Dux. Repulſam, perpetuâ eiuſdem Bonzij proſcriptione quarto pòſt anno vindicabit. Facatenſis pręcocibus pomis ſimillima, breuî ſtetit. *Facatenſis è facili. & ponitur & ruit.* Erexerat Bungenſis ope Regis, Balthaſar Gagus. Chicugenſis in vrbem irrumpens, euertit. *1558.* 19. Eius quondam hęc erat. Noctis beneficio &

egrè

Annus Chriſti. Societ. egrè cum Socio Guillelmo Gagus, euaſit gladios ſęuientis in Ciues Bungenſi fauentes. Sedes hæ duæ, religionem magis adſtruxêre dirutæ, quàm firmæ. Facatenſis Gagum remiſit

Meacenſis. in Indiam, ad auxilia Sociorum petenda. Firandina Mea-

1560. 21. cenſem & Sacaianam extulit operâ Villelæ. Miſſus eſt cum Laurentio Iapone hic à Turriano ad Frenoxamæ montem, haud procul Meaco. Nam velut in iiſdem ſępe mõtibus fontes quidam calidi, quidã frigidi; dulces, amari ſunt: ſic in illo Bõzij, veritatis Hoſtes & Patroni. Hos inter ſenex poſtularat litteris à Turriano Doctorem. Sed ante aduentum Gaſparis ceſſerat vitâ. Dayzambus ex ingenio Magiſtri in Chriſtum inclinatus, diſtulit amplecti. Tantùm Gaſpari colloquium ſuaſit cum Iaco, Antiſtite Sacrorum ſupremo. Ad hunc aditus occluſus eſt per Satellitium frequens; in Meacenſem vrbem patuit; moxque in Sapientiorum Iaponum mentes; Decemdiali ſilentio, & aſperâ ſub ſecreto Tugurio vitâ tentatus. Tum Crucem dexterâ gerens prodijt Villela, & palàm Chriſtianam legem explanans. Eo Sermone ſimul è Populo vndecim: Diſceptatione Quenxius Bonzios inter celebris, manus porrexit. Huius exemplum ſedecim alios traxit; Authoritas ad Cubonem introduxit Villelam, & impetrauit copiam Sedis in Regia vrbe figendæ. Cubonis nomen Quonqueniodonus, itemque Coxiterus. Villelæ Domicilium ac Templum Neophyti dedêre. Peruenerant breuî ad ducentos. Plurium vel è ſuis acceſſionem Bonzij metuebant: Eius itaque proſcriptionem pretio emunt de quatuor Præfectis vrbis. Manere ſinit Cubo, & ampliori Diplomate contemptum ſe querens: & capitis pęnam minatus, ſi quis vexaret. Haud causâ cadas, quæ te ſupremæ po-

Sacaienſis. ţeſtati iungit. Hoc ſuſtentaculo fulta ſedes Meacenſis Sa-

1561. 22. caienſem profert. Poſuit Villela & inuitatus à nobili Ciue. Ei nomen Sancius; Coniugi, Maria; Filio Vincentius, Filiæ, Monica per Baptiſmum eſt datum. Meacenſis interim nutauit, Cubone per Amangucianum Regem & factioſos expulſo: per Patruum & Sororis Maritum reducto, ſtabilita eſt. Eam accuſationibus; cęteras ſedes, tempeſtatibus Ca-

codęmon

codęmon appetijt. Sed vnde moram obijcere ſperabat, præſidium attulit. Fędâ Balthaſar Gagus procellâ Sinarum ad littus excuſſus, idemque Acenorum inſidijs elapſus, pulcri diſcriminis narratione, deſiderium Iaponiæ ardentius Goanis Socijs iniecit. E periculi magnitudine, odium Satanæ, ex hoc miſſionis fructum ęſtimabant. *Vexationes fruſtranoſæ.* Accuſationes iam Meaci cuſæ per Bonzios, Xamaxicodonum & Quicodonũ eorum Principes, Villelæ inſonti & Chriſto conciliauêre. Impoſita eis fuerat ab Iaco, cauſæ cognitio. Eorum exemplum quingentis; Liber in Iaponum Sectas per eos ſcriptus, plurimos adduxit. Ipſum & Cubo perlêgit: & inclinauit ſaltem ad benigniùs religioni fauendum: tum & impulit ad terrendum Amangucij Regem, ne poſthac prohiberet Chriſtianorum cœtus. Eos Almeida animorum & corporum medicus firmauit. Cephaleæ, lepræ, Elephantiaci, aliorum depulſio morborum Chriſto plurimos peperit, vel proprios fecit in Regnis Chicugenſi, Firandenſi, Saxumano, Arimenſi & Omurano. In poſtremis duobus maior vtilitas, quia perpetua, exortu Sedium duarum, in Portubus totidem, Cochinozuenſi & Vocoxiurano. Fratres duo dedêre: Reges ipſi, & in Chriſtianam Legem proni. Omuranus minor ętate non animo, nec vi in amplectendam fortiter, quam clarè agnouerat. *Vocoxiurana.* 1562. 23. Patrium ei nomen, Sumitanda. Vocoxiuranam cum Templo condidit Almeidæ interuentu, ac Feudis ad leucam circùm alteram ſitis iuribuſque donauit. Domicilia ibidem Chriſtiani fixêre: nec fas Ethnicorũ cuiquam, citra Patrum aſſenſum. Luſitani Mercimoniæ gratiâ acceſſuri, vectigalibus ad decennium eximij ſunto. Portum ab Adiutrice Deiparâ Coſmus appellauit. Et gratiam, Diuę Filius conditori repoſuit Sumitandę. Matris, Puerulum geſtantis imago erat eodem in Templo. Et videbatur is Regem quaqua ſe verteret, proſequi oculis & nutu. Illicium alterum, nomen IESV trigramma, ab Turriano donatum; Poſtremum, Cõſtantinianæ de Maxencio per ſignum Crucis victoriæ narratio. Simile nuper ſignũ triduo ſub noctem, ſupra Vocoxiuram viderant Luſitani; & Rex Bap-

Annus
Chriſti. Societ.

Bartholomeus Omurenſis, Primus Iaponiorum Regum Chriſtianus.

1563. 24.

tiſmi iam certus, Crucem è collo áuream gerebat. Accepit à Coſma in eodem Deiparæ Portu cum comitatu penitus omni: & Regum Iaponum Primus,& Bartholomæi nomen, ignotâ Poſteris cauſâ. Notus in eo magis, primigenij Spiritûs ardor, Leonino ſimilis per virtutis exercitamenta creſcenti. Regius,Fanorũ quæ in ſuo Fraternove Regnis, offendebat, incendio adoleuit. Copias ad Fratris Caſtra in Riozógum bellantis ducebat Chriſtianus Imperator. IESV nomen & Cruces in Sago ipſe & Proceres gerebant: precatoriam Deiparæ Coronam pro Baltheo. Sed militiam hanc ſatis, remota ab ludis, & contentionibus vita, & excellens in bellis diſtinxit ardor. Et quantùm in Fratris Hoſtes per Inducias remiſit, tantùm in Fratrum Chriſtianorum aduerſarios creuit. Illis vel in Parentem ſuum Xegandonum ſuppetias detulit & ſponte. Cochinozuenſes vexabat Idololatriæ tenaciſſimus ſenex. Arimenſe Regnum maiori Filio ceſſerat ex more Gentis. Omuranum Bartholomæus, ſanguinis & adoptionis iure in Gottandonum ſupremi Regis è Seruâ Nothum obtinebat Chriſto magis quàm ſibi. Vtriq; eripere conâti ſunt Bonzij. Firmaturi videbantur. Adeo illorum ſimulatio, à ſpecie externa ibat diuersè. Ad nobilitandum Camiſamæ Reginæ Baptiſmum, ſuggerunt Regi, ſtruendum Socijs in Omuranâ vrbe Templum. Huc euocet quotquot Vocoxiuræ degebant. Præſentes ipſos, inſuperq; duos Omuræ & Arimæ Reges eâ celebritate, & ſimul Chriſtianã rem in Iaponia omnem opprimere mens erat. In fumum per incendia abijt coniuratio. Ludouicus ad adducendos Socios miſſus ab Rege, Vocoxiurâ Omurã, dum redit, mediâ viâ cum ſuis per Farinam coniuratum occiditur. Vocoxiuræ reſtiterant per biduum Socij, inualetudine Turriani, & negotijs aliâ aliâque cauſâ diuinitus oblatis. Omurani interim vrbem incendunt, oppreſſuri Regem. In proximam Arcem elapſum, terra Gottondonus, Farina, alijque mari naues Firandi & Goti Regum, vniuerſim trecentæ obſident. Cæteri in Arimenſem auſi ſunt nihil. Quin eo & Xegandono Patre ſuppetias ad Bartholomæum ducentibus, erupit ille

Eius Religio.

Virtus.

Pericula.

Annus
Chriſti. Socıet.

ille cum paucis, & ſtrauit Hoſtes. Cruces in pectore, in humero inſculptas armis, tertiam vexillo intextam gerebat. Quartam ſupra eius cuneos è cęlo fulgentem Hoſtes contuiti, ceſſêre. Vocoxiuranæ ruinam, Chriſtiani in factioſos *Vocoxiuranæ Sedis depulſio.* officijs, Coſmas & Socij promptâ Luſitanas in naues fugâ ſtiterant. Inde Tacaxim Bungenſis Oppidum Regni. In *Sedes Tacaximenſis.* eo Sedem pro illâ, nouo Bonziorum in Deos ardore exuſtâ, 1564. 25. Rex condidit. Obiecêre Arimenſes & Omuranos motus, tanquam Bella Chriſtianam Legem, ceu calamitas nimbum ſequatur. Repoſuit opes, Regna duo, maſculam Prolem; quæ omnia ſibi, nondum Chriſtiano, illius tutelâ, ceu Telluri fecunditatem imbre, quatuordecim ferè per annos aduenisse narrabat. Bungenſem itaque Sedem amplifica- *Bungenſis.* uit in dies. Collegiolum nunc erat, apertis nuper litterarum Scholis. Firandenſem reſurgere patiebatur Regulus Luſitani ſpe commercij. Ximabarenſis attollebatur, Tono (Dynaſtarum commune nomen eſt) cum Indigenis plurimis Chriſtum amplexo. Vbiq; ſpes ampla; conatus So- *PP. Coſmas Turrianus,* ciorum ingentes, ſed pauci; quia non plurium quàm quinde- *Gaſp. Videla, Ludou. Froës.* cim. Senos nauigatione altera hic idem annus aduexit. Vni- *Balth. Acoſta,* uersè iam Sacerdotio inſigniti ſeptē, expertes octo reliqui. *Io. Cabralis, Io. Montanus,* Præcipuæ Stationes Meacum, Firandum, Tacuxama, Bun- *Melchior Figueredo,* gum, Cochinozuum. Vocoxiurenſis Deiparæ Portu non- *& F[illegible]o. Fernandes,* dum reſtituto. Odoardus Silua diem nuperrimè clauſe- *Ludou. Almeida, Iac. Gonzales,* rat. Ex alio Religioſorum Ordine, aderat nulluſdum. *Arias Sanches Europei.* Subſidiarij tantùm Iapones quidam non Socij; ſed periti rerum. Item Pueri duodennes aliquot, per Parentes Bun- *Laurentius, Damianus,* genſi Gymnaſio, & Templo addicti ad cantum, & obſe- *Auguſtinus,* quium Numinis. Ætate poſtmodum, & Seminariorum *Melchior, Iapones.* erectione Genti vtiles futuri.

§. 3. *Progreſſiones per Africam.*

LEntæ fuerunt: & quales nauium flumine aduerſo tendentium; ęſtûs autem obniſu hętentiûm, ac ſubinde cedentium retro. Tentamenta ex vero magis appellem;

 quando

Annus Chriſti. Societ.

quando per Schiſmatis, Mahometiſmi, Idololatriæ, Atheiſmi, Vitij obſtacula. Tot monſtris inſidebatur hæc vna Pars Orbis. Impugnata ſunt tamen; aditum deinde obſtruentibus qui fecerant. In Meditullio Africæ, Abaſſinorum Reges & Fratres obiecêre: contumaciam Claudius, vim & ſæuitiem Adamas. Ille Andreę Ouiedi Epiſcopi antea verbis inter diſceptandum, verba; nunc libro librum, ſtylo fidenter & improſperè dimicans. Nam mox in Mahometanos cum

In Abaſſia, Rem...e.

1559. 20. Exercitu progreſſus, occiditur deſertus à ſuis, Andreæ non immemor. Cędem hic illi prędnuntiauerat in proteruiæ pœnam, ſi acie certaret. Vaticinium recurrit iam iam perituro. Succedentis ſæuities Adamantis, Fraternum quaſi vitium horrendâ ſuâ fęditate texit; adeo in feritatem vſque progreſſa. Apud Turcas captiuus deſeruerat pro Mahomete Chriſtum; ad hunc regnumque reuerſus, Catholicos exilijs, carceribus, ſupplicijs, cędibus exercuit. Ita in Luſitanos quoque ſæuiens, quorum ſanguine atque victorijs obtinuerat libertatem. Veteris gratiæ memoria facilè odio præſenti opprimitur. In Epiſcopum ſui ſe officij admonentem, impiè.

Ærumnæ Ouiedi & Sociorum.

Acinacem ſtrinxit in eius ceruices; & dextrâ fortè delapſum recepit ad feriendum vltro colla præbentem. A Proceribus & Regina prohibitus relegauit ipſum, & Franciſcum Lopium in aſperam Rupem. Emmanuelem Antoniumque Fernandios, Andream Gualdanem, Conſaluumque Cardoſum in varia exilia diſperſit. Rupes Adamanti parum dura eſt viſa. Vitam ſinebat miſeris. Auferri iuſſit per aliquot, qui in viciniâ erant Dynaſtæ. Sed abſtinuêre eorum ſanctitate conſpectâ, & ſplendoribus ſupra eorum mapali. Quin ſemeſtri pôſt impetrauêre libertatem. At breuî Rex vniuerſis iniecit vincula; & carpento impoſitos, captiuos velut Fe-

1560. 21. ras, traxit quoquò caſtra mouiſſet. In Iſacum Barnagazium primò, tum in Benconem Tarcarum Claudij ſpurium: poſtremò in Zomorem Turcam. Regem Iſacius, Adamantis impatiens, Tarcarum: pôſt in Tarcari per Adamantem bello capti & deinde occiſi locum, eius Filium iuſtis ortum nuptijs, crearat. Conſpirauerant Proceres Tyrannidem

perteſi:

pertęſi: & eam in Abaſſinos ipſos grauem, in Socios horridam. Circumductos non ſinebat abire, non loqui. Nimirum ne Catholicis vagandi aut loquendi libertate prodeſſent. Hanc Socijs credo impetrauit à Deo Ioannes Nunnius Patriarcha. Goæ nuper diem clauſerat, clauſi ſibi in Abaſſiam ingreſſûs dolore. Nihil à quinquennio de illius ſtatu acceperat: nihil de Fulgentio Freires Socio ad explorandum cum Chriſtophoro Pereria Luſitanicæ Claſſis Duce, per Proregem Goâ dimiſſo. A Zomorianis nauibus lęſi & capti fuerât ad Arabiæ fauces: ibi Chriſtophoro vulneribus multis demum extincto, octonis Fulgentius ſaucius, remo addicitur, & Cayrum ſeu Memphim deportatur. Hîc ab Chriſtophoro Rodericio & Ioanne Eliano Socijs ad Alexandrinum Patriarcham Româ profectis fortè inuentus, & pretio redemptus eſt. Chriſtianorum plurimis profuit eius captiuitas, ſolatium eis, & ſana conſilia proponentis. Liberatio, inſuper octonis. Totidem ſuo quingentorum & mille aureorum litro redemit, & ſecum homo iam ſenex & infirmus Romam reduxit. Remiſſus deinde in Indiam, in medio itinere cęlum morte ſublatus inijt. Beatitudini tantæ maturi non erant Æthiopiæ Patres. Et Ouiedum Nunnij morte Patriarcham, initiare oportebat nouis crucibus dignitatem. Profligato per Zomorem & Barnagazium Adamante, relicti ſunt in campo ſoli. Turcarum exponebantur iniurijs. Sed illi pręteriere, diuinitus vel excęcati vel pręſtricti. Aperto in loco Ouiedus fundebat preces. Sęuiores Turcis fuere Æthiopes coniurati. Cæteris veſtem detraxere: Ouiedo, mulam cui inſidebat. Sed pedibus iter proſequenti Raptor eam reduxit, narrans celerem facinoris ſui pœnam; vxoris nempe & geminæ Prolis necem, ſimul fuerat cum mulâ ſuam in domum ingreſſus. Sic Socios ſera & ærumnoſa libertas redegit ad ſtiuam. Neque, quo tegerentur modò, ſed ne quo viuerent, erat in penu. Inopiam fecêre Turcarum irruptiones, ſeditioneſque Gallarum. Ferociſſimi Abaſſinorum ſunt: nec Adamantis, nec deinceps Regis cuiuſquam, imperium paſſi. Ad Meridiem Africæ, Mahometiſmus

Fulgentij Froës in Abaſſiam euntis captiuitas. 1561. 22.

Sociorum ibi ærumnæ grauiſsimæ. 1562. 23.

Annus Chriſti. Societ.

metiſmus & Idololatria in Socios depugnauit. Cafres ad bonæ ſpei Promontorium habitant, pelle, & mente nigerrimi. Ad hanc Baptiſmi aquâ eluendam, Tongenſis, & Monomotapicus Reges optimè comparati. Poſtulauerant à Conſtantino Indiæ Prorege Doctores. Iuit cum Andrea Fernandio, & Andrea ſimul Acoſta Fratribus Conſaluus Silueria. Fernandius Româ redierat, illuc ad Ignatium à Xauerio miſſus, Indicæ nuntius rei, ad ſuppetias Sociorum petendas. Acoſta antea Miles, nec inglorius. Conſaluus Prouinciam reſignauerat nuper Antonio Quadrio. Inhambanem Tongenſis Regni Portum appulſos morbus omnes vel celi vitio, vel inuidentiâ Satanæ inuaſit. Fortitudine animi depulſus eſt. Tum Gamba Rex, Regina, Soror, Liberi, Proceres expiati. Simul facultas Indigenis facta Chriſtianæ legis amplectendæ; & poſita Ædes Sacra Aſſumptæ in Cęlum Deiparæ. Tongenſem hæc reor ſecretò impulerat; quippe quæ breui Monomotapicum manifeſtè inuitabit. Huic gloriam tantam præripere Inhamorius voluit Rex, Baptiſmum cum vxore & liberis octo poſtulans à Conſaluo. Senâ Metropoli Regni tranſibat Pater: ſed enm illius vectigalem diſtulit, ad mancipia Luſitanorum & Neophytorum quingenta, perdocenda conuerſus: ad Monomotapicum & potentiſſimum, mari feſtinans, deducente Legato. Vberiùs per Aquæductum ingentem, quàm per canaliculum vndas digeſſeris. Socios Tongi reliquerat: par nempe labori & diſcrimini ſupremo. Monomotapæ Rex captus eſt, & ſermone abſtinentiâque Conſalui, & Deiparæ Tabulâ; ſed & huius alloquio magis. Noctibus circiter quinis viſa eſt ei adeſſe & loqui benignâ, ſed ignotâ voce. Eam Baptiſmo expiatorum eſſe reſpondit Regi Conſaluus; intellecturum ſi expietur. Ille intelligendi deſiderio ſuccenſus erudiri vult; & eruditus, demum expiatur cum Matre & Procerum trecentis. Iuuentæ impetu præceps, ingenio leuis Rex erat; nec firmior Mater in mobili ſexu. Vtrique per Mahometanos Siluerię perſuaſa nex eſt. Veneficum, exploratorem eſſe Luſitanorum. Diuinitus prędidicerat dudum ea conſilia Conſaluus.

Conſalui Siluerię & aliorum Expeditio ad Cafres.

1560. 21.

Tongenſis Regis Baptiſmus.

Inhamorij pro impetrando ardor.

Monomotapici Baptiſmus.

Oliſſipone

Annus Chriſti. Societ.

Oliſſipone quondam atque Conimbricæ, haud ſemel Concioni palàm, & priuatim Socijs, hoc mortis ſuæ genus prædixit: nunc autem Antonio Caiado Interpreti, adiuncta omnia ſigillatim. Itaque lętus & alacer ad eam ſe comparat, quaſi ad nuptias. Intempeſtiuè ſub noctem ſacras induit veſtes, & candelas ad Aram ſuo in mapali duas accendit: tum mediam ſtatuit Crucem, ac diuinas inter precationes obdormit etiamnum ſecurus. Irrumpunt per vmbram Mahometani, & euigilantis brachia bini, totidem prehenſant crura, tolluntque ſublimem: mox iniįciunt collo funē, & vtrimque diſtendunt. Sanguis ex ore & naribus ſalit, & nobili viam animæ laxat. Corpus nudant cilicio aſperum, & aſperiores ipſi deuoluunt in flumen. Facinus aquis obruere ſperabant, horrido præſentis conſpectu perculſi. Sed illud Deus prodigijs retexit. Humaniores hominibus Crocodili locum ceſsêre Conſalui corpori; nec pòſt eâ fluminis parte ad nocendum erupêre. Locuſtarum nubes agros vaſtauêre carnificum; & horum duos fera, ſed iuſta ira Regis factum damnantis occidit. Nec mater cædis conſcia & author, furentis eâ memoriâ filij gladium effugit. Contrà Quadrius Societatis Indicæ Præfectus, Anteceſſoris ſui necem beneficio vindicat. Petrum Touarem, & Ludouicum Goëzium Goâ in Monomotapiam miſit. Eo ſanguine mollitas Cafrum mentes credebat, idoneaſque culturæ. Sed natiuam duritiem inſignis illa feritas inſuperabilem fecerat. Adeo iam nec tentari per Patres merebatur, nec verò potuit. Mozambicum appulſos opportunitas traijciendi omnis defecit. Eadem proteruitas indolis Tongenſes ad Cafres redierat: & cum ea veneficium, diuinatio, furor. Ferro, veneno, igne ſæuiebant iterum. Monitionum maximè impatientes. Apparatum ad infandos Idolorum cultus euerterat; & Chriſtianis conſentanea propoſuerat Andreas Fernandius. Tantam fortitudinem propè forti morte concluſit, telis vndique appetitus. Infami ſacrificio aduenturus erat Rex, Chriſtum nuper amplexus. Nunc poteſtatem in pluuias ſibi arrogabat demens. Increpuit Fernandius liberè; & de-

Conſalui cædes. 1561. 22.

Noua in Monomotapiam Expeditio.

Infructuoſa. 1562. 23.

Tongenſes à Chriſto deficiunt.

Annus
Chriſti. *Societ.*

& dedoctum rationibus adegit, ad inficiandam publicis coram teſtibus eam poteſtatem. Sed non ad obſeruanda Religionis, quam arripuerat, præcepta. Diſtinebatur per voluptates fœdas & inolitos vitijs mores. Iam Fernandio victum & prædicandi Chriſti libertatem ademerat: inſidias quoque ſtruxerat ad occidendum. Ita macie deformem ad Mozambicum redire compulit. Hinc cum Touare atque Goëſio, & Socijs octo è Luſitania nuper adductis, Goam receſſit Andreas. Acoſta eôdem Cafrarij cæli grauitate languens, dudum redierat. In Occidua Parte Africæ primos Patrum conatus inſignis vel perfidia, vel ſordities infregit. Ibi Angolanum eſt Regnum confine Congenſi. Huius Rex perfidè Socios cum Luſitanis antè diſpulerat. Chriſtiana Religio perſtitit in Popularium animis, Commercium abceſſit. Vtrumque attrahere ad ſe voluit Angolanus: ac petijt per Legatos tres deſtinatos longè in Luſitaniam. Sacerdotes adeo aliquot mitterentur Religionis gratiâ. Iuenes ei nomen; antea Sobarum, ſeu Dynaſtarum, aliquis: nunc pleriſq; eorum deuictis, Angolæ Rex primus. Et moritur non-

Expeditio Angolana.

1560. 21. dum reuerſis è Luſitania Legatis. Succedit Dambes Filius in Regnum, non in ingenium Patris. Nam aduectum cum illis Paulum Diazium Luſitani Regis Legatum, & Socios cum eo tres, velut in vinculis habuit. Quaterni aduenerãt Catharinæ Reginę & Henrici Cardinalis aſſenſu: Frãciſcus Goueanus & Auguſtinus Azerda Sacerdotes: Antonius Mendes & Emmanuel Pintus, Laici. Sed Azerdam eadem propè dies ad Angolanum, & Celeſtem ad Portum appulerat, ærumnis opportunè ſubductũ, quas cęteri quadriennio ſunt paſſi. Nam inſtitutionis Chriſtianæ ſpecie, at vnius commercij & quæſtuſque reſpectu detinebat Rex eos apud ſe. Miſſionem Diazius eblanditur, & reditum pactus, cum vno Sociorum in Luſitaniam abijt. Alter diem clauſerat. Supererat Goueanus, nec diu ſuperſtes. Relictus Iuuenem apud Regem obſes, laborioſæ eius & Luſitanorum Inſtitutioni, iniurijſque cęli ſuccubuit. A Borea & Ortu conatus Sociorum demum euanuêre. Ibi infortunio, hîc oſcitantiâ atque

ſocordiâ

ſocordiâ Gabrielis Alexandrini Patriarchæ. Aditum aperuerat anguſtum officioſis ad Pontifices Paulum & Pium litteris. Laxauerant & Legatus eius Abrahamus Romæ adulatorio Obedientiæ additamento: & multo magis Socij Chriſtophorus Rodericius & Ioannes Elianus Diſputationibus initis Memphi cum Gabriele. Sed progreſſionibus vanas modò pollicitationes timidus ſenex obſtruxit. Infortunium è profligato Chriſtianorũ exercitu ortum eſt. Eum Martinus Corduba Alcaudeti Comes deportarat Claſſe in Africæ Oram, quæ Hiſpaniam reſpicit. Simul Petrum Martinium, Petrumque Domeneccum Socios cum Laico vno ad Noſocomij & Religionis res curandas. Oranum Hiſpani Arcem Regis proſperè claſſis appulſa eſt. Hinc productus ad Moſtaganum miles, omnis ferè deletur. Multitudine longiſſimè ſuperabant Barbari. Apud infirmos Socij conſiſtebant inuiti. Et Bellorum magis nomine aduecti, Caſtris ſeſe intulerant ad communionem Fortunæ. Mortem euaſêre in valetudinarium retruſi. Diuturniori militiæ ſeruabantur à Deo: & Martinius glorioſæ pro Chriſto neci oppetendæ demum in Florida.

Annus Chriſti. | Societ.
Ægyptiaca Memphim. 1562. 23.
Mauritanica. 1558. 19.

§ 4. *Progreſſiones per Americam.*

PRoreptiones Societatis meliùs appellaueris, & protruſiones Chriſtianæ Legis. Vnam intra Braſiliam operoſiſſimè vrgebantur: & rudia leuiaque per Indigenarum ingenia. In diuerſas ſeſe artes, induſtriaſque Socij torquebant, pro inſinuanda Barbarorum mentibus veritate. Machinis per impolitum fluxumque ſolum mouendis, Cylindrorum volumina rotarumue lapſus infernè ſubduntur. At Religionem quantùm promouerant Inuenta: tantùm repellebat rediens per interualla feritas, libido, & eſus carnis humanæ. Ad pueros conuerſa eſt cura, ætatem vitijs intactam. Sed longo labore in contubernijs eruditi, vel per Parentes abducebantur in ſiluas; vel ſponte, ceu firmatis iam plumis auiculæ, illuc reuolabãt. Nondum animis Patres concidêre. Quin vel infimis Barbaros officijs aggreſſi ſunt. Noſocomio vel carcere detentos viſere, comportare humeris aquam;

Obſtacula. 1557. 18.

 ris aquam;

Annus Chriſti. Soc et. ris aquam; vaſa, plagas eluere. Potens machina ſaltem in maximè egentes. Inopiâ beneficium ęſtimabant, & deferentium promptitudine & alacritate. Potentiorem in eoſdem Deus adhibuit, curationibus morborum. Baptiſmo

Officia.

Prodigia.

tinctis, aut ſacrâ quapiam re vtentibus eæ obueniebant. Validam authoritate ſua, & Petrus Leito & Mendus Sà; Bráſiliæ nuper appulſi, ille Epiſcopus Gentis ſecundus, hic Prętor cum Socijs è Luſitania quinque, & vetans Indigenas cōgregatos Pago excedere; ac Sedem ad Ianuarium flumen Nobregæ offerens. Hęreticos ex ea Orâ Gallos inſperatò expulerat. Induſtriam operamque ad morbum vſque impendit nouus Prouinciæ Præfectus, Ludouicus Grana pro

Lud. Grana Prouincialis.

1560. 21. Nobrega morbis dudum afflicto. Trium hæc & nouorum conſenſio Capitum, ceu benignorum ſplendor Aſtrorum, fertilitatē, pręquam antea, lętam induxit. Simul per Granam Barbarorum caligo ac durities depulſa eſt. Celebritas Baptiſmorum ab eo Baiam inducta multos emollijt. Velut irrigatis ſacro eo latice ingenijs, germinabant in dies deſideria Baptiſmi. Eius iam compotes, nouos redigebantur in Pagos, ceu in viridaria ſtirpes nouellæ. Terni ſimul coaluêre ſub Patrocinio, & appellatione Diuorum Pauli, Ioannis, Iacobi. Qui à S. Spiritu dicebatur, ad ſalubriorem tranſlatus eſt locum; qui à Bono Iesv, in amęniori conditus; qui à Sancta Cruce, in Taparicâ Inſulâ; qui ab Aſſumptione, longè, viginti & octo à Baia leucis. Per huius Vrbis Agrum multorum ſterilitatem Annorum hic vnus largè penſauit. Conditæ vix Coloniæ, ad plurium conditionem enitebantur: & mox ad duarum, quæ à Petro & Andrea nomina ſumpſêre, vnicâ Boni Iesv Colonia. Nec matribus filiæ minùs

Baptiſmorum celebritas.

Coloniæ & Sedes plurimæ.

1561. 22. Fęcundæ. Prior Apoſtolorum Principi ſacra, Animas centum ac mille vno Baptiſmate peperit Chriſto. Iam adeo circa Baiam Coloniæ vndecim pullularant. Earum aliquas mox meſſuit lues horrenda: nimirum cęlo maturas, ac fortè degeneraturas in crudos & priſtinos mores. Eò & in ſiluas ſollicitabantur Neophyti ab cicuratis nondum Ethnicis; & propè adigebantur ab Europęis, iniuſtæ ſeruitutis metu. Ad

eam

eam rapiebantur, è ſuis quiſque Pagis. Repugnauêre fortiter Socij, pro vexatis indigniſſimè Gregibus. Illi, quinque & viginti in Domicilio Baienſi iam erant. Duplo pluribus dotem attribuerat Rex. Vincentianum paribus incrementis haud proceſſit: nempe circumſeſſum lue fędâ & longâ. Piratiningianum & ad S. Spiritûs, alterum, Bello. Hîc in Piratas, Sociorum alter, Sancti Iacobi vexillum; Illîc in Ethnicos Chriſtianis infenſos, pendentis è Cruce Chriſti ſignum, alter, prętulêre. Vterque cum euentu victoriæ. Tunc primùm auſi in ſuos Braſilos Neophyti, cum Europęis religione iunctis, arma ſociare. Pernambucenſe & Ilhęenſe condi cepta ſunt. Stationes cęteras Sacerdotes cum Socio ſinguli vel bini tantùm tenebant.

Domicilium Baienſe.

Pernambucenſe.

1564. 25.

CAPVT IX.

Lainij Obitus.

PEr has Societatis Progreſſiones, ibat Lainij valetudo ſemper in peius. Quotidianę pro illa vniuerſâ edaces curæ, Cõcionum quoque feruor atque frequentia, vires ſenſim exederant, Tridentinæ Synodi laboribus atteri ceptas. At penitus conſumpſit ardor dicendi, quem mediâ hyeme redintegrarat. Stans mori volebat Imperator. Ne vltra, Aſſiſtentes vetuêre. Paruit ſponte magis, quàm neceſſitate, etſi propè extremâ. Die Anni vertentis primâ, è Triclinio reportandus fuit ad lectulum. Vota mox pro eo. Sed tanquam indignus, tanti ſe fieri querebatur. Medio menſe Sacramentis ſe, & bonâ Pontificis Pij IV. Precatione armari ſupremam ad luctam petijt. Rogatus vt & Societati bene precaretur, tandem concordiam commendat, & honorum fugam. Vt autem Vicarium deſignaret, adduci ſe non eſt paſſus. Certis tantùm oculis dicitur aſpexiſſe Borgiam. Videri id poſſit ſucceſſionis indicium. Tum viuax illa Anima grauedine tota oppreſſa eſt.

Annus Chriſti. 1565. Societ. 26. *29. Ianuarij.*

Nullus in ea per biduum, facultatum vſus aut ſenſuum. Exemplum triſte mortalitatis; quam illa mox, corpore ſoluta, exuit. Induerat magnâ cum mente ab annis tribus & quinquaginta. Haſtam & Scutum eâdem die Eccleſiam Dei perdidiſſe, Alexandrinus Cardinalis (illius anno conſequente ſupremus Paſtor, ſub Pij V. appellatione) confidenter aſſeruit. At Auguſtanus, Otho Truchſeſius, Exequias ei minimè funebres fecit Dilingę. Cęnotaphium purpureâ, non pullâ, vt ſolent, veſte contexit. Tum laudatoris officio fungitur. At Ignatius, Societatem Lainio, pluſquam Hominum vlli debere, pridem nec ſemel dixerat.

CAPVT X.

Societatis, ſub Lainio, Status.

Conſtitutiones Approbatæ. 1558. 19.

IGnatij Sanctitate, Prudētiâque, ea ſurrexerat: Lainij Eruditione, atque authoritate proceſſit, per Partes (ceu vegetum Corpus) adęque omnes. Ibat Conſtitutionum vinculis arctè connexa. Nam eas è Diuorum Dominici & Franciſci Ordinibus, & Clericis item Regularibus Purpurati Patres quatuor comprobarant. Recognouerant Congregationis Primæ Patres; ex Hiſpanico in Latinum verterat Polācus; Typis Calcographis ediderat Romę Collegiū. Huius iam militiæ Caput, ſeu Dux ſupremus, Perpetuitatem obtinuit muneris. Legibus eam, & continuatâ ad extremum vſque adminiſtratione Ignatius ſanxerat: ad triennium redegerat Paulus Pont. IV. Sed per eius obitum, vno pôſt anno reſtituta eſt. Capiti autem ſummo Aſſiſtentes ad conſilia capienda quatuor primùm ſunt dati. Prouincialibus Commiſſarij, Rectoribus Superintendentes adhuc inſtabant. Superuacanea deinceps & legitimis obſtantia

Domus Profeſſæ.

motibus munera. Neutrum è Lainij ſenſu. Sed Comitiorum authoritatem requirebat ad ſubmouendum. Profeſſarum Domuum Præpoſiti, ijs quaſi obicibus liberi erant.

 Chorus

1560. 21.

Chorus breuî obiectus eſt ad Canonicas preces recitandas. Anno ſtetit; ſimul concidit cum imperantis vitâ. Duæ tantùm erant, Romana & Oliſſiponenſis. Illi præerat Lainius ipſe, idem qui Societati vniuerſæ. Tertiam in Portuenſi Luſitaniæ vrbe condere cepit Borgia; mox in Collegium vertit, Michaelis Turriani Prouincialis iudicio & Ciuium aſſenſu. Pleniori nunc Acie prodibatur à Profeſſis in Animarũ Hoſtes Oliſſipone & Romæ. Vtrobique & alibi paſſim per velitationes etiam à Collegis, neceſſitate populorũ trahẽte, Gymnaſijs per Diſciplinas affigebantur accipiendas vel tradendas. Philoſophiam primùm Romæ & Panormi ab noſtris noſtri didicêre. Eam ſoli antea externi docebantur. Nec in Diſciplinas infimas, infima Lainij cura. Fundamenta prudens Architectus penitius inſpicit ac firmat. Perpetuos ille Grammaticæ Magiſtros è Societate quęſiuit omni. At Tirones maximè ingenuos. Et adducebat Deus ex Hiſpania prçſertim. Compeſci multorum debuit virtus, intempeſtiuè in Campum eruptura. In Contubernijs ab veteranorum habitatione ſecretis, ad Cõſtantiam tanta ſpes formabatur: Experimentis tamen prætentata. Publicis per menſem valetudinarijs miniſtrabant, noſtra ſub Tecta recipiendi. Vnius labefactata Romæ perſeuerantia eſt: alterâ poſt ingreſſum horâ retrocedentis ad ſuos. Sed reſtituitur ſubito febris incurſu. Eo ſtimulo redigi ſe ſenſit ad deſerta turpiter Caſtra. Simul regredi vouentem febris deſeruit, velut officio perfuncta. Caſtra iam Prouincijs octodecim vniuersè, & Domicilijs centum triginta conſtabant. Europæa Lainius luſtrare Dux ſummus voluit. A Pio IV. Pontifice prohibitus, ſuppleuit conſiliorum legumque ſalubritate præſentiam. Vita functorum nomina in Catalogum Romæ referri: Animas toto Orbe iuuari, Sociorum precibus iuſſit. Nec repudiauit Externorum oblatas. Obtulerant ſuas ſub Ignatio ad Coloniam Carthuſiani Patres; nunc ſub Lainio ſuas Benedictini Serratum ad Montem. Cum his inſtituta eſt benè factorum participatio, Theſauruſque communis. At alienarum rerum & Inſtituti haud proprij, Societas integra ſtetit.

Collegia.

In eis perpetui Magiſtri Grammaticæ.

Domus Probationis.

Tiro diuinitus ad Societatem reuocatus.

1561. 22.

Prouinciæ 18. Domicilia 130.

Benedictini Monte-Serratenſes.

Annus Chriſti. Societ.

1564. 25. ſtetit. Nec in ea, Ordo ad Pupillorum Orbitatem erectus, quem petijt, locum inuênit. Bellandi rationes diuerſæ ſunt. Bonarum pleraſque corrumpas, ſi miſcueris. Externorum authoritate Patronorum firmata eſt. Pro Rudolpho Cardinale Carpenſi, Patronum ſe obtulit Pius Pontifex IV. adeo nimirum progreſſæ, vt digniſſimo iam egêret, vel nullo. Officium hoc illi antè præſtiterat, Rudolpho nondum orbatæ. Impetebatur gemina libertas noſtrorum & Capitum & Ædificiorum. Hæc cis Cannas ab alijs Ordinibus centenas & quadragenas, redigi; Capita vectigalibus, Decimiſq; ſubijci certabant. Adfuit gemino Pius Diplomate, & vindicauit. Quin diſciplinarum quoque gratiâ dimicans, Litterarios honores & gradus conferendi, poteſtatem Societati à Iulio III. factam, aſſeruit. Ferdinandus autem Cæſar, Filios tres pro ſe vno Patronos moriens reliquit: Ei Viennenſis, Pragenſis, Oenipontani Collegiorum Fundatori ſacrificia preceſq; ab vniuersâ perſoluta ſunt. Filiorũ primus, & Cæſar Maximilianus, ſeriùs ſed impensè fauit. Prõptius teneriùſque Ferdinandus, amorem in Socios cum nomine Patris trahens. Commendatitijs haud egebat, quas ad eum & Fratrem Pontifex dedit. Neceſſarium Pio videbatur Principum in nos ſtudium multiplex, multiplici iam vi & fraude appetitos. Simulatione certè Ioannelli in Sicilia, & Conſtantini in Hiſpania, Socios ſe officijs & veſte mentientium. Vitijs demum proditi ſunt. Ea haud diu lateant, quoties virtutem magnam affectarint. Medius Filiorum Ferdinandi Cæſaris Carolus, ſuâ pòſt ſponte, & Mariæ Bauaræ Coniugis impulſu, reſuſcitabit in nos Græcij affectum Patris.

Patroni.

Finis Libri Secundi.

SY-

SYNOPSIS
PRÆCIPVARVM RERVM A SOCIETATE IESV GESTARVM SECVLO EIVS PRIMO.
LIBER TERTIVS SIVE BORGIA.

CAPVT PRIMVM.

Congregatio Generalis Secunda.

Annus *Chriſti.* 1565. *Societ.* 26.

VIcarium Borgiam iuſſerunt Patres, qui Romæ erant. Is Comitia breuì in Æſtatem indicit, Sed feſtinus temporarium munus finire, perpetuum acciuit. Conuenerunt è Prouincijs Electores, & è ſingulis terni. Amplificatâ iam Societate, hoc & alia, iuxta Conſtitutionum Leges. Comitiorum dies iterum idem qui Viſitantis Deiparæ; locus, iterum Ignatij Cella. Ibi ſuffragijs omnium in Præpoſitum Generalem creatus eſt Franciſcus Borgia. Tantam conſenſionem fecêre dotes eius pręclarę; laudauit poſtridie Pius IV.

Annus Chriſti. Societ.

IV. Pontifex. Indicarat Ignatius dudum, nuper Lainius. Aſſiſtentes ei aſſignati primùm è Nationibus ferè quibuſque, qui Prouincijs auxilio apud Præpoſitum eſſent. Hiſpanicis Araoſius; Italicis & Siculæ Palmius; Germanicis, Belgicæ, Gallicanis Mercurianus; Luſitanicæ, Indicæ, Braſilicæ Iacobus Mironius. Polancus à Secretis eſſe perrexit. Nec animum Franciſci dignitas extulit. Quippe quem ad oſculandos diſcedentium Patrum pedes abiecerit. Diſceſſum maturauit Caniſius. Repetebatur à Truchſeſio, & à Pontifice allegabatur ad Catholicos Germaniæ Principes. Deportãda per eum erant ad quemque, Tridentinæ Synodi Exemplaria Pij manu ſignata: Tum, mos vt Decretis gereretur, curandum. Vtilis ſed periculoſa Legatio. Commiſſarij Prouinciarum perpetui, & Collegiorum Superintendentes lege abrogati per Congregationem ſunt. At pro illis temporarij Viſitatores, vt dicimus, deſignati ſunt à Borgia: & ad Socios etiam extra Europam agentes, dimiſſi.

Aſſiſtentes è Nationibus certis.

Legatio ad German. Principes.

CAPVT II.

Miſſio Melitenſis.

Nondum erant ſoluta Comitia, cùm Melitam Inſulam terrâ, mariq́ue inuaſère Turcæ. Nauigijs venerant ducentis octoginta. Tantæ multitudini par commeatus, pertinacia ſupra morem. Solymanno ſeruiebant, hac vnâ vincere ſolito. Equitibus Chriſtianis Inſulam fortiter propugnantibus, auxiliares copias ſubmiſerunt Pontifex & Philippus Rex. Sed ille Societatis quoque homines addi voluit, qui virtutem religione accenderent. Ex ipſiſmet Comitijs excerpti præcipui ſunt: at Hoſtis demum quadrimeſtri oppugnatione fatigatus diceſſit, nec ſine clade.

CAPVT

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT III.

Præpoſitus Generalis Borgia.

Egibus Lainius Socios cum Moderatoribus iunxerat, Borgia cum Deo: atque id vinculo duplici, piâ precatione & demiſſione animi. Vtramque variè propoſuit: ac Epiſtolâ præſertim vnâ ad Prouincias omnes. Quo nata, quo educata ſpiritu, quo eodem conſeruanda & augenda Societas ſit, ibi oſtenditur. Demiſſionis vt hortatorem ſe, ita exemplar præbuit. At Precatio quæ in mente ſiſtit, etiam lege per eum ſancita eſt. Quotidianam ei horam attribuit, nullo temporis ſpatio antea definitæ. Quò menſtrua ſpectauit virtutis certæ, & è Celitibus Patroni ſortitio? Eam dudum ſuos inter Domeſticos Prorex; pôſt in Reginæ Luſitaniæ Gynecæum; denique in Ordinem noſtrũ, & in Parthenias Congregationes inuexit. Quò Tironum & Scholaſticorum Societatis ab cæteris ſegregatio? Ædes vtriſque in qualibet Prouincia propriæ vt conderentur, inſtitit. Et Romanos Tirones ad S. Andreæ tranſtulit. Nempe vt ſecreti, ſuccum pietatis quietiùs ducerent, agerentque radices altiùs teneræ velut arbuſculæ. Borgiæ tamen præcipua in rebus gerendis vis, ſanctitas. Ab hac felicitâs in eius quoque Vicarios ibat. In Caniſium, Germaniæ; Mercurianum, Galliæ; Azebedium, Braſiliæ; alios Prouinciarum aliarum Inſpectores.

Demiſſio Borgiæ.

Quotidiana in Societate per horam meditatio rerum diuinarum.

CAPVT IV.

Societas in Polonia. 1565. 26.

Llam ſerò, vt multi, Sigiſmundus II. Rex nouit. Diuerſa audierat ab diuerſis. Vt eam quiſque diligebat vel oderat, ſic loquebatur de ea Regi. Vtris crederet? Cardinalis demum Hozius, & Pontificis Legatus

Annus Christi. Societ.

Colleg. Vilnenſe. perdocuêre ad Eccleſiæ bonum natam eam eſſe, vtilem Regno in Hæreſes fore. Permotus, Socios in Vilnenſe Gymnaſiũ immiſit. Palatinus vrbis Arianus à poſſeſſione prohibuit etiam armis. Fructuoſa dilatio ijs quibus obiecta eſt. Nam *Pulton.* interea dum rebellio feruet, Pultouiæ Socijs Collegium *Iaroſlau.* datur. Dein victo per Regis copias, eo qui prohibuerat, Vil- *Rigenſ.* næ quoque conceſſum obtinent: mox Iaroſlauiæ, Rigæ, *Poſnan.* Poſnaniæ. Additur & quod Bransbergæ in Pruſſia nuper *Bransberg.* erectum erat ab Hozio; & ex his Vice-Prouincia conflatur. Ita profuêre odia, & rem promouêre qui contrà tendebant.

CAPVT V.

Octo in Florida occiſi.

Petr. Martinius. *Io. Rogerius.* *Franc. Villaregius.* 1566. 27.

PEtrum Martinium in Africam miſerat Borgia cum Hiſpana Claſſe. Hæc tota profligata eſt Maurorum occurſu. Euaſit ille Americæ reſeruatus. Nam poſtea cum Ioanne Rogerio & Franciſco Villaregio Socijs, iubetur in Floridam. Ad littus inſilierat ex naui; cùm illum inuadunt Barbari, & perticæ ictibus contuſum, ac ſemiuiuum abijciunt in mare. Fato tam pulcro Socij ad eandem emicant gloriã. Rogerius & Villaregius ex ipſa Claſſe. Nam flexo per Hauanæ Portum curſu, Floridam tenuêre. Appulſis Palmam felix excenſio abſtulit: Latuit ea Indigenas. Illis igitur clàm ibi agentibus, octo ex Hiſpania auxiliares Socij biennio pòſt, proſperè magis aduenêre. In ipſo propè littore

PP. Io. Bapt. Segura. *Lud. Quiros.* *Gabr. Gomez.* *Petrus Linaresi.* *Sanctius Sauallius.* *Io. Bapt. Mendez.* *Christoph. Rotundus.* *Gabriel de Solez.* *ibidem & eadem occiſi causâ.* 1568. 29.

Palmas nacti ſunt glorioſæ necis. Dux eis atq; interpres Ludouicus Caliza Princeps inter Incolas Nobilis. Hic nuper in Hiſpaniam aduectus, Baptiſmo tingi voluerat. Quo animo, euentus prodidit. Ad Floridam appulſis, quaſi viam ad interiora facturus præceſſerat. Tandem ſuorum manu collectâ rediens noſtros omnes obtruncat. Barbari ad prædam verſi, veſtibus & reculis mortuos priuant. Audentiores illorum tres, ſigno Chriſti è cruce pendentis in arcula reperto

petulanter

petulanter exultant; ſed attentiùs conſpecto affliguntur humi, & pariter exſpirant.

CAPVT VI.

Expeditio Peruana.

SVbacta octo Martyrum cruore America, totidem Sociorum laboribus patuit. Peruvij Regno, in nouo Orbe toto, poſt Braſiliam & Floridam primo, ea fœlicitas obtigit. Auri argentiq; feraciſſimo deerat religionis litterarumq́ue cultura. Et eâ non egebant Incolæ tantùm, ſed & Hiſpani. Raro ab morum inquinamentis rerum opulentia ſeiungitur. Eò Socios poſtulauit Philippus Rex, miſit Borgia. Hieroymus Portillus (qui colloquentis cum Deo Borgiæ vultum, Solis inſtar ſplendentem Methymnæ viderat) alijs ſeptem preficitur; & plurimum operæ inuenerunt. Ad Gymnaſia conuocati Liberi Hiſpanorum, Parentes ad templa; ad Catechiſmos Peruani atque Æthiopes. Nam hi quotannis magno numero ad ſeruiendum ex Africa illuc conuehuntur. Et ſe noſtrorum diſciplinæ permittebant, regi ſat faciles, & doceri non admodum rudes. Itaque mox alij duodecim è Societate Hiſpanica auxilio ſubmiſſi.

PP. Hier. Portillus. Ant. Aluarus. Lud. Lopes, & Mich. Fontanus. FF. Did. Bracamontius Io. Garcias. Franc. Methymnaeus. Petrus Loberus.

1568. 29.

CAPVT VII.

De B. Staniſlao Koska.

NOndum erat in Poloniæ Regno ſtablita Societas, quando is inde vix puber Viennam attigit. Ad humaniores diſciplinas mittebatur. De Hominibus noſtris etiam diuinas addidicit. Mox promiſit Deo eorum ſe Socium fore, quorum erat auditor. Probitas magiſtra longè optima eſt: & teneris mentibus facilè ſe infundit.

Habitat & ſtudet litteris Viennæ.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Et iam tum illos imitabatur ardenter Deum precando, ſçpe viſus extra ſe. Febris ſucceſſit & vehemens. Iacentem Dæmon ter inuaſit nigerrimi ſpecie moloſſi. Signo crucis abactus eſt canis, non morbus. Deſperabant de vita Medici. Chriſtum curatorem experta eſt. Sacroſanctum eius Corpus impetrare nequibat infirmus, Hæreticum apud Hoſpitem. Deiparam ac Diuam Barbaram inuocat. Vtraque adfuit: & primùm Barbara cum Angelis duobus Euchariſtiam moribundo præbentibus. Cibo cœleſti roboratus eſt animus. Corporis ſalus Beatæ Matri & Puero Ieſu reſeruata. Hunc illa in cubiculum ęgroti defert, deponitque in lectulo, ſimulque diſparet. Puer IESVS Staniſlaum ſanat præſentiâ, & iuſſo Societatem ſuam inire, ſe quoque ſubripit: mox & ſe Fratri Staniſlaus. Iam valens Societatem petijt Viēnæ. Repulſam conſanguineorum metu paſſus, clàm pedes Auguſtam, atque hinc Dilingam ad Caniſium aduolat. Aſſequentem citatis equis Paulum Fratrem fefellit; Mendiculus enim ab eo creditus eſt ſub mendiculi habitu. Poſtridie Euchariſtiam, ruinoſum in Templum digreſſo, iterum Angelus defert itineris reliqui viaticum. Romam à Caniſio miſſus, & pedes ſoluſque progreſſus excipitur à Borgia. Ibi ceu ignitus carbo alijs quoque ignitis additus, ſic ille Tironum conſortio præquàm antè, magis ardebat, accendebatque. Humentibus linteis recreari oportuit exęſtuans diuino calore pectuſculum. Ardebat ex puro mens Deo affixa, & ad res creatas diſtrahi neſcia. De illo & illius Matre (quam & ſuam dicebat) eius omnis cogitatio ac ſermo. Hanc ſcriptâ epiſtolâ rogauit Koska confidenter, vt quo die Aſſumpta fuerat in cęlum, illuc ſe quoque aſſumeret. Diuus ei Laurentius ſortitione menſtruâ Patronus obtigerat. Eo quoque tabellario vſus eſt & mediatore: & ei epiſtolam conſignauit reddēdam Virgini. Tum in Coquina prunas oculis intuens, ad martyris flammas & cruciatus, animum porrexit. Inflammatus & ipſe patiendi deſiderio, corruit in terram alienus à ſenſibus. Durabilis ęſtus non erat. Deportatur in lectulum febriens. Demum qua optauerat, & iam prædixerat die,

Ægrotat.
Viſitur à ſpectro.
A D. Barbara & Angelis, qui ei SS. Euchariſtiam præbent.
A Deipara, per quam ſanatur.
Fugit Auguſtam & Dilingam.
1568. 29.
Iterum ab Angelo Euchariſtiam accipit. Pergit Romam.

die,ceu cereus flammâ,ſic ipſe amore conſumptus,extingui-tur. Apparuit animam agenti Deipara & Virginum Chorus. Iucundè ſed parcè collocutus, migrauit cum eis in cęlum, menſe Tirocinij decimo, anno vitæ decimo nono.

Annus Chriſti. Societ.
Obit 15. Aug
1569. 30.

CAPVT VIII.

In Oriente quatuor pro Religione occiſi.

NAui vnicâ cum Luſitanis paucis vehebantur per Indicum Mare. Haud procul Cambaiâ oppugnati ſunt à Saracenorum Claſſe ingenti: & diù fruſtra. Pyrij Pulueris vas infortunio arſit,& Vectores propè omnes in fluctus excuſſit. Ioannes Caruallius & Emmanuel Louius Socij opprimuntur Hoſtium Telis. Franciſcus Lopius inuitatur ab illis; & accedens admittitur in inuitantium nauim. Sed Mahometem, ad quem ſolicitabatur, execrans, machęris conficitur. Antonio Dionyſij vitam permiſêre, ac deinde litri interuentu libertatem. Socium IESV neſciebant. Sed ad numeri complementum Saraceni alij, quartum addidêre Petrum Maſcareniam. Sępe illum ad necem in Sionis Regno quęſierant. Demum & caſu inuentum, veneno ad Socios emiſerunt in cęlum.

Ioan. Caruallius.
Emm. Louius.
Franciſcus Lopius.
1568. 29.
Petrus Maſcarenias.

CAPVT IX.

In Occidente duo & quinquaginta.

BRaſilicam Societatem Ignatius Azebedus, è Luſitania profectus Borgiæ mandato, luſtrarat. Inſpectionis rationem redditurus in Vrbem venit: & auxiliares ab eo popoſcit plurimos obcæcatiſſimæ Genti. Iuſſus eſt quotquot idoneos poſſet adlegere, & deducere ipſe, Prouincialis iam deſignatus. Nauibus ternis nouenos, & ſexage-

Ignatius Azebedus Braſiliæ Viſitator.
Tum Prouincialis.

Annus
Chriſti. *Societ.*

Sexaginta nouem Socij cum eo in tria nauigia diſperſi.

& ſexagenos impoſuit: Tirones pleroſque; quippe ętate ad exterum cęlum, victum, ſermonem, veteranis magis idoneos. Prętoriæ Petrum Diazium & alios viginti: alteri, quæ S. Iacobi, quadraginta tres ſecum; tertiæ ab Orphanis ad ſobolem in Braſiliam miſſis appellatæ, Franciſcum Caſtrium, & reliquos Sociorum paucos. Claſſem conflabant nauigia ſeptem; regebat Ludouicus Vaſconcellus Prętor tam infelix quàm fortis. Oliſſipone Claſſis prouecta, ſeptiduo Materiam Inſulam tenuit. Collegium in eâ iam tum Societati Funchalenſe ſurgebat munificentiâ Regis. Merces

Colleg. Funcalenſe in Maderâ Inſulâ.

1570. 31. aliquas ad Inſulæ Palmæ Incolas Iacobęa portabat. Fortunatarum vna eſt, & iam per Piratas infeſta. Huc tamen deflectenda fuit nauis à reliquis ad exponendum: & commodùm Azebedus meticuloſos periculi horrore è ſuis quaternos, ſiuit ad Materiæ littus exſcendere. Perſtitêre hîc quidem, in tutiorem pergendi occaſionem intenti. At non diu ſtationem, nec Societatem ſeruarunt imbelles animæ. In Patriam & ſeculum demum eos ignauia retraxit. Ignatius & cęteri octo ac triginta, Sacramentis ſe armarunt; tum inter ſe, & Socios nauibus alijs contentos complexi, abiêre. Vnus de Palma, ſed Martyrij, diſcedentium ſermo, votum, præſagium. Admotam Inſulæ Palmæ Iacobęam Azebedij nauim, Iacobus Soria Gallus Caluini Sectator inuadit nauibus quinque. Ignatius Diuæ Parentis Icone, Benedictus Caſtrius Chriſti pendentis, oſtentâ, milites ac ſocios hortabantur, illos ad pugnam, hos ad mortem. Horum vna vox, *Fiat voluntas tua, Deus.* Diu pugnatum eſt: occiſi Sorianorum multi, ſed demum reliqui Nauim Coruis adhamatam detinent atque inſiliunt. Statim Ignatij caput gladio, Caſtrij pectus bombardarum trium globis conficitur. Acoſta laqueo, Ribera enſis capulo, cęteri pugionum ictibus perempti. Soriæ imperium vrgebat, Sacerdotes, Papiſtas, Ieſuitas deſignantis ad necem. Scribanio & Mendio iacentibus ex morbo, Martyrij deſiderium vires ad ſurgendum ſuffecit: & ſeminudis robur ad petendam & excipiendam mortem. Ioannem Sanchium calloſæ manus eripuerunt;

Azebedianum nauigium ad Palmam Inſulam deflectit.

Inuaditur à quinis Iacobi Soriæ Caluiniſtæ.

runt; nam eo indicio Coquus agnitus eſt, & ad miniſteria ſeruatus à Sorla. Tum in Aquitaniam ductus. Sed vtilitatis ſpem, inde in Luſitaniam fugiens, fefellit. Pro eo alter Ioannes nondum Socius, nondum vir, obtulit ſe neci. Sanctum appellabant. Et Ignatij lateri affiixum nec mors ſecreuit. Ita quadraginta animæ, cęleſtes ad Palmas fortunatè migrarunt. Hæreticorum, vectoribus Catholicis vitam donantium benignitas, quam ob rem Socios occiderint, oſtendit. Horum omnium corpora in fluctus proiecta. Sed Azebedij, cum Virginis Icone. Nam nec vi à demortui manu, impiorum furor reuulſit. Poſt Annuum errorem diuerſa Terceram ad Inſulam conuenêre reliqua Vaſcõcelli nauigia. Nauigiorum totidem fragmenta dixiſſes. Nam ſingulis quiddam abſtulerat longa tempeſtas, inſtrumenta, commeatum, homines. Socios, ad quatuordecim modò, tempeſtates, morbiq́ue redegerant. Quidquid ſupererat in Claſſe optimum, Prætoriæ additum eſt minimè laceræ. Sic reparata, & ſola, curſum è Tercera in Braſiliam repetebat: cùm ecce Soriæ nauis rurſum apparuit. Præfectus non idem, niſi Caluini Diſciplinâ, & in Socios odio Ioannes Cadevillius. Eum ſtipabant Myoparones quatuor. Rurſus ad arma. Rurſus Piratarum multi, & vno ictu tormenti, decem necantur; altero, Hoſtium Malus deijcitur. Luſitanorum virtutem paucitas ſua, tum Sociorum ſermo acuebat: & adiuuabat fortuna: oppreſſit Hoſtium numerus. Suam ipſius nauim ingreſſis, fortiter Vaſconcellus reſtitit. Vulneribus demum occubuit; Nauarchus grauiſſimè ſaucius, quantum ſupererat animæ, vtiliter inſumebat, confitendo noxas. Audiebat Franciſcus Caſtrius: atque ita inuentus confoditur. Parem paris officij mercedem tulit Petrus Diazius, tum & qui ei aderat Iuuenis Seni, Gaſpar Goëzius. Reliquos, contumelijs, pugnis, calcibus pulſant, ac deijciunt in mare. Didacus Fernandius, & Sebaſtianus Lopius natando piſcatorias ad ſcaphas euaſêre, crudelitatis Hęreticæ poſtea nuntij.

Occiduntur Socij 40.
1570. 31.

Quatuordecim alij ad Terceram diuerſo errore conueniunt.
1571. 32.

E quibus, omnino duodecim à Io. Cadevillio Caluiniſta necantur.

CAPVT

Annus
Chriſti. *Societ.*

CAPVT X.

Miſſiones Mexicana & Philippinenſis.

TOt etiam Martyrum ſanguine via in Hiſpaniam nouam aperta eſt. Europęam adęquat amplitudine, opulentiâ ſuperat. Socios eo dudum poſtularat Philippus Rex. Iuerant quidam per interuallà, ſed pauci. Nunc quatuordecim deſignauit Borgia: & Petrum Sanchium præfécit, Doctorem antea Compluti Academiæque Rectorem. Indicæ Societatis labores Hominem accenderant imitandi deſiderio, & ad illius inſtitutum ſe, & diſcipulorum ſuorum ſeptenos obtulit. Exinde Indiam ſuſpiranti, & ambienti, occidua obtigit. Hîc magna & citò per eum geſta. Nec diu pòſt Prouincia Societatis vna coaluit: Immo & altera in Inſulis Philippinis. Nam ad has è Mexico Antonius Sedennius cum Socijs tribus Coloniam duxit, & appulſus mirificè propagauit religionis officijs. Vt ſpinis terra, ſic Gens vitijs horrida eſt. Quamobrem Socij pòſt impigri decem, languenti fęminæ cuidam, ſpinis coronatos ſeſe oſtendêre. Depulſus eo viſo morbus eſt omnis.

Petrus Sanchius cum alijs 13.
1572. 33.

CAPVT XI.

Expeditio Caſtrenſis in Turcas.

CYpro Venetis ereptâ, Solymannus Italiæ minabatur. Illis Pius V. Pontifex Triremes & ſuas addidit, & acciuit Hiſpanicas. His conflata Catholicorum Claſſis, Ioanni Auſtriaco in Turcicam traditur. Qui fortunarent religione virtutem, Socios eò complures Pontifex miſit. Omnibus Chriſtophorum Rodericium præfecit Borgia, multis iam expeditionibus nobilem. Abeuntes victoriam Auſtriaco prænuntiare ab ſe Pius, futuri preſcius, iuſſit, dum confligere

Chriſtoph. Rodericius alijſque.
1571. 32.

confligere audeat ipſe, ac libidine & aleâ abſtineat militem. Sanctiſſimi Patris vaticinio, euentus certaminis; voluntati, Sociorum opera reſpondit. Nam hi pugnantibus permixti, periculi horrorem minuebant hortando; & læſis dolorem, vulneribus admonendo remedia. At euentus quàm certus, quàm amplus! numquam aliàs tam fœdam in mari ab Chriſtianis Turca cladem accepit. Eò ſupplicationum piarum ſubſidia contulerat Collegium Societatis IESV Laureti. Et longas Diuam ad Bellatricem ea in Æde conciliandam, Pius, indixerat.

CAPVT XII.

Borgiæ in Hiſpaniam, Luſitan. Gall. Profectio.

NVnc ſolito impatientiùs Præfecturam Borgia ſupremam gerebat. Ad Miſſiones, tot Martyrum, tot aliorum terrâ mariq́ue laborantium exempla prouocabant. Agitabatur & Ignatij Lainijq́ue exemplis, quorum tanti pro Magiſtratu ponendo conatus extiterant. Itaque ponere & ipſe velle, & miſſionem ambire. Reluctati ſunt, qui ei aſſiſtebant Patres; Miſſionem imperauit Pius: at non qualem poſcebat. Chriſtianæ rei gratiâ Cardinalem Alexandrinum Pontifex legabat ad Reges. Socium addidit Borgiam. In Hiſpaniam primò nauigarunt. Appulſis, ab Rege officioſus occurrit Ferdinandus, tum & Carolus Gandiæ Dux, Filius vterque Franciſci. Simul Nobilitatis Catalaunicæ flos, & veterum Clientum manus. Ad Pulpitum protractus, in ea itineris feſtinatione Franciſcus impellente etiam Legato. Egrè ad illud peruaſit: vſque adeo denſus humeris auditor ſtabat. Madritum ineunt læti, læti exeunt confectis ex voto negotijs. Sub diſceſſum, Borgia Sanctæ Crucis particulam Regi per Dianium Marchionem Generum miſit. Gratiam reſcripſit Rex, non ſolo eius quem illa affixum tulit, reſpectu. Luſitaniæ fines ingreſſis Prorex olim Indiæ

Præfecturam ſummam ponere fruſtra laborat Borgia.

A Pio V Pont. in Hiſpan. mittitur.

1571. 32.

Inde in Luſitan.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Et in Galliam.

1572. 33.

Indiæ Conſtantinus aduênit à Sebaſtiano Rege; Rex autem ad vſque Oceani littus ex more. Ceſſerunt hîc quoque feliciter omnia. Mox inde Madritum, Madrito in Galliæ fines, reducente qui venientes duxerat, Ferdinando. At non hîc eadem quæ in Hiſpaniâ & Luſitania, facies Hominum ac rerum. Armati per Aquitaniam in Deum ac Regem Hæretici. Truces in Legatum & Borgiam obtutus. Detruſi bonis, domibus, Patriâ Catholici, æquata ſolo vel lacera ruinis templa. Per ea inter eundum ſpectacula, Bleſas ad Carolum IX. Regem Vere peruenerunt. Et auditi ab eo, & Catharina Matre perbenignè. In reditu magis ac magis augebatur Borgia, continuatæ per tam nobile Regnum calamitatis aſpectu. Et ab animo dolor peruadebat in ſenile corpus, quod breuî intempeſtiua religio proſtrauit. Templum reperit ingens, ſed fœdè mutilum ac peruium ventis. Ibi rem ſacram importunè faciens, febre corripitur. Mox in Allobrogas æger, hinc Taurinum geſtatoriâ in Sellâ, tum ſecundo Pado Ferrariam deportatur, Sabaudi atque Eſtenſis Ducum ſumptibus. Non hi, non horum Medici, neque verò Socij ſiſtere potuerunt ad curam. Ad Vrbem anhelabat, tot officiorum faſtidiens, & paupertatis, vel in morbo tenax. Indignum ſe dicebat remedijs, quæ ſanguini, quæ ſanctimoniæ ſubminiſtrabat Eſtenſis. Lauretum & volens deportatus eſt, & inde conciliatâ moribundo Deiparâ, Romam. In hanc inuectus, Canticum Simeonis recitat, corpore cupiens dimitti. Quippe lætus in Vrbe Sancta apud Ignatium atque Laiuium, tum præcipuè Eccleſiæ Catholicæ negotijs immori.

Religionis per eam ruinæ.

Borgiæ morbus.

Reditus Laureto Romam.

CAPVT

Annus Chriſti. Societ.

CAPVT XIII.

Borgiæ Obitus.

PIum V. Romæ Franciſcus mortuum moribundus inuênit. Succeſſerat Pio Gregorius eius nominis tertius ac decimus. Huic auebat ille Legationis rationem reddere. Sed is tum temporis agebat Tibure; & Franciſcus tendebat ad mortem. Tibur itaque Ludouicum Mendozium miſit, qui benedictionis ſupremæ gratiam à Gregorio ſibi poſtularet. Indulſit libenter & liberaliter Pontifex: addiditque Eccleſiæ miſereri ſe, quam Franciſci mors magno Propugnatore priuaret. Interea confluunt ad infirmum Purpurati Patres & Principum Legati. Sed excuſauit ille tempus modicum vitæ, quod Deo tribui totum oporteret. Totum tribuit tum cogitando, tum loquendo cum illo. Vtriuſque Anteceſſoris exemplo Vicarium deſignare noluit, quamquam rogatus à Socijs. Increbuêre ſuſpiria, & vitam abſtulêre. Eam ad annos ferè duos & ſexaginta protraxerat; ſeipſe mirè depreſſit. Mortuum miracula erexerũt. *Exſpirat 30. Sept.* 1572. 33.

CAPVT XIV.

Societatis Status ſub Borgia.

LOngè latéque progreſſam, animorum & demiſſio per deſpicientiam ſuî, & ſubleuatio per horariam quolibet mane diuinarum rerum meditationem, firmauit. Vtramque hanc virtutem vſu, Borgia ipſemet ſibi; &, ceu Radix Ramis, Societatis Partibus Lege ſuggeſſit. Arbor humilitate fundi, & adlucentis supernè Solis calore conſiſtit. Multum à Deo lucis, roriſque cœleſtis, Societas accepit per matutinam Precem. Multum à Pijs, Eccleſiæ lumi- *Pius 4. Pontifex fauet.* 1565. 26.

 nibus,

Annus Chriſti. Societ.

nibus, Quarto & Quinto. Illum, Anno poſtquam Præfecturam inierat Borgia, morte occumbentem gemuit vniuerſa. Ad extremum vſque fauentem ſenſerat: & Gallicana gratulantem litteris Senatui Lugdunenſi, ob ſuum Sanctiſſimæ Trinitatis Collegium noſtris conſignatum. Quintum ſubinde exorientem lęta conſpexit, & haud minùs pium experta eſt. Similibus litteris ſimile beneficium laudantem Belgica, datis ad Abbates Bertinianum & Aquicinctenſem, Benedictini Ordinis vtrumque. Ille Gerardus Americurtius, idemque Audomari Epiſcopus, vnum in hac vrbe Collegium; hic Ioannes Lentallerus, vnum Duacenſi in Academia, condebant. At Germanica atque Gallicana, ſuos in aduerſarios, minacem. Acribus litteris tempeſtates in nos excitatas Coloniæ Auenioneque magnanimus Pontifex ſedauit. Æthiopica atque Iaponica miſericordem. Ad hanc longè ex Abaſſia Patriarcham Ouiedum ire, ſi quidem viarum & rerum ſtatus ſinerent, iuſſit.

Item & Quinti.

1566. 27. Ærumnis grauibus illum, ac Æthiopiæ Socios; & commilitonum præſtantium acceſſu Iaponios ſubleuaturum ſe ſperabat. Romana iam largum, & beneficia propè obtudentem. Eius nomine, Pœnitentiariæ, vt vocant, in Diui Petri adminiſtrandæ officium Cardinalis Alciatus detulerat Socijs. Tergiuerſari primùm; tum & defugere Borgia. Multa deterrebant: querimoniæ pręſertim eorum, qui ſibi eam aut adimi dolerent, aut non deferri. Dein ipſamet adminiſtrationis ratio. Externa hæc erat, & in Templo Orbis Principe. Eos Legibus egrè contineas, qui extra ſepta & conſpectum ſunt. Graue præiudicium & in ruinam procliue. At illud præſentis Sociorum virtutis exiſtimatione contempſit Pontifex, ac de cętero, vicinarum Apoſtolicæ Baſilicæ Ædium attributione diſiecit. His adſtrictus eſt Diſciplinæ domeſticæ vigor, & aſſignato cenſu, occaſiones laxamentorum ſubmotæ. Aliud quoque onus, nec repugnantibus minùs, Pontifex idem impoſuit. Examine nimirum tentare eos, qui Romæ, aut Ordinibus initiari ſacris, aut initiati, audire peccatorum confeſſiones vellent. Eloquentia nunc in præcipuis Vrbis Pulpitis ſat nota,

Pœnitentiaria Romana attribuitur.

Examen promouendorum ad Sacerdotium, aut confeſſiones audiendas.

Annus
Chriſti. *Societ.*

nota, in celebres Purpuratorum Patrum Cœtus ſublata eſt. Ad eos Eccleſiaſten certis diebus pro ſe Pius, è Socijs aliquem deſignare, Borgiam iuſſit. Primus inijt ad dicendum, atque auditus eſt emerito dudum plauſu Benedictus *Pontificij Concionatores ad Cardinales.*
Palmius. Ab hoc proximè Alphonſus Salmeron: tum Emmanuel Sà, Franciſcuſque Toletus. Dignis hæc à ſe committi Officia Pius credebat: ſolertiam nimirum, eruditionemque & animi demiſſionem expertus. Hanc præſens Romæ ſpectarat in Homines tetrâ infectos lue nuper, vtroque *Societatis Romanæ ſpontanea Opitulatio in miſeros lue contactos.*
impenſam. Aquæ Flaminiâ viâ corruptæ peſtem putredine conflarant. Sollicitatus ad opem per Socios eſt Pius, Senatuſque Romanus. Vterque amplam contribuit: diuidebant 1566. 27.
autem Socij, bini & bini miſeris in quindecim vicos diſperſis. Sua quoque animis Pharmaca miſcebant, admurmuratione totius Vrbis ſecundâ. Itaque recrudeſcente poſt biennium morbo, præeſſe ęgrotis Romanos Socios iam idem *Et à Pio V. imperata.* 1568. 29.
Pontifex iuſſit. In vniuerſam verò Societatem quàm prouidus; iurium antiquorum retinens, & nouorum haud parcus. Rumor increbuerat per Vrbem, cuiuſpiam per Pium noſtras in Leges nouandi. Audiens & indignans exclamat: *Eiuſdem amor in Soc.* *Proea Bullæ 4.*
Abſit à nobis hoc peccatum: video enim complacitum eſſe Deo in his famulis ſuis, Inſtitutoq; viuendi At vetera Pauli III. in Apoſtatas Edicta, nuperque à Pio IV. inſtaurata, idem Pius V. *In Apoſtatas.* 1565. 26.
intendens, tutorem ſe Societatis exhibuit: tum & Præpoſiti Generalis, ad Contractus, & Magiſtrorum, ad prælectiones, authoritatem firmans: & Priuilegia Mendicantium *Circa Contractus & Prælectiones.* 1568. 29.
Ordinum omnia noſtro concedens. Gregorius autem tertius ac decimus eius Succeſſor, quàm tenerum inſuper Societati ſe Patrem præſtabit. In oculis erant, quæ illa Pij, gratiâ iuſſuue perfecerat. Miſſiones primùm arduæ, & multò *Mendicantem eſſe Societatem.* 1571. 32.
ſanguine conſecratæ, maximè per Occidentem. Tum demandata, per Septemtrionem pręſertim, negotia laboris & periculi plena. Vnius Pétri Caniſij ad Germaniæ Principes, pro Synodi Tridentinæ obſernatione, Legatio. In Magdeburgenſes Hæreticorum Centurias, eidem impoſitum munus ſcribendi, & Diuos vindicandi, quos iniquè pupugerant.

Anno
Chriſti. Societ.

Petri Caniſij Opus de S. Ioanne Baptiſta.
Eiuſdem per Germaniam Excurſiones.

Præcipuos tres, totidem Voluminibus Caniſius defendendos ſuſcepit: Chriſti Parentem Sanctiſſimam, Baptiſtam Pręcurſorem, Vicarium Petrum. Opus de Pręcurſore, primùm & citò prodijt. Per Germaniam reliquam quot vnius eius excurſiones; Coloniam, Nouiomagum, Oſnaburgum, Treuiros, Moguntiam, Auguſtam! Hic & Hieronymi Natalis inſuper, Iacobíque Ledeſmæ, anceps & moleſta contentio. Venerant cum Franciſco Commendono Pij V. Legato. Poſtulabat auxilia Maximilianus Cæſar à frequentibus hiſce Comitijs in imminentem Auſtriæ Turcam. Lutheranarum Partium Principes poſtulata pernegabant. Pacis ea in vrbe dudum initę Capita firmari primùm volebant. Reclamauêre Catholici tanquam Tridentinæ Synodo aduerſantibus: & iam Legatum ad diſceſſum inflexerant. Periclitabatur interim Germania. At Socij improbis elucubrationibus oſtendêre, haudquaquam Pacis & Synodi Decreta inter ſe pugnare. Solutus cum ſubſidiorum deſignatione Conuentus eſt: & conciliatus Socijs Cęſar. Suboffenſus eis antea credebatur, rigoris & inflexibilis ſententiæ nomine. Virorum bonorum facilitas præſentiâ emicat, abſentiâ & maledicentiâ obrigeſcit. Caniſius iam vltra Societatem atq; Germaniam curas extendit. Eo authore, Cardinalium quatuor Concilium Romæ Pius ac perpetuum ſtatuit, ad conſeruandam toto Septentrione Religionem. Eius ſuſtentationi Germanica Societas omnis inſudabat. Magna in eam vis Hęreticorum, Sacerdotia & Epiſcopatus paſſim inuadentium. Contrà eriguntur ei Collegia Olomucenſe, Herbipolitanum, Fuldenſe, Præſulum; Spirenſe, Cleri primarij; Hallenſe in Tirolenſi Tractu, Magdalenæ & Helenæ Sororum Maximiliani Cęſaris ſumptu. Aggeres erant & munimenta ad Torrentium impetus morandos. Spirenſe propè deiectum, Cleri & Cęſaris authoritate conſtitit. Nutantes cęteras res, Humilitas, vt vocant, Caniſij firmabat, & quæ ex ea prodierat, Obedientia. Belgica & Gallicana Societas, ſeipſas egrè ſuſtinebant. Antuerpienſe Domicilium ab Iconoclaſtis euertitur. Prouincialis Coſterus in fugam,

Labores in Auguſtano Conuentu, tum eius, tum Natalis & Ledeſmæ.
1566. 27.

Collegia Olomuc.
Herbipolit.
Fuldenſe.
Spirenſe.
Hallenſe in Tirol.

Antuerpienſe Domicilium, & Collegij ſpes, per Iconoclaſtas euertitur.
1566. 27.

Robertus

Annus
Chriſti. Societ.

Robertus Claiſſonius in latebras compulſi. Oratores ambo prȩſtantes: & ille Flandricis, Gallicis hic concionibus totam incendebant Vrbem amore virtutis, & deſiderio Collegij nobis fundandi. Suis quoque excitabantur Hiſpani: & Luſitanis largâ in nos benignitate certabant. Collegium parabatur Socijs iam quatuordecim, ſedatâ Hȩreticorum rabie in Vrbem regreſſis. Domus propria modò deerat. Nec ea per Albanum concedi, aut per Annam Philippo Regi deſponſam in Hiſpaniam illac tendentem, impetrari, turbata ſinebant tempora. Optimarum rerum inimica ſeditio eſt, vtilitatis publicæ, authoritatiſque contemptrix.

Louanienſe Colleg. inclareſcit.

Proprijs Ædibus Louanienſe iam ſtabat, & Diſciplinis, Concionibuſque ſurgebat, vnius prȩſertim Bellarmini. Nondum Sacerdotis (eas Latino habebat ſermone) excipiebat ſtylo in Templis frequens auditor. Sacræ ſubtilitates doctrinæ, etiamnum propè Diſcipulus, quamquam ingenio acueret, iudicio firmabat. Et reformidabant, qui aduerſabantur. Eorum Principem notare erubuit modeſtiſſimus errorum, non hominum inſectator. Veteres ei aſſentientes modò confutabat, recentium abſtinens. Pij demum V. authoritas acceſſit partibus veritatis. Grammaticen quoque Hebraïcam, & de Scriptoribus Eccleſiaſticis Catologum aggreſſus, Belli & fugæ interuentu abrupit. Duacum aliena in veſte longè depulſus, Copias ingentes Guillelmo Auraico 1572. 33.
Principe ad Louanium trahente. Ibat in Albanum Ducem obſidione Montes Hannoniæ prementem. Academiæ Duacenſi, decem iam annos natæ, Bellarminus ſe tantùm oſtendit, peſte Louanium, hinc inualetudine Romam regreſſus.

Rob. Bellarmini Conciones.

Prælectiones.

Grammatica Hebrea; & de Scriptoribus Eccleſiaſticis Catalogus.

Fuga Duacum vſque.

Tornacenſe Collegium Iconoclaſtæ irruperunt armati. Et Socijs iugulum vltro præbentibus vitam permiſêre, dum vrbe faceſſerent. Exilium anno tenuit. Ioannem Mortanium Rectorem reuocauêre Gilbertus d'Ognies Epiſcopus, Clerus, Senatus. Remiſerant iam, vt violenta quæque tempore conſueſcunt, turbidi improborum motus. Mox alij alijque, & Tirones ſubinde adlecti quadraginta. Tectum idem vtriſque, Ludouicus Winghiusdedit. Duacenſe & Audomarenſe ſe ſur- 1568. 29.

Tornacenſe Collegium euertitur, mox reſtituendum in melius.

Duacenſe & Audomarenſe.

Annus
Chriſti. *Societ.*

ſe ſurgebant Præſulum labore, & conſtantiâ per ciuiles motus. Ingentes parientium dolores, viuidorum fętuum indicium ſunt. Præſules ambos & Cœnobitas Aquicincti primùm, pòſt Audomari, diuinarum commentationibus rerum exercuerat Mercurianus Prouincialis; tum eo Conuentum ad Generalem ſecundum digreſſo Romam, Balduinus ab Angelo. In vtroque Collegio, Diſciplinæ politiores tradi ceptæ ſunt. In Audomarenſi vt biennio ſeriùs, itá maioribus initijs addita eſt, & formatrix morum Theologia, & Ædes ſacra. Nidum ſibi, moriturus Phęnix, Gerardus Abbas & Epiſcopus feſtinare eſt viſus. Pòſt paulò viuis exemptus, ibi conditur. Gallicanam Societatem biennium

Pariſienſe aſſurgit.

placidè promouit. Ioannes Maldonatus, Ioannes item Ma-

Natat.

riana; Iacobus Tyrius, Nicolaus Clerus, Diſciplinas magno

1567. 28. concurſu, maiori laude tradebant. Caroli IX. Regis periculo grauiter concuſſa eſt. Meldis eum intercipere, Lute-

Eius officia & labores.

tiam cremare & ſpoliare, Sectarij decrerant. Indicium ab externis Pariſienſes ad Socios defertur, ab his ad Senatum, ab hoc ad Regem. Pariſios Rex egrè ſed demum euadit; & velut in recepti pœnam, Metropolis Galliæ ab Hoſtibus cingitur. Socij afflictiſſimæ Vrbi affuêre ſolatio & opere.

1572. 33. Sed per Bartholomęicam cędem quadriennio pòſt fędatæ, multò impenſiùs. Vagabantur per compita diſperſi, Innocentiæ præſidio. Catholicorum plurimos neci eripuere, quos pro Hęreticis Catholici occiſum ibant. Eadem propè fortuna cęteras habuit per Galliam Sedes. Iactatâ procellis Onerariâ ingenti, adſtrictæ retro cymbulæ fluctuant. Auenionenſis, atque Virdunenſis, tempeſtatem è proximo

Collegiorum Muſſipont. & Niuernen. initia: & Progeſſiones Burdigalenſis, Auenionenſis, Virdunenſis.

tantùm conſpexêre. Muſſipontanam quoque inſtituit, & in Collegium breuî produxit Carolus Lotharingicus Cardinalis. Eius & conſanguinei Ducis authoritas pericula ſubmouit. In Galliæ extremo, Burdigalenſis confidenter ſumptu Ciuium extrui cępit: quin & in ipſo penitus vmbilico Regni, Niuernenſem collocauit Ludouicus Gonzaga, eius Ditionis Dux. Hiſpanicam Societatem, Luſitanicam, Italicam Pax & Quies velut per planum ducebant ad nouas Sedes.

Immo

Immo trahebant Principes viri, beneficium velut accepturi. *Annus Chriſti. Societ.*
Triplex certè contulit S. Carolus Borromęus, deductâ è
Mediolanenſi Collegio ad Breiranum parte Sociorum, par- *Domus Profeſſa Mediolani, & Tirocinium Aronenſe.*
te Profeſſam ad Domum, Longobardicis Tironibus ad Aro-
næ Oppidum. Hos illic ſuâ & Cardinalem ipſum per nego- *1570. 31.*
tiorum inducias, excipiebat florens otijs mentis ſolitudo.
Suam pariter & Tranſpadanis, Nouellarij Comites Op- *Item Nouellarienſe.*
pidi; ſuam Romanis Borgia in Quirinali Monte contule- *Romanum.*
rant. Hîc S. Andreę Templum Tiburtinus Epiſcopus; Do-
mum ac cenſum Ioanna Aragonia, Aſcanij Columnæ Con-
iux. Iunioribus quaſi nutrices Deus excitabat. Villagarzien- *Villagarzienſe in Hiſp.*
ſibus Magdalenam Vlloam in Hiſpaniâ. Præceſſerat Lu-
douici Quixadæ mariti morientis votum. In id Oppidum
Tirones ſuos Balthaſar Aluares à Methymnenſi Collegio *Balthaſar Aluarez.*
deduxit, præſtans mentium Doctor. Ad illud magiſterium
ſibi diuinitus infundi ſapientiam ſenſit: & diſcipulos appri-
mè idoneos nactus eſt. Tum & Diſcipulas Mariam Dia- *Maria Diaz.*
ziam, Sanctamque Matrem Tereſam. Hæc facientis verti- *S. Mater Tereſa.*
cem Patris vidit ſplendido Diademate fulgere. Fluctuante
autem eo, quis ſe poſt mortem ſtatus maneret, didicit à Deo
quemquam in terrâ tum temporis ſanctiorem non eſſe: at
in cęlo paratam tantæ ſanctitati gloriam parem. Proficie- *Ibidem & Collegium.*
bant in ea Sede ſub tanto Doctore & Domeſtici veterani.
Paruulis eos ſimiles fecerat animi demiſſio: & ijs quoque al-
trices fęminas exciuit. Collegium ibi eadem Vlloa condidit, *Et Ouetenſe.*
ſed à Tirocinio indiſcretum; & Oueti alterum; Valliſoleti *Domus Profeſſa Valliſoleti.*
nouum Maioria Biueroa, vetere Profeſſam in Domum ver-
ſo. Baezanum Eluira Auila; Marcenenſe Maria Toletana *1567. 28.*
Arcoſij Ducis Vxor obtruſit, mundum quoque muliebrem *Colleg. Baezanum.*
& monilia diſtrahens ad conflandam Collegio dotem. Sua *Marchenenſe.*
virilis quoque ſexus Domicilia poſuit. In Hiſpania Carauaca- *Carauacenſe.*
cenſe Michael Reynus; Huettenſe Stephanus Ortizius; Le- *Huettenſe.*
gionenſe Ioannes à S. Æmiliano; Malacitanum, Franciſcus *Legionenſe. Malacitanum.*
Polancus, vterque Epiſcopus condiderat. Seguritanum, ab *Seguritanum.*
vtroque ſexu poſitum eſt, Chriſtophoro Moya, & Filiabus
eius binis. Toletanum certis haud eguit externis. Profeſſam *Domus Profeſſa Toleti.*

 in Do-

Annus Chriſti. Societ. in Domum, operâ Sociorum tranſijt. Luſitaniæ Populi in augenda vetera, ſtudium & ęs inſumpſère. Sebaſtianus Rex in Funcalenſe & Angrenſe: illud in Materia, hoc in Tertia, Inſulis. In Italia auctum Taurinenſe, Brixienſe conditum. Ea velut fecundiſſimo Solo pullulabant. Vnico anno admiſit Borgia ſupra viginti. Indicæ Societatis haud eadem facies. Gôæ & vicinis in Sedibus, lęta: in Salſettis lętiſſima, Socijs quatuordecim, ſex in loca diſperſis. Præter Ethnicos, & Chriſtianorum adultos, Seminarium Puerorum, & infirmorum quorumlibet Noſocomium, impensè curabant. Curationis fructus, delubra amplius ducenta Solo æquata ſunt. Ita iuſſerat Prorex Sociorum impulſu. Superſtitio vt.

Armuziæ. Religio vera, Tēplis nititur. Armuziam Petrus Toar Socius

1567. 28. reſignauit Patribus è Dominicano Ordine. Ad interiora Indiæ vocabatur. Et illi ſatis erant eruditæ iam Vrbi. Simul

Malacæ. cum Idolorum Fanis Idololatria corruit. Malacæ ſpes ampla de Soloris Regno. Regem & familiam Regis Luſitanus quidam Mercator baptiſmo tinxerat: & cupîdo inceſſit,

Soloris Rex & Regnum Chriſto accedunt. indigenas omnes ſuos conuertendi. Sacerdotem impetrare nequiuerat à Malacenſi Rectore. Nepotem igitur & Heredem illuc Laurentium miſit, penitiùs à Socijs perdocendum myſteria Chriſtianæ Legis. Perdoctus Solorem redijt, Catechiſtæ, & Concionatoris officio functurus. In Molucis

Item Sionius & Sanguimius cum ſuis. diuerſus omnino ſucceſſus rerum. Sionis Rex Baptiſmo ex-

1568. 29. piatus à Iacobo Magalliano Socio, pellitur eapropter à ſuis, & Ternatem venit. Cum Claſſe & Petro Maſcarenia Socio reducitur in Regnum; & ſimul Chriſtiana Religio in illud, & in Sanguimenſe, leui ſe curſu inſinuat. Iam hi duo Reges Crucem è ligno ingentem comportant humeris, & in monte conſtituunt ſolatio Incolarum. Ædis ſacræ, quam appa-

Et Manadenſis. rabant, defectum illa ſupplebat. Manadenſem quoque Regem Maſcarenias idem Chriſto vel peperit, vel nutantem aſſeruit: veneno mox per Saracenos è medio tollendus. Intra Molucas ipſas ſubinde triſtior, irrumpentibus Mauris Amboinum, atque Neophytos ferro cędentibus. Sinenſes Socij hęrent adhuc Amacai in vnos intenti Luſitanos. Tum

ſubinde

ſubinde in paucnlos Sinas illuc, è cōtinenti ad commercium aduectos. Iaponicæ Societatis res, vt Dominatio Principum, dinerſa. Vt illorum cuique iungebantur Socij, ita eorum fortunam vel in præceps, vel in altum ſequebantur.

Annus Chriſti. Societ.

Cubone Coxitero regnante, Meacenſis Sedes ſtetit. Per Moixindonum atque Daxandonum occiſo, delapſa eſt. Iuſſi exulare Vrbe Regia Gaſpar Villela, & Ludouicus Froëſius cū Adiutoribus aliquot.

Societas Meaco pellitur. 1565. 26.

At Cubonis Fratre Cauadono, Fraternum in Imperium per Vatadonum Boarij & Mini Regem Nobunangam reducto, Froëſius redijt. Quinquaginta Bellatorum millia traxerat Rex: Vatadonus duodena, qui Froëſio tenerrimè fauebat, Darij Fratris gratiâ nuper Chriſtiani: & Nobunangæ impetrauit aſſenſum, ad inſtaurandam Meaci Sedem: tum & Niquixoxuni Bonziorum potentiſſimi, & ipſius Dayri conatus aduerſos infregit.

Reſtituuntur. 1568. 29.

Meacenſi Vrbi Præpoſitus erat à Nobunangâ: at Fidei elementis interea dum eruditur Baptiſmo tingendus, per inſidias ab aduerſarijs occiditur. Bini pro eo vno Sociorum Patroni, Mioxindonus, & Mioxindono infenſus ipſe Nobunanga. Cętera diſcordes, vna religionis veritas nobis copulabat. Et Nobunangam quia potentiorem, arctè magis atqne intrepidè. Vtrumque & Cubonem ipſum officiosè Franciſcus Capralis inuiſit, ac retulit promiſſa beneuolentiæ certá.

Franciſcus Capralis Viſitator. 1570. 31.

Nuper ex Indiâ venerat Societatis Inſpector, & pro Coſmâ Turriano, Præſes. Nec ille, Succeſſore conſpecto, mortem diſtulit, ſenio & vicennij labore conſumptus. Quatuor abhinc annos, alter primorum Xanerij in Iaponia Sociorum Ioannes Fernandius fato pręceſſerat.

Obitus Coſmæ Turriani & Ioannis Fernandij.

Iam velut ad Solis exortum Roſæ & Narciſſi, ſic ad Cabralis aduentum, Nobilitatis flos, ad Chriſti legem ſeſe aperuit. Omnrani Regis Bartholomęi, & Gotenſis Principis Ludouici Vxores ſingulæ, cum Liberis, Pediſſequis, Proceribns quæque centum, Baptiſmi rorem accepêre.

Baptiſmus Reginarum & Procerum.

Gotenſis ab Alexandro Valignano, in Iaponiam haud dudum appulſo. Comites habebat duos, Balthaſarem Lopium, atque Michaëlem Vazium. A Cabrale, Baptiſmum, Omurani Regis Vxor accepit, per fędam coniura-

Alex. Valignanus. Balthaſ. Lopius, & Mich Vaſius in Iap. 1568. 29.

coniura-

Annus
Chriſti. Societ.

coniurationem antè prohibitũ. Tum & eiuſdem Mater annorum ſeptuaginta, & adhuc Pagodiſmi tenax femina. Denique & Tonus Amacuzanæ Inſulæ Dynaſta, cum bona parte Incolarum. At Omurenſis Regni propè omnes, Regionarum exemplum, & Bartholomęi Regis hortamenta

Baptiſmi celebres.

conſequuntur. Inuitauerat idoneo Rex ad Conuentum ſermone. Bungenſem & Firandinam Societatem ſuſtinebat Regum, nondum Chriſtianorũ, authoritas. Suam Firandinus haud è recto amicitiæ, ſed obliquo emolumẽti reſpectu prębebat. Auerſo Facundam (Omurani Portum) Luſitanorũ commercio, procellas exciuit. Chriſtianorum patientiâ cõciderunt. Ximabarica & Arimenſis aſſurgebat; Nangazaquienſis oriebatur. Sedis ibi figẽdę deſideriũ, Portûs Luſitanis habitati opportunitas; occaſionem dabãt excurſiones illuc Sociorum diuerſę. Sed eorũ paucitate elidebantur eiuſmodi conſilia Cabralis, & Chriſtianorũ vota, Sacras paſſim Ædes apparãtium, ſi Sacerdos aliquis curaret. Ad auxiliares accerſendos, in Indiam miſſi primùm Gaſpar Villela, breui per viam fato rapiendus: Tum & Balthaſar Lopius. Huius reditum occupauit Melchior Carnerus, Nicęnus è Societate

1566. 27.

Melch. Carnerus potens Iaponiam moritur. Societas Æthiopica. Andr. Ouiedus Patriarcha & Socij.

Epiſcopus. Deſperato in Abaſſiam tranſitu, miſerat in Iaponiam eum & Patriarcham Ouiedum Pius Pontifex Quintus. Amacaum Carnerus appellitur, & mox ad cęlum. Ouiedus viam rumpere per Turcas nequijt. Et malebat optimus Paſtor, paruulo & affictiſſimo Catholicorum Gregi ad extremum adeſſe. Eorum corpora menteſque paſcebat, illis vel ea impertiens quibus egeret: vel ex inexhauſto Diuinitatis penu depromens, cùm nihil haberet in ſuo. Fame iam deficientibus, piſcium copiam ſuggeſſit ingentem, ſiccato precibus ad illam fuſis, flumine. Locuſtarum nubibus agros

Prodigia per illum patrata.

fędè vaſtantibus, eâdem confidentiâ tabem inſpirauit ac necem. Fremonæ Oppidum, Patriarchæ Sedes erat, & Societatis Abaſſinæ. Corpus exile, & inopiâ laboribuſque languefcens. Quatuor cum Ouiedo Patres, viuida tantùm ani-

Inopia.

mis membra illud conflabant. Charta deerat ad ſcribendum. Quas ipſe Sebaſtianum ad Regem & Pontificem

Pium

Annus
Chriſti. Societ.

Pium dedit, detractum Breuiario, vt vocāt, folium fuit. Nec miſerabatur Adamas Rex tantam egeſtatem. Quin vitam modò permittebat, tum notæ eorum ſanctitatis reuerentiā, tum maioris calamitatis ſibi accerſendæ metu, ſi grauiùs innocentiam vexaret. Incertus Domicilij per Regnum vagabatur, ſuorum adęque & Hoſtium fugiens, nec vitæ, nedum dignitatis ſecurus. Miſſi in Monomatapiam Socij haud feliciùs rem geſſêre. Tres ibant iuſſu Sebaſtiani Regis cum Franciſco Baretto & Claſſe in vindictam Conſalui Silueriæ, fędè ſeptem abhinc annos occiſi. Sed & ad excolendam Chriſtianis Legibus Gentem. Nondum erat ad culturam ſubacta. Igitur defenſione inſolitâ cumulaturi ſcelus Saraceni, Fontes & Cibaria Luſitanorum veneno corrupêre. Solutus ea peſte Exercitus receſſit, & Socij aliò dilapſi. Americanæ Sedes nullæ admodum extabant, præterquam Braſilicæ. In Peruuio, Florida, Mexico apparuerat modò Societas. Braſilicam Ignatius Azebedius initio luſtrabat: regebat autem imperij Ludouicus Grana. Qui per Prouinciam erant Socij, penſabant curâ intentiori paucitatē. Collegia eis iam duo; Bayenſe & Pernambucenſe. Ianuarienſe nondum ſurrexerat. Eam inſidebant adhuc Oram cum Tamuyis Barbaris, Galli, Populis ſupra morem feris. Patrem & Filiū Chriſtianos nuper vorarant. Et Adoleſcentula nupta, per vim ab eis abducta, maluit eorum ingluuiei, quàm libidini ſeruire. Femina autem vidua, vitam, quàm caſtimoniam perdere. Magna vis nuper Chriſtianarum. Fortitudinem didicerant à Socijs. Nam & inſignem præſtitêre. Ad Bellum Luſitanos hortati ſunt, & obtulerunt ſe Duces, in Gentem Religioni maximè infenſam. Tum & obſides, interuenientibus inter Partes Inducijs, Emmanuel Nobrega & Ioſephus Anchieta ſunt dati. Mox illo Vincentianam ad Sedem regreſſo, ſolus Anchieta. Lenibat hic obſes Barbaros, Pacis cunctatione efferatos, & vorare comminantes. Riſit, Pacis præſagus & vates. Quin ſecurus, pueros eorum tingebat aquâ ſalutis; & Poëma ſcribebat interim de Deiparæ laudibus. Mox liber, Sacerdotio inſignitur. At redeuntes

Monomatapica Expeditio infructuoſa.

1569. 30.

Ignat. Azebedius Braſiliæ Viſitator.

Collegia Bayenſe & Pernambucenſe.

1566. 27.

Ianuarienſis occaſio.

Emm. Nobrega & Ioſephus Anchieta obſides.

SYNOPSIS
PRÆCIPVARVM RERVM A SOCIETATE IESV GESTARVM SECVLO EIVS PRIMO.
LIBER QVARTVS SIVE MERCVRIANVS.

CAPVT PRIMVM.

Congregatio Generalis Tertia.

Anno *Chriſti.* 1573. *Societ.* 34.

PRimo Vere habita eſt. Indixerat Vicarius Polancus. Et conquirebant Patres Succeſſorem Borgiâ dignum. Rem ſacram eo conſilio bis Gregorius XIII. Pontifex fecit, quâ lumen à Spiritu Sancto poſtulatur. Huius, & illorum ſtudia expleuit Euerardus Mercurianus Belga, ab illis electus, renuntiatus à Polanco. Conclauis Cuſtodiam Caniſius geſſit. Nam cum in Vrbem id temporis veniſſet, non à Prouincia miſſus: ſed à Pontifice accîtus ad negotia; eligendi ius

Gregorius XIII. Pont.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Colleg. Germanici incrementa.

Aſſiſtentes.

Martini Gutterij cædes.

Eius & Deiparæ mutua inter ſe ſtudia.

ius habebat nullum. Itaque fidem (quod reliquum erat) eo in munere præſtitit: Electione autem confectâ, ſuffragium in Conſultationibus cęteris. Sed illud quoque extra ordinem, & notæ viri ſapientiæ reſpectu. Eo hortatore Pontifex auxit Collegij Germanici cenſum, alijs intra Germaniam initium dedit. Interea Epiſcopi tres in Societatem admitti ab Patribus contenderunt. Sed iudicarunt illi viduandas Sponſis Eccleſias non eſſe. Aſſiſtentes Euerardo quatuor attributi: Oliuerius Manaręus (qui & Admonitor) pro Germanicis Gallicíſque Prouíncijs: Petrus Fonſeca pro Luſitanica, Braſilica, Indica: Ægidius Gonzales pro Hiſpanicis: Pro Italicis & Siculâ rurſum Benedictus Palmius. Aberat Româ Gonzales, infortunio cum Socijs detentus in Galliâ. Venerat è Caſtella cum Ioanne Suario & Martino Gutterio Patribus, & Verio Coadiutore in Aquitaniam. Hîc ab Caluiniſtis ad Cardeliacum agniti, vulneribus multantur; tum in Arcem proximam trahuntur ad litrum aut mortem. Hęc Martinum quinto vulnerationis die extinxit: & illi octiduo antè prænuntiarat Deipara in Sacellum ad precationes de via digreſſo. Totidem verò poſt obitum horis in mortui cubiculum, Gallicanâ veſte & facie liberali fęmina, per medios Arcis Cuſtodes, tanquam inniſa, perrupit, & de ſepeliendo Gutterio Suarium monuit. Idioma intellexit Hiſpanus. Illa ſindonem, quam ſub axilla gerebat, explicuit, & cadauere inuoluto ſurripit ſe. Deiparam credidit Suarius, aut fęminam eò compulſam illius inſtinctu: quæ mortuo id officij præſtitit, cui eadem viuenti multa præſtiterat. Præclarum illud eſt, auguſtâ eam formâ clienti apparuiſſe, & Societatem IESV omnem oſtendiſſe ſub chlamyde concluſam. At viciſſim Gutterius benefactis benefacta penſabat: & Franciſco Suares, notæ eruditionis Theologo, Cathedram primùm aſcenſuro argumentum ſuggeſſit de Deiparæ laudibus. Hoc erat, commonſtrare Auditori plus eam vnam Cęlitibus apud Deum vniuerſis gratioſam eſſe. Et cōmonſtrauit nouellus Doctor, tum quidem voce & in Scholæ anguſtijs; pòſt autem prolixo vulgatoque commentario, & in

luce

luce Orbis Chriſtiani. Quin tamquam officijs certaretur, habuit mox Gutterio Deipara pro ea ſuggeſtione gratiam. Inuolutum illius corpus, ad vicinam Crucem humatum, & multos poſt annos in Hiſpaniã tranſlatum eſt. Sed animam iam tum vidit Sanctiſſima Virgo Tereſia, in cęlum, Martyrij laureâ inſignem, deferri. Socij tres captiui, litri interuentu Lugdunum; Lugduno Romam ad Conuentum, ſed ſerò perrexêre.

CAPVT II.

Præpoſitus Generalis Mercurianus.

Dignitate alleuatus, Sociorum infimis parem ſe geſſit. Illam ei gratulatus eſt litteris è Belgio Frater, paupertatem & ſuam & ſuorum commendans. At Euerardus pauperem ſe quoque eſſe: ac nihil quidquam ſibi magis, quàm Coquo domeſtico, oneris autem multo plus acceſſiſſe reſpondit. Prudentiâ etiam maximè valuit. Et illam Societatis Ductoribus primùm, ſummus ipſe Ductor, ceu lucem vicinioribus Aſtris Sol, per opportuna Monita impertiebat. Ea adhuc exſtant in faſciculum collecta. Vt autem Socios perinde omnes officij doceret, Conſtitutiones ab Ignatio ſcriptas in ſummam vnam; Congregationum item habendarum, tum Communes, & proprias cuiuſque Miniſterij Regulas, ad certa retulit Capita. Ingens labor, quo ſuus tantæ iam militiæ ordo & decor exiſteret. Secunda eius cura, Domicilia quæ in Vrbe, & in Sociorum è Prouincijs aduenientium oculis erant. Itaque Collegium Romanum inuiſit, inſeditque Hebdomades haud paucas. Hîc litterarum virtutiſque ſtudijs, ne huic illę officerent, modus per eum præſcriptus. Sapientiùs ordinas, quæ præſens ſpectaueris. Premebatur illud tamen, vt & Profeſſorum Domus alieno ære. Liberauit Euerardus impetratis ab Gregorio ipſo & Purpuratis Patribus, pecuniarum leuamentis. Quin vt conſtanter Collegium reſpiraret, à Pontifice promiſſionem

Mercuriani Paupertas.

Prudentia.

In Monitis.

In Regulis concinnandis.

Vigilantia pro Collegio Romano.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

miſſionem perpetui cenſus obtinuit. Sed promiſſionis euentum, perfectamque totius Inſtituti formam, ſui demum ſucceſſoris operâ & tempore, Mercurianus conſpectum iri prædixit. Mox in Orbem totum eius ſolicitudo diſtenditur. Occidenti vtilia dudum Societatis auxilia aderant. Et certa in Americam Borgia nuper deſtinarat. Itaque in Partes reliquas tres vt magis egenas, Mercurianus magna, & in quaſdam Prouincias prima ſubmiſit.

CAPVT III.

Expeditiones in Orientem.

Socii 43. in Indiam.
1575. 36.

OBierant è Societate Indicâ multi. Eius Procurator Martinus de Sylua Romam peruenerat; & Subſidiarios ab Euerardo impetrauit tres & quadraginta, parem vitâ functis numerum. Illorum Itali plerique, genere, ingenio, anniſque florentes. In quibus Michael Rugerus & Matthęus Riccius: ille, initi; hic, penetrati Sinarum Imperij gloriâ demùm celebres. Olyſſiponem appulſos Sebaſtianus Rex conſpectu & alloquio dignatur. Goam peruectos Alexander Valignanus partim per Indiam ſparſit, partim Goæ ſtitit ad conficiendum Theologiæ Curſum, in Europa ceptum. Societatis Indicæ iam erat Inſpector, è Iaponia haud dudum reuerſus. Et perluſtratis Sociorum Domicilijs quæ cis Gangem erant, trans, & Amacaum vſque mari proceſſit. Illic ſolebant Socij, qui Iaponiam peterent, ad aliquot menſes ſubſiſtere, dum nauis ac tempeſtas adeſſet ad pergendum. Interea Luſitanos excolebant: & hi Ædiculam Diuæ Matris honori ſtatuerant, ad ſacra, ſed temporaria menſium paucorum miniſteria. Perpetuam eſſe iuſſit Alexander, & decem menſes inſedit ad reſuſcitãda Expeditionis Sinicæ tentamenta. Diſſuadebant Patres, vel vnius Xauerij, tum & Auguſtinianorum & Franciſcanorum; vtrorumque magnanimo, ſed vano conatu. Perſtitit tamen; & ad Prouincialem

Mich. Rugerus, & Matth. Riccius.

Alex. Valignanus Soc. Indicæ Viſitator.

In Expeditionem Sinicam incumbit.

cialem Indiæ ſcripſit, vnum vt è Socijs Sacerdotem, Amacaum ad rem tantam idoneam mittat. Quid ab eo, quem legi cōtingeret, prȩſtanda eſſent, ſcriptum reliquit, in Iaponiam ſoluens. Lectus eſt Michael Rugerus. Sed interim pergens Alexāder, Societatis Iaponicȩ, & Chriſtianæ rei ſtatum reperit ſplendidum. Fauere pergebat Nobunanga, Cubonis noui ab ſe antè reſtituti, nunc aliena molientis; Domitor bello. Atque id, & ſuâ in Chriſti legem inclinatione, & in Bonzios, quoniam à Cubone fuerant, odio. Horum itaque deſtructorē ſe iactabat, lȩtus iiſdem opponere & Chriſtianos. Tres eius Filios iam Reges, vnus ferè à Baptiſmo, continentiæ rigor abſterrebat. Illo autem Meaci iam initiati erant vicies mille, & curabātur ab Socijs in Templis nouem. Per Omurenſe Bartholomȩi Regnum quadragies mille in Templis quadraginta. Tum Toſæ & Arimȩ Reges, Bungenſis vterque Regis Gener, ille Paulus, hic Andreas appellati. Bungenſem retinebat etiam Vxor impotens, & infenſiſſima Chriſtianis. Quin & in minorem filium natu Sebaſtianum, luſtralibus aquis ab Rege permiſſum, furebat. Iezabelem appellabant illi: & repudiauit Rex, atque aliam benigniorem duxit. Mox velut diſiecto optimi facti obice, & hæc & ille Baptiſmo tinguntur à Cabrale. Sed ab aduentante Valignano Arimenſis, Andreȩ nuper vitâ functi Filius, & Protaſius dicitur. Felici fato obierat Ludouicus Gotti Rex, virtute Chriſtianâ quàm ȩtate maturior. Quinquagenarius autem erat Bungenſis: & Franciſcus dici voluit gratâ Xauerij memoriâ, ab annis iam ſeptem & viginti Iaponiâ digreſſi. Virorum bonorum dulcis & longa ingenuis recordatio eſt. Valignanus ſucceſſu rerum lȩtus Nangazaquium Prouincialem cogit cœtum. Socij erant in Iaponia ſexaginta. Omnem tres in partes diuiſerant, Meacenſem, Bungenſem, Tongenſem. In quibus vniuersè millia Chriſtianorum centum & quinquaginta. Templa bis centum: Collegia tria, Domus Probationis vna Voſuquij, Contubernia nobilium Iaponum duo, Arimæ vnum, Regis; alterum ad Meacum, Nobunangæ ſumptibus. Hic vt benignitate in Socios, ita

Reperit in Iaponia Societatis ſtatum florentem.

Baptiſmus Regum Andreæ Arimenſis & Pauli Toſenſis.

Denique & Bungenſis.

Item & aliorum.

1589. 39.

Anno fortunæ amplitudine creſcebat, triginta breuî Regnorum
Chriſti. *Societ.* Rex. Rebus ita ordinatis, Romam cogitabat Valignanus.
Et diſceſſuro Legatos ad Pontificem quatuor addere decre-
Michael Rugerus Amacai. rant Chriſtiani Reges. Amacaum interea Michael Rugerus
appulerat Goâ, ad ingreſſum Sinenſis Regni tentandum.
1579. 40. Primus ſolertis hominis labor, Idioma gentis. Geminum eſt;
vulgare & curiale. Hoc ferè totum characteribus hierogly-
phicis conſtat. Magiſter idoneus deerat. Pictor repertus eſt
minimè ineptus: quippe qui vocem coloribus ſuppleret.
Adumbrabat penicillo, quæ effari non poſſet, & Diſcipulo
offerebat in Tabula. Hic iam quadantenus eruditus, Canto-
niam ibat cum Luſitanis ad nundinas. Bis anno celebra-
Ingreſſum tentat, & habitationem Cantonie temporalem obtinet. bantur, Ianuario & Iunio, bimeſtres ſingulæ. Interdiu Luſi-
tanis in Vrbe licebat eſſe, noctu in nauibus tantùm. Inſidias
per tenebroſum tempus metuebāt Sinæ. Et Michael mercis
1580. 41. diuinæ Inſtitor, Magiſtratuum præcipuos ſępe interuiſens;
Archithalaſſum denique ſibi deuincit. Tum & Præfectum
ſummum Armorum, comitate, eruditionis opinione & ſan-
ctitatis. Ita ille domum in Vrbe ſat ſplendidam, per nundi-
narum modò tempus habitandam commodauit Patri. Hîc
noctu dormire, interdiu ſacris operari fas erat. Et conuenie-
bant diuinam ad rem Luſitani, ad naues redituri ſub veſpe-
râ. Hęc prima Societatis Sedes in Sinenſi regno, haud perpe-
tua. Nec adhuc plus impetrare fas fuit. Miſſionem quoque
in Orientem à Mercuriano exorauit Rudolphus Aquauiua.
Claudij ex Hieronymo fratre, eodemq́ue Atrienſi Duce ne-
pos, & magnanimitate par. Ambo ab Pontificij cubiculi
honoribus, ad Societatem allecti; Euangelico verſu, Oues
Chriſti vocem eius audire commonente, Claudius; Claudij
exemplo, Rudolphus. Borgia vtrumque admiſit: & Rudol-
phū offenſionibus & experimentis Parentis bene exercitum.
Nec diu premi tantus ardor potuit: quin in Indiam penetra-
ret, aſſentiente demum Euerardo. Goam ſimul aduenerat:
Legatio Mogorici Regis ad Patres Goanos. ecce aduenit & Mogorici Regis Legatus cum eius litteris
1579. 40. Goanos ad Patres; ab quibus Sacerdotes poſtulabat, qui le-
gibus ſe Chriſtianis imbuerent. Quaſi ad eam expeditionem
appuliſſet

appuliſſet Rudolphus, ita ipſe cum Legato & Socijs duobus mittitur. Hi erant Antonius Monſerratus & Franciſcus Henricius, rerum poſtea geſtarum celebres, & ille Captiuitatis, dum Æthiopiam tentat, longè duriſſimæ. At Rudolphus vt in conſpectum Regis venit, Bibliorum Regiorum volumina quatuor illuſa penitus auro, & Chriſti atque Chriſtiparæ icones offert. Aurum verò repudiat oblatum, Regiæ auidus animæ. Sed hanc multa morabantur: leuis & arrogans indoles, & diuinitatis affectans; tum vxorum greges, & Mahumetanorum indignatio, ſeditioniſque ciendæ diſcrimen. Hos primùm Rudolphus & Socij inuadendos cenſuêre. Aſſentitur Rex, & certaminis Arbitrum ſe præbet. Ter illi diſceptando, & ſuâ, & Regis confeſſione vincuntur. Indigenas igitur Rex, ac minorem natu filium Socijs inſtituendos concedit, ipſum adhuc vitia retardant. Triennio pependit magnos & diuerſos inter impetus medius. Animos ingentes validi in vtramque partem agitant motus. Tanta cunctatio, ſpem conuertendi Regis Socijs ademit: Itaque Indicæ eos Prouinciæ Præfectus reuocat Goam. Moleſtè Rex tulit: non antè aſſenſus, quàm manſurum ſe Rudolphus promitteret. Promiſit, manſit, & per annum, & ſolus. Sed cùm vnâ conuerſionis ſpe, aut lactari aut falli ſe perſpiceret, reuocatus quoque eſt. Egrè dimiſſus, Moſcouitam Chriſtianum cum familia, omne triennalis expeditionis ſpolium, concedente Rege, Goam reduxit. Ad Maronitas autem Profectionem Ioanni Eliano & Ioanni Bruno impoſuit Euerardus. Libani Montem in Syria obtinent: Ieroſolymis quatridui diſtantem: & Epiſcopos in eo quindecim, Archiepiſcopum vnum. Hic per Oratores ab Gregorio contendit homines qui ſe ſuoſque dedoceant Hæreſim. Non vnâ laborabant; Neſtorianâ, Eutychianâ, Iacobiticâ. Et benignè ab illo habiti ſunt noſtri; auditi ab Epiſcopis & Populis auidè. Simul libros eorum omnes, ſimul mores Catholicam ad normam correxêre. Mox Synodus coacta & celebrata optatiſſimo euentu, Præſidebant Socij, Pontificis nomine, & Synodi Decreta Romam ad illius cenſuram

transmiſêre.

Ad eum tendit Rud. Aquauiua cum Ant. Monſerrato & Franc. Henricio.

Biennio pòſt redeunt Socij duo fructu non magno.

Demùm & poſt annum ipſe Rudolphus.

Expeditio Io. Eliani, & Io. Bruni Maronitas.

1575. 36.

tranſmiſēre. Probauit omnia, notulis tantùm interſertis ad lucem. Simul illò quatuor aureorum millia tranſcribi iuſſit, & in egenos diuidi. Simul & ſupellectilem ſacram copioſam, & Codices Catholicos ingenti numero Arabicè, Syriacè, Hebraicè, typis Romæ eo conſilio fuſis excuſos. Ibi Miſſalia, vt dicimus Romana, Romanus item Franciſci Turriani noſtri Catechiſmus, ac eiuſdem de Maronitarum erroribus Liber; Ludouici Granatenſis Opuſcula, Thomæ de Kempis Libellus, omnia Arabicè. Quin ad facti perpetuitatem, Collegium Romæ, illorum Filijs ſtruxit, & Socijs tradidit.

C A P V T IV.

Expeditiones in Meridiem.

MEmphiticę Expeditionis reſumendę cōſilium, Paulo Mariano Maroniticæ ſucceſſus iniecit. Agebat hic Memphi negotiator authoritate & religione nobilis. Et cognitâ Sociorum Maronitas inter operâ & fructu, Alexandrinum apud Patriarcham inſtitit, vt eoſdem ad ſe reuocaret è proximo. Ita redintegratur Eccleſiæ huius Cophthicæ cum Romana reconciliandę negotium. Abhinc annos mille diſceſſerat. Euocauit Patriarcha. Et monitus tota de re Gregorius Pontifex, ire iuſſit Patrum alterum cum Socio Laico Memphim, Romam alterum redire. Parent ſinguli. Confecta erat reconciliatio, ſi perinde Cophthi magnanimos ſe prębuiſſent. Initio prębuerūt, & dociles. Ter acceſſerunt ad Synodum, Pontificis Gregorij iuſſu indictam. Ibi palàm Circumciſionis Lex abrogatur, & damnatur Eutyches, præcipua errorum Capita. Sed tam felicibus cœptis inuidit ambitio. Nominum ſubſcriptione firmatum ibant, quod voce fatebantur, Epiſcopi atque Patriarcha; quando huius Vicarius, homo vanus interceſſit. Metuebat vt ſeni ſuccederet, ſi Cophthis ad Romani Pontificis obſequium reductis, ſucceſſorem deſignandi ius penes illum eſſet. Vnius hominis

Ægyptiaca, ſeu Memphitica eorumdem Io. Eliani & Io. Bruni.
1580. 41.

Synodum ibi habent Gregorij 13. nomine.

hominis libido, vniuerſæ Genti ſępe fraudi eſt. Captantur effugia, obtendantur vanæ morarum cauſæ: atque interea pro Exploratoribus Iudicem apud Turcam delati Socij, dantur ad vincula. Beneficio fuit ſimile, præſens mortis periculum quinque aureorum millibus redimi. Infortunij admonitus, ſummam eam numerari Pontifex iuſſit. Sed rurſum perfidia. Iudicis Turcæ ſucceſſor Socios iam liberos *Vexati redeunt Romam.* ſiſti iterum voluit, & tanquam corruptus ille fuiſſet, cauſam ab ſe recognoſci. Itaque ſatiùs viſum eſt Chriſtianis, innocentes ſubmoueri. Igitur clàm in Vrbem remigrarunt. Angolanam Expeditionem redintegrauit Sebaſtianus Rex, iuſtæ ſtudio vindictæ, & propagandæ Religionis. Paulum Diazium antea Legatum cum Socijs miſerat. Contumelioſè à Dambio Angolanorum Rege habitum, ac demum in Luſitaniam bono dolo regreſſum, eòdem ſed armatum remiſit. *Angolana trium Sociorum.* Addidit è Societate Patres alios tres, & è Luſitanica nobilitate Pubem. 1578. 39. Illos Indigenarum ſalus ęterna, alios Argẽtifodinæ trahebant. Loandam Claſſis appellitur, Regis quidem Congienſis, ſed Luſitano fęderati Inſulam. Ad Bengonis & Coanzæ fluminum concurſum ſita eſt. Pecoris & concharum diues. His Gens ad commercia pro nummis vtitur. In ea Oppidum à D. Paulo Diazius, Sedem Socij condunt; & *Sedes in Loanda Inſula.* propagant Chriſti Legem per Inſulæ Pagos. Septeni erant modò. At præcipua cũrarum, Inſtitutio militis Luſitani. Eius præſertim gratiâ venerant. Paulus ad probitatem perpoliri ſe non ſinebat modò; quin & ſe vltro totum pręberet. Religione, fortitudine, prudentiâ Dux clarus. Singulas probabit in tempore: nunc prudentiam. Quilongus Dambio Regi ſucceſſerat. Et Paulus eius amicitiam muneribus primùm, ſubſidioque in aduerſarios ei Sobas opportunè captauit. Benefactis inita quadriennio perſtitit. Sed auaritiâ breuî opprimetur; & oppreſſa excitabit incendia Bellorum. Ad Socios ſua ęrumnarum pars quoque pertinget. In Abaſſiam Expeditio Goâ hoc tempore nulla potuit vel tentari. Aditus omnes, Turcæ inſidebant. Per eam diuerſę ab Ouiedo Patriarchâ, Socijſque ſuſceptæ. Peracerbæ omnes, & periculi vt la-

Annus *Chriſti.* *Societ.*

vt laboris plenæ. Cum elementis, cum feris, cum Barbaris, cum fame luctandum. Et Ouiedo neque ſic fracto, calculus innaſcitur. Haud animus concidit: promptus quoque ad perſtandum annos etiam triginta. Cęleſtis ei Expeditio à

Obitus Ouiedi. Æthiopici Patriarchæ. 1579. 40.

Summo Imperatore decernitur. Facilis & deſiderata vigeſimum nunc annum Æthiopicas peragenti. Fremonæ, crudelis morbi violentiâ interijt. Sepulcrum luminibus prodigijſque celebre, Indigenæ Thure varijſque donarijs frequentant. Iuſiurandum dicturi, illuc ducuntur ad obligandam fidem loci religione. Socij eius quinque, nec moribus abſimiles, pòſt & ſenſim obiêre.

CAPVT V.

Expeditiones in Septentrionem.

Tranſyluanica. 1577. 38.

EArum prima, Tranſyluanica eſt. Author, ipſemet ditionis tunc Princeps Stephanus Battorius, Catholicæ rei aſſertor. Itaque in Arianos & nouarum Hęreſeon aſſeclas ab Prouinciale Auſtriæ Laurentio Magio, ab Mercuriano, ab Gregorio Pontifice Socios poſtulauit. Interea vocatus ad Poloniæ Regnum, Societatis aduocandæ negotium iam ceptum, Chriſtophoro Fratri cum Tranſyluania relinquit. Nec defuit hic, religione ſimilis Fratri. Adueniunt Socij: & omnium moderator Ioannes Leleſius. Comprobatur Aduentus in Comitijs publicis. Fundatur

Colleg. Claudiopolitanum. 1579. 40.

Claudiopoli Collegium & Academia. Retento Albæ Iuliæ Leleſio, Sigiſmundus Chriſtophori Filius ſeptennis ac heres, bonis moribus inſtituẽdus traditur à Patre. Reclamabat Hęretica Mater, rũpebantur eius Miniſtri, ne aliquando Catholicũ haberent Prĩcipem. Et breuî quod verebantur euênit. Lethali corripitur morbo Chriſtophorus; ac de vitâ deſperans, Societatem Filio, & hunc illi, tũ vtriq; Catholicos commendat. Morienti ad extremum vſque Leleſius adfuit, & funus noſtri in Collegij Templo curauit Stephani iuſſu. Nolebat

lebat

ſebat optimus Rex, in Hæreticorum Templo, impijs ritibus & cadaueribus, Catholici fratris corpus inquinari. At mox ab illis dirutum eſt Templum, quod ſuo ad Principis ſepulturam præhabitum fremebant. Collegium quoque lapidibus; Socij, & qui ad eos adibant, petiti conuitijs ſunt. Spernebatur Nouennis ætas Principis, eò per Proceres adducti. Tumultum tamen fregit præſens Pueri Majeſtas, authoritate pręſertim Patrui ſubnixa. Stephanus apud ſeditioſos interceſſerat. Ternos quoque Polonorum filios ad Leleſium cum Sigiſmundo erudiendos miſit. Iam addebant & ſuos Tranſyluani, Magiſtrum illis eum optantes, cui antea Principem ſubmouêre decrêrant. Teneris mentibus ea Diſciplina valuit. Ex ijs aliquot Hęreſim poſuêre, quâ adſperſi acceſſerāt. Reſtituta Templo, & Collegio omnia ſunt. Et Claudiopoli Seminarium præcipuis Iuuenum erectum eſt Gregorij Pontificis, & Stephani Regis annuo cenſu. Contubernium inſuper tenuioribus ab Sanctiſſima Trinitate appellatum. At Albæ-Iuliæ Poloni ære, Domicilium conditum. In Siciliam Excurſiones ſuſceptæ maximo fructu. In Turciæ quoque fines penetratum. Illîc Catholici plerique omnes. Hic ad Catholicos adducti anno vno Pagi ſexaginta. Sed Stephani morte tam præclarè cepta corruerunt. Suecica Expeditio ſimul cum Tranſyluanica cepit: ſeptenium pariter tenuit, ferè ſimul deſitura. Procurauit Catharina Regina, Sigiſmundi Auguſti Poloniæ Regis Filia, egregiè Catholica. Nuptui data eſt Ioanni Sueciæ, at diuerſæ religionis, Regi. Addita cautiô, vt Catharinæ Catholico more viuere cum familiâ totâ, liceret. Legatum igitur illa in Vrbem miſit, qui Hozij Cardinalis interuentu Sacerdotes ſibi duos à Mercuriano poſtularet. Eorum alter ei ab Sacris & Confeſſione noxarum, alter à Concionibus & inſtitutione liberorum & familiæ eſſet. Staniſlaum Varſouitium deſignauit Euerardus, iuſſitque ei Socium addi ab Prouinciale Polonię Ioanne Campano. Vterque ingenti gaudio Stokolmij Regia Vrbe exceptus, & fructu Reginæ & Filij Sigiſmundi. Nam hic Catholicè educatus à noſtris, religione ſibi

Ab Hæreticis vexatur.

Reſloreſcit.

Contubernijs ſtabilitur.

Sedes Albæ Iuliæ.

Suecica.

Staniſlaus Varſouitius cum Socio Stokolmiæ Metropoli Sueciæ.

Annus	
Chriſti.	*Societ.*

viam aperuit ad Poloniæ Regnum, in quo diutinæ & felicis Dominationis Rex, illam in Hæreticos gloriosè ſuſtinuit. Quin eius etiam Parens, Ioannes, Sociorū colloquio aperiebat oculos mentis: Et ad errorum, quibus tenebatur, Capita Gregorio Pontifici proponenda, Legatum in vrbem miſit. Lætus eâ fiduciâ Pontifex in ſpem venit reconciliandi

Item Ant. Poſſeuinus.

1578. 39. Regis. Ideoque Poſſeuinum in Sueciam deſtinat cum Apoſtolici Nuntij poteſtate. Inclinatum animum Regis grauiter Poſſeuini præſentia, & oratio ſuccuſſit. Et ad veritatem agnoſcendam pertraxiſſe argumenta nec vana indicant: Vaſtanenſis Cœnobij Virginum Nobiliſſimi per Ioannem reſtauratio; tum facultas, quâ Puellæ viginti vota Poſſeuino accipiente profeſſæ, reſtauratum incolerent; Theca dein argentea ad aſſeruandos S. Brigittæ cineres, Regis exornata ſumptu. At ne plus manifeſtè monſtraret, ſeditionis metus cohibuit. Nam quamuis ad Catholicam religionem haud pauci, Sociorum ope tranſierant; ſuperabant adhuc numero longè Lutherani, aliorum commutatione feri, & in Regem illius authorem, proterui. Vigebat tamen in noſtris vberioris ſpes fructûs, quam dein Catharinæ inopina mors penitus euertet. Anglicana Suecicam conſecuta eſt. Major illius neceſſitas, amplitudo, diuturnitas. Expulſi è Regno fuerant crudelibus Eliſabethæ Edictis pœniſque, Catholicorum haud pauci. Cæteris qui ſupererant, ſtructi carceres noui, conſtituta emptaque iudicia, paratæ mortes feminæ violentiâ, Eccleſiæ caput ſe ferentis. Conſiliorum atque hortamentorum inter tot aduerſa, toto perinde Regno, vt Sacerdotum, par inopia. Nam in hos præſertim, pleræque legum cudebantur. Nec calamitatis finis è propinquo apparebat, ad hæc vſque tempora producendæ. Sacrum ius quam impiè vſurpatur, tam ègrè dimittitur. Vſurpati abdicatio, pro condemnatione eſt. Miſerorum litteræ, acuerant in animis Sociorum ſubueniendi voluntatem. Et Mercurianus Gregorium iam antea inclinatum perpulit, vt Angliæ Apoſtoli affectum promeret, cuius nomen gerebat. Prompſit, & expeditè, & magnificè. Seminarium primò Anglorum

Reſtituitur in Suecia religio.

Catharinæ Reginæ obitu concidit.

Anglicana.

Inuitantur Socij à Catholicis Angliæ.

1579. 40.

rum

Annus

Chriſti. *Soc. et.*

rum Duacenſe nouis cēſibus fulcijt. Erexerat Alanus, poſtea Cardinalis, animo ſatis magno & pari paruis cenſibus ſumptu. At Romanum eidem Genti poſuit, multo tunc quidem illuſtrius. Alumnorum ſexaginta non neceſſitati modò, ſed etiam commodis, & delectationi liberalitas Gregorij proſpexit. Fundus, cenſus, villa: ſupellex ſacra, Muſica, Libraria, tum & Sociorum cura, inſtructos vegetoſque reddebant ad arduas in Patriam Miſſiones.

Seminarium Anglorum Romæ à Gregorio 13. conditum & Socijs traditum.

Illuc Duces Mercurianus præmiſerat Robertum Perſonium, & Edmundum Campianum. Magni vterque animi, & eruditionis. Perſonius vt ſolertiâ, ſic authoritate in Socium ab Euerardo traditâ, potior. Egebat eo fræno incitatus Campiani ad Martyrium impetus. Et hunc intenderat Socij cuiuſdam, viri ſanè optimi factum. Supremâ nocte quàm illi diſcederent, lecto repente proſiliens ad Cubiculum Campiani, Carbone illum Martyrem ſcripſit. Lemmati fidem, deſiderium adſtruxit. Euenturam felicitatem credidit quam optabat. Itaque nec Audomaropoli attinere eum potuêre, qui ne pergeret, haud vanè hortabantur. Pendêre quippe Eliſabethæ iuſſu in Angliæ Portubus vtriuſque imagines, quas cum appellentium quorumcumque facie, homines certi compararent. Perrexerunt; & Inſulam inierunt: Et quòd ignoti, pœnituit Edmundum. Infelicem ſe, vel Martyrium paruo æſtimantem arbitrabatur, cui tanta laus haud derepente obtingeret. Ingentis boni præpropera numquam poſſeſſio eſt.

Rob. Perſonius, atque Edm. Campianus in Angliam à Mercuriano deſtinati.

1580. 41.

Campianus igitur ſeipſe prodit litteris ad Regios Senatores datis. Vni ſibi cum vniuerſis Puritanorum miniſtellis diſceptandi copiam poſcebat. At illi repulsâ oſtendunt, quàm ſuæ cauſæ diffiderent. Campianus autem ſtylo dimicat; voce prohibitus. Rationes decem in illorum ſuperſtitionem excuſo publicat libello. Is laudem per Angliam & omnem Europam tulit; & apud aduerſarios inuidiam boni facti comitem. Notæ eruditionis & probitatis Vir Muretus, auſus Romæ eſt aureum illum, & digito Dei ſcriptum dicere. Illo velut Claſſico excitati ſunt Angli. Chiarcus, Haumerius volumina in Libellum illum vnum,

Ardor Campiani & eruditio.

Et fama.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Elizabetha verò, Edicta in Authorem & Socios effundunt. Omnibus hic ſufficiebar; Alanus tamen ſuccenturiatus acceſſit, Libro refellens Edicta. Sed Perſonius Campiano metuens, parêre eum Socio Laico iuſſit, qui eum famuli habitu ſequeretur & regeret.

CAPVT VI.

Belgica Societatis Officia atque Proſcriptiones.

DVm Sedes per Septemtrionis extrema Societas quærit, Belgicis ſenis depellitur. Inſidebat octonas. Vniuerſis exigi maluiſſent, qui putabant & odioſè iactabant, aut Ieſuitis aut ſibi Belgio cedendum. Duplex odij cauſa, Pontificiæ Authoritatis propugnatio, Amicitia Hiſpanorum. Illam Socij gloriæ ſibi ducebant: Hanc confitebantur, ſed pietatis officijs partam & contentam, qualem aſſolent apud alias gentes. Ab Hiſpanis Antuerpiam primùm, pôſt & ad Albani caſtra euocati, ab iiſdem erant, vtiles quoque futuri Belgis qui vterentur. Quin Petrus Trigoſus Mechlinienſibus vltro Ciuibus, & maximè commodus extitit. Nam cum vrbem antea Orangio deditam recuperaſſet Albanus, milites fœdè triduo ſpoliaſſent; prædam fere omnem venum Antuerpiam miſêre. Viliſſimo (vt fit in copioſa & vltronea merce) veniiſſet. Trigoſus vetuit, & ſolerter. Nam Antuerpianis Mercatoribus ſuggeſſit vt omnia quaſi pretio emerent, eodem Mechlinienſibus reddenda. Viginti florenorum millibus per illos comparata, his reſtituta eadem ſunt, quæ centum æſtimabantur. Neque hîc bonæ procurationis finis. Veſtium, Cibariorum, ſupellectilis domeſticæ plurimum Trigoſus emendicauit à Ciuibus, nauigio ad Mechlinienſes miſit. Commiſerationem iam viciſſim Antuerpia merebatur, vicinæ vrbis miſeria. Iidem Socij præſtitêre, vel propriâ vtilitate contemptâ. Tumultuabantur Hiſpani ter mille, & infeſti nobile id Emporium

Sociorum Antuerpienſium erga Mechlinienſes Ciues officia.

1572. 33.

petebant.

petebant. Fidenter Trigoſus occurrit, acri etiam obiurgatione, ne pergant. Perrexêre ſtipendiorum dilatione exacerbati. Citra Patris, ſæpè aliàs auditi, reuerentiam hæc fuit. Excuſauêre neceſſitatem; ad fas nefaſque ea impellit; præſertim ſi tumultu res geritur. Admiſſi à Præſidiarijs in Arcem, ac inde in vrbem progreſſi, ſtipẽdiorum partem extorquent à ciuibus; partem accipiunt à Requeſenio Prorege. Iam diuites, aureorum ſummam ad Collegium mittunt eleemoſynæ nomine. At Socij repudiare, dum ipſi à ciuibus extorta reſtituant. Honeſta oratio viſa eſt neceſſitate ſubmotâ. Damnum reparauêre non pauci. Illorum æquitatem, Sociorum operam admiratus eſt, & laudari pro Concione Senatus voluit. Sed biennio pòſt, alia, aduerſariorum in Hiſpanos, & Societatem odium graue reſuſcitant; Repetita iam ter illorum intra biennium importuna ſeditio. Tum Traiecti ad Moſam, Aloſti, ac demũ Antuerpiæ ipſius triduana, nec ſine ſanguine & flammâ depopulatio. Quid per eam Socij? Ciuium etiam ſibi aduerſantium multos clàm in Collegium admittunt, & ſubducunt gladijs Hiſpanorum. Alijs pecuniam, veſtem, cibum ab ditioribus corrogant, aut de ſuo proferunt. Nam Collegio Hiſpani manum & pedem abſtinuêre religione, & moderationis oſtentu. His tamen Belgio per Ioannem Auſtriacum dimiſſis, aduerſarij dimitti & Ieſuitas volunt. Cauſas antea captarant finxerantue ſpecie tenus idoneas. Latêre apud nos Hiſpani militis ac pyrij pulueris vim, ad incendium ac cædes. Sed Collegiorum, per exploratores accurata inſpectio, calumniam aptè diluerat. Scommatum igitur in Socios, lapidum in Tecta & feneſtras coniectione, libellorum infamium vulgatione, iniuriarum multiplici genere agi, iam cęptum. Simul cum vexationibus Patriam fugituros ſperabant. Sed dudum præcauerat Balduinus ab Angelo Prouincialis: ne Socij malis cederent, ne vrbibus exirent Magiſtratuum iniuſſu. Neu quiſquam pelliei ſe ad vlli iurandum fineret. Hâc demum patuit ad electionem via. Iuſiurandum Orangius cuderat, ſuorum artibus ac tumultu, additus Archiduci Matthiæ, conſtituto

Erga Antuerpienſes ipſos Ciues.

1574. 35.

1576. 37.

 per

Annus Chriſti. Societ.

per Belgij Ordines ſummæ rei Præfecto, Vicarius appellatione, re autem verâ Pręfectus. Illo, Ioānes Auſtriacus eidem Pręfecturę impoſitus à Rege, Hoſtis dicebatur. Ita iurauerant diuerſi Ordinis Homines. Fraus vel metus induxerat.

Depulſio Antuerpiâ. 1578. 39. Abnuentes Socij pelluntur ex vrbibus. Antuerpiâ ſedecim, atque Traiecto pauci. Inierant, duodecim antè annos Henricus Dionyſius, atque Coſterus. Inuitauerat Gerardus Grosbekius Leodienſium Antiſtes, & Traiectentium Epiſcopus ac partim Dominus. Illis materies operæ ingens, & ſucceſſus, Bellicos inter motus; ſpes Collegij, tenuis. Sed ea benigno velut ſolo, inter procellas effloruit. Et quadriennio iam illud ſteterat, quando communi cum alijs Collegijs turbine proſtratum eſt. Ad Leodienſe aduerſo Moſâ, & ſecundo exitu fugerunt exules.

Traiecto. Nuper Gerardus idem ipſe condiderat, Sacerdotijs Seueriano & Munacenſi attributis. Ad habitationem Erneſtus Bauarus, Gerardi ſucceſſor, Cœnobium addidit, & ad Gymnaſium, veteres Adoleſcentis olim Mercuriani formatrices Scholas. Ex Antuerpienſi qui depellebantur, ad Louanienſe, ſed inter armatos, & mortis pericula peruenêre. Et Andreas Boccatius ſacrarum Hoſtiarum Thecam argenteam, per Hęreticorum Templo inundantium Turmas, ab arâ palàm aſportans. Præſidium militum in Sicariorum inſidioſam vim, Matthias Archidux Mechliniâ pergentibus conceſſit. At depulſionem iniuſtam breuì Deus lue vlciſci viſus eſt. Ea & egredientibus inſultantium Chorum, & Nebulonem qui ſtramineum faſcem, notum peſtis indicium, Collegio appenderat, oppreſſit.

Tornaco. Pro Tornacenſi Epiſcopus, Clerus, Senatus apud Gubernatorem interceſſère. Fecerat illi Orangius retinendi poteſtatem, ſi Ciues paterentur. Sed inexorabilem præſtitit ſe virili contumaciâ iuuenis Gubernator. Quare, Ciues ad iuſiurandi promiſſionem ſaltem Socios hortantur. Sed hi eiuſmodi inuolucra & Sacramenti ſpeciē auerſati abiguntur, & Iuniô

Duaci. ineunte abeunt, plerique in Galliam. Apud Duacenſes hęſit Mortanius Rector. Quibus nec longior quies quàm menſiū quinque. Tenebriones Hęretici, aut Hęreticorum fautores,

 dudum

dudum Socios fatigârant iniurijs. Innocentes apertâ vi depellere, non ſinebat illorum ſpectata virtus. Vbi ſic nihil obtinent, ab Senatu Proſcriptionis Edictum extorquent armati: & per vim damnatos extra vrbem ducunt. Fremebant eo ſpectaculo Ciuium optimi, & Academicorum plerique. Et Colpinus Doctor Socios diabolico impulſu dimitti palàm clamitans, deducentium odia & minas incurrit. Quin mortem intentantibus ſi pergeret, ceruicem offert. Academici interim Magiſtros noſtris in Scholis conſtituunt, ne ſcholæ noſtrorum abſentiâ ſoluerentur. Nec diu ſuppletum eſt. Poſt Hebdomadas tres, vtriuſque Senatûs conſpiratione, fracta improborum ſeditio concidit. Tunc verò omnium bonorum felici acclamatione, & Ciuici Præconis clangore reuocati Socij ſunt, & Collegio reſtituti. Factum hoc Cameracenſibus quoque opportunum accidit, vrbe denique expulſis. Euicit egreſſum indigna vexatio, poſtquam vis nondum ſucceſſerat, vanas illius imperandi cauſas refellente Collegij Miniſtro. Aberat Eleutherius Rector. Sed Anno pôſt, Equites denos, ſeditioſorum Anteſignanus, paucis Socijs domi alendos obtruſit intolerabili ſumptu. Intolerabilior eorum petulantia. Itaque Duacum ab illis diſceſſum eſt. *Cameraco.*
A Brugenſibus Audomaropolim quæſitum perfugium, ad egreſſum, repudiato quinquies iureiurãdo, damnatis. Collegium in celebri Vrbe octennium ipſum inſederant. Sedem antè acceperat Robertus Clayſſonius Patriç quoq; reſpectu, & Præſulis Petri Curtij, inuitantis. Erexerat Remigius Druitius Petri Succeſſor. Bonorum fortitudine Audomarenſis Societas perſtitit. Nam pridie quàm abcederet, illorum Cuneus in Curiam conuolat, & Senatum reuocare cogit egreſſionis Edictum. Tum & Ciuium, qui iuramento ſubſcripſerant, Syngraphas extorquet, & medio in foro cremat. Ita ſenis è Collegijs Belgij, annus idem expulit Socios; haud vnus reducet. Dionantenſe ſuâ tenuitate deſierat, inopiæ decennio toto colluctatum. *Brugis.* *Non Audomaro.* *Dionanto antea, ſed ob inopiam.*

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT VII.

De Cætera Societate.

Germanicæ Societatis quies. GErmanicæ maior quàm Belgicæ, quies. Per hanc Opus alterum,quod Deiparæ laudes cõtinet,Caniſius abſoluit; ediditque Alberti Bauariæ Ducis auſpicijs. Editum deprædicarunt, Cardinalis Hozius, & ipſe *Opus Caniſij de Deiparæ laudibus.* Gregorius Põtifex. Mercurianus obtulerat ſuo atq; Authoris nomine,cui iam ab tertio Opere, Petri Apoſtolorũ Principis vindice, vacationem petijt. Annuit Pontifex emerito, & ſeneſcenti Scriptori. Ita hic velut vacuus, ad Conciones commodatur Guillelmo Alberti filio, pòſt ad ſacras Confeſſiones Furſtenbergio Comiti. Dein Friburgum Helueticam vrbem à Franciſco Bonhomio Pontificis Nuntio, fundandi *Colleg. Lucernenſe.* Collegij gratiâ ducitur. Suum Lucernates antea de Grego- *1577. 38.* rio Mercurianoque contenderant. Et miſerat hic ad eos Germaniæ Prouincialem Hoffæum. Tantis authoribus cepta ſunt ea in Gebennenſes, Loſannenſes, Bernates Hæreticos, Propugnacula Catholicæ religionis. Friburgenſes vnâ *Friburgenſe in Heluetia.* tantùm Bonhomij authoritate Caniſium excepêre. Odium ei apud quoſdam, Inſtituti ratio fecerat. Mox pręſentiâ, & *1580. 41.* vſu gratiſſimus, ſeptemdecim ibi annos, & ad mortem vtilis manſit. Mutuis inter ſe Officiorum vinculis nectebantur. Par in Auſtriacę Societatis Prouinciâ ſerenitas. Adſpirabat *Obitus Io. Rhetij & Leon Keſſelij.* Rudolphi, nuper Cęſaris, fauor. In Rhenanâ, Infortunium triſte Colonię. Socios tres vinculis elapſus neſcio quis, per *1574. 35.* furorem occidit. Sic Bina Collegij lumina,Ioannes Rhetius atque Leonardus Keſſelius,extincta ſunt. Diuturniore vita, & mitiore fato digni ſunt viſi. Sed virtus lucet ſeipsâ, lethi genere neque enitet,neque obſcuratur. Tertij nomen haud æquè proditum eſt. Doctorem Keſſelium ſecutus eſt vno pòſt anno Doctor Ledeſma, ſuum in virtutis Scholâ Magi- *Iac. Ledeſmæ.* ſtrum. Sapientia vtrumque ad ardua impulit, & Ledeſmam *1575. 36.*

ad di-

ad diuerſam, ſed glorioſam necem. Per Iubilei tẽpus, è Collegio Romano in Pœnitentiariam Domum accitus eſt ad ſoluendos conſcientiarum, quos Peregrini proponebant, nodos. Soluit ſemeſtri operâ, & omnibus fortunatâ, prçterquam ſibi. Perpetuata contentiò apoſtema ei in capite, & lethiferum extudit, & abſtulit vitam. Altero pòſt anno, Alterum Romanæ, immò vniuerſæ Societatis Lumen, Ioannes Polancus occubuit. *Et Io. Polanci.* 1577. 38.

Stellam dixiſſes è fixis vnam. Tam nullos aduertiſſes motus in ſedatiſſimâ mente, & perturbationum experte. Rara laus in magno æſtu curarum. Vnus propè in Domo Profeſsâ gerebat omnia: Aſſiſtens, Admonitor, A Secretis ſub Ignatio, Lainio, Borgia: Hoc vitâ functo Vicarius Generalis, & ſub eius ſucceſſore Euerardo, Siciliæ Inſpector. Libellorum quoque vtilis Scriptor. Ijs ſuperbos præſertim, Lethalibus culpis immerſos cieuit ad frugem; & morti proximos, propoſito vtriuſuis Æternitatis momento. Pœnitẽtiariam nunc Domum ab Pio IV. impoſitam Borgiæ, excutere varijs de cauſis Mercurianus ſtudebat. Gregorius vetuit. *Per Greg. 13. Pænitentiaria Domus attineri iuſſa.* Simulque Profeſſæ, & Collegij Romani penuriam corà m admirans, ad diſſoluenda nomina pecuniam dedit. Suam quoque contulêre Cardinales. Litterariam rem Romæ attollebat Magiſtrorum fama Bellarmini, & Gabrielis Vaſquij, tum deinde Franciſci Suarij. *Profeſſa Domus atque Coll. Romanum adiuuantur.* Bellarmino Controuerſias tradenti, aures commodabat denſus Auditor, & Radziuilius Cardinalis. Deſcribebant plurimi per Septentrionem. Nondum editas Hæreticorum vnus allatrare ceu Lunam Canis, Witakerus eſt auſus; & præter vocem, ſtylum quoq; in eas ſtringere. Sed velut facem euentilatio, ſic eaſdem oppugnatio magis illuſtrauit. Laudare Iunius, & Hæreticorum alij, & merito Authoris, & ſui nominis ſtudio, maluerũt. Tomus itaque primus prodijt, Mutij Vitelleſci, & aliorum Cenſorum arbitrio. *Controuerſiæ Bellarmini.* Contrà, Bellarmino recognoſcente, Alphonſi Salmeronis Opera lucem quoque viderunt. *Opera Salmeronis.* Pleraque per Concionum reſpiramenta, 1579. 40.

& Neapolitani ſeceſſûs otium ſcripſit. Italica Societas reliqua, & Hiſpanica omnis, proceſſu rerum ſecundo ibant.

Annus Chriſti. Societ.

Illam Principes, & Gregorius præſertim Pontifex; hanc Philippus Rex tegebat;& proferebat ad Inſulas vſque de ſuo nomine appellatas, & ad vltima vtriuſque Orbis. E ſuorum funeribus Regum, dolorem cepit Polonica, Luſitanica, Gallica. Acerbum hæc è Caroli IX. Nam ſimul ſpes amplæ meſſis occubuit. Sementem iecerant per Regnum Socij: & è Pariſienſi Collegio Maldonatus Pictauium, Henricus Samerius Rupellam, Poſſeuinus Rotomagum, Manaræus Dieppam progreſſi, ad reducendos ad Fidem, qui aberrarant. Atque hic vnus ex eo Emporio quater mille, & breui reduxerat. E Catharinæ autem Gynecæo Reginæ, per Hebdomadas aliquot, Feminas Principes haud paucas. Venenum temere acceptum, citò expuêre ſub Medico pręſtante. Curari iuſſerat Catharina priuato ſermone. Henricus Nauarrę Rex, Princepſque Condęus, nondum maturi ſunt viſi. Sexûs ingenijque firmitas, feſtinatæ inſtitutioni reſtiterat. Pridiè cepta eſt quàm reconciliandi cum Eccleſia credebantur: ac inter inſtituendum, obſtrepebant Miniſtri Caluiniſtæ. Ita prouiderat Manaręus, à Catharina, & Cardinali Borbonio negotium ſolus aggredi iuſſus. Hoc boni, Henrico per filiæ Margaretæ nuptias illa iam Socrus; hoc inſuper Condæo Cardinalis, vtrique Patruus, optabant. Maldonatum igitur Socium, & è Sorbonæ Doctoribus Simonem Vigorium, Narbonenſem dein Archiepiſcopum, alioſque tres ad Catechiſmum Principibus ijs tradendū aſſumpſit. Catechiſmi exitus diuersè acceptus eſt. Socijs certè ceſſit ad Præſidium, & famam. Verebantur iam Aduerſarij, tantis adhibitos rebus vltra perſequi. Et Pariſienſium vexationes Scholarum, impetu per decennium ſeneſcente, languebant. In eas omnis propè Ordinis Homines: & ſimul Declamatores decem. Maximè ardens Stephanus Paſchaſius non Clientum modò causâ. Patrocinium aliquod in Curia ſuprema inuentum eſt. Præſes eius, Tullenſis, opportunum impendit, concitatiſſimam litem remittens ad Concilium Regis. Poſſeſſionem interim nobis permiſit, impugnationes ſolerter eludens. Torrentem proniùs deriues, quàm ſiſtas. Quin & con-

Per Galliam Excurſiones.

Pariſienſis res quietior.

Annus Chriſti. Societ.

& conſequens in Catholicos Academiæ Magiſtros, Hugonottorum violentia, cauſam Sociorum adiuuit. Quod ſupererat acerbitatis, publicâ vtilitate dilutum eſt. Pudebat iam odiſſe eos, quibus operâ refloreſcentem in Scholaſticis Iuuenibus ingenuitatem morum, decem iam per annos videbant. Videbant & Burdigalenſes in reducendis Hæreticis conatus Sociorum proſperos. E familijs mille ducentis, multæ redierant: redibunt ante nouennium propemodum reliquæ. Cæterarum per Galliam Sedium labor, adæquè feruebat. Meſſem, Caroli IX. Obitus, & Henrici III. ſucceſſio bellis retardauit. His, vt propugnetur religio, haud æquè profertur. Ad eam Pariſijs tutandam fundendamque, Cardinalis Borbonius, Profeſſam Diui Ludouici Domum quadriennio pòſt ponet. Polonica, doloris plus, quàm damni, mutatione Regum ſenſit. Sigiſmundus Auguſtus ſerò cognitæ, ſerò fauerat; ſed largè, nec diu. Henricus, Caroli IX. Regis frater, fauendi opportunitatem è Polonia Fraternum in Regnum fugiens, abſtulit ſecum. Stephanus Tranſyluaniæ Princeps ei ſuffectus, voluntatem ſimul aduexit, ac intendit Regiæ dignitatis acceſſu. Quin & in opportunitatem incumbens, Sociis Collegia firmauit vetera, noua per Liuoniam, Ruſſiamque molitus eſt, & ad vice-Prouinciam Sedes breuì ſuffecit. Sebaſtiani Regis in Africam expeditio, metum Luſitaniæ Socijs attulit, cædes dolorem. Illorum ad probitatem documenta ſeruarat: felix ſi & conſilia, ad Bellum periculi plenum. Dehortabantur ipſi, & Philippus II. Hiſpaniæ Rex, ſanguinis affectu. Tum & alij, triſtes infelici Terræ credi ſpem vltimam inuictiſſimæ Gentis. Nec fortuna nimios virtutis impetus proſperauit, neque religio texit longiore vitâ dignum. Vix attigerat Africam, quando immitem ſenſit: ſubitò cęſus, non victus, quia oppreſſus numero. Duos inter Maurorum Reges corruit, in quorum alterum ibat, alterum reducturus in Regnum. Cædem occuli dignam ab ipsâ longè Braſiliâ Ioſephus Anchieta proſpexit: Diu non tulit Simon Rodericius, vnus inter Socios Ignatij primos. Nempe ne non noſtri infortunium Patroni, hic

Academiæ ſplendor.

Burdigalenſis Collegij ſucceſſus. 1574. 35.

Domus Profeſſa Pariſijs. 1580. 41.

Vice-Prouincia Poloniæ.

Luſitanicæ Societatis Mæror.

1578. 39.

Annus *Chriſti.* *Societ*

1579. 40. cominus ſentiret, ille eminus noſſet. Oliſſipone Simon haud diu poſt Regem exceſſit, Epiſcopatus quoque Conimbricenſis olim contemptor. Cardinalis Henricus Sebaſtiani Propatruus & Heres, Solatium afflictæ Societatis breue: immo doloris augmentum. Senio, ſeptemdecim poſt menſes extinguitur. Lenimentum geminæ mortis, vnus ad Regnum, nec ſine bello, ſucceſſit Philippus Rex. Et confidentiæ in Socios argumentum, initiatus dedit.

Indicæ officia.

Orientis Indias tenebant Luſitani, publicæ mutationis ignari. Conciliandi erant Caſtellano. Conciliauêre Socij non paucos: & ad Regnicolarum exemplum, inuitauêre ad iurandam Philippo fidem. Amacaenſes Luſitani aberant ab Europâ longiſſimè. Ad eos Manilâ perrexit Alphonſus Sanctius. Eo hortatore, illius vrbis Præſidiarij Sacramentum Regi dixêre.

Americanæ Prouinciæ tres.
Peruuianæ Collegia.
Limenſe.
Cuſanum.
Pacenſe.
Braſilicæ
Bayenſe.
Pernambucenſe, & S. Sebaſtiani.
Mexicanæ.
Mexicanum.
Mechoacanum.
Guaxacanum.
Angelopolitanum.
Miſſio ad Argenteum Potoſij Montem.

Americanæ Societatis labores Deus proſperabat, ſupplebatque paucitatem Operarum. In Peruana Prouincia ſeptuaginta. In Braſilica centum viginti. In Mexicana centum: & Collegia quatuor. Braſilicę, numero Sociorum cedit, Collegiorum anteit. Peruanæ præcipuum Limenſe eſt. Philoſophiam, vulgari etiam ſermone tradebat. Miſſionũ præcipua, Potoſina. Mons ibi eſt argentifodinis nobilis, immò argenteus. Quatuor in eo pretioſi metalli nitent venæ. Singulæ binas vlnas latæ, trecentas profundæ. In ramos primùm plurimos; tum in fibras innumerabiles deſinunt. Vitiorum, haud pauciores Fontes ex omnium ferè Gentiũ affluxu. Trahit vi pluſquam magneticâ mons ferè totus Argentum.

1575. 36. Amplus eſt milliaria quinque; circum ſe vrbem deſpicit. Indorum ibi vtriuſque ſexûs, materiam eruentium atque portantium, millia octoginta; Hiſpanorum, quatuor. Paſſim luxus, ludi, libidines: quaſque in tantâ copiâ demirêre, multiplices vſuræ. Nuſquam alibi inexplebilior fames argenti. Nec tolli ea vel ſupplicijs vitia poterant roborata diuitijs. Sociorum adhortationibus multa ceſſerunt. Sed deinde repullulantibus, Collegium adſtruetur. Braſilorum conuerſioni, feritas & magia adhuc obſtabat. Interdiu ſe retrudebant in ſiluas, Luſitanorum, & captiuitatis metu. Sub no-

ctem

ctem, leporum more, prodibant ad proxima Oppidis loca. Neque ſat tenebris ſiſi, torrentium diſcrimina quæritabant. Hinc laborioſa Sociorum ad eos profectio. Sed moleſtiam vtilitas leuabat. Anno luſtrati ſalutaribus aquis, valentium quater mille, infirmorum innumerabiles. Efficax, vel apud Tamuyas, hortatrix fuit, hęc pręſens moriẽdi neceſſitas. Sæuiſſimi ſunt Barbarorum: ac nouiſſimè ad Ianuarium Flumen Bello deuicti, ex Anchietę vaticinio. Luſitanorũ Caſtris aderant Balthaſar Aluarus, Ludouicuſque Conſaluus Socij. Ad Caput vſq; frigidum illi victoriam, Chriſtianąm hi Legem protulêre. Quingenti captiuorum Infantes baptiſmo ſimul luſtrati ſunt: Tamuyæ autem centum viginti. Alios latè populos Prodigiorũ vis adduxit. Reddita Puero, & adulto alteri vita; & impij Brachium, ad Sociorum aliquem cõprehendendum porrecti, ſubitò rigeſcens. Expiati autem Europęos vincebant, amenitate morum, & Legis, quam profitebantur, cultu. Mitium pomorum ſurculi quidam, ſpinis inſiti feliciùs, quàm in ſuo ſtipite germinant. Quiddam quoque eò conferebat, vis prodigiorum effectrix, quam in Anchietâ cernebant. Dignitatum adiumento, quas geſſit, cõſtantiores ille fructus ferebat. Sedi Sancti Spiritûs primùm, Vincentianæ nuper, Ludouici Granæ ſucceſſor Ignatius Tholoſus Prouincialis eum pręfecit. Nũc ipſimet Prouincię toti, Mercurianus. Egregias illius dotes norat Romam vſque famâ perlatas: & nouiſſimè Gregorij Serrani ſermone. Miſſus à Biennio fuerat ad Euerardum, petẽdę opis causâ. Mexicana demum Societas, expeditiùs longiuſque proceſſit. Inter cultiores Populos degebat. In Collegijs elucebat Europęorum nitor. Et in Mexicano, Academiarum decus & maieſtas. Hiſpanis ac Indis Diſciplinę pariter omnes tradebantur. Adeo in Americę Partem, Hiſpanię cultus & ſplendor cum appellatione peruaſit.

Annus Chriſti. Societ.

Baptiſmi celebres. 1577. 38.

Prodigia.

Religio Barbarorum preclara.

Ioſeph. Anchieta Braſiliæ Prouincialis. 1578. 39.

CAPVT

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT VIII.

Obitus Mercuriani.

Febre vehementi extinctus eſt. Extincturus eam ipſe, Indolis ſedatiſſimæ vir, ſi non ſenex & per Caniculæ æſtum eâ occupatus. Annum ætatis ſextum & ſexageſimum, ſummæ Præfecturæ agebat octauum. Lethalem ſenſit morbum. Ne improuiſum experiretur, totius vitæ maculas eluit confeſſione noxarum. Ex eâ purgati iam animi conſcientiâ, gaudium ingens, quod ſuauitate ſuâ, vim obtūdebat acutiſſimi doloris. Demum ſibi optimè eſſe pronuntians, Deo & gratias egit, & ſe totum permiſit. Tum conuerſus ad Socios: *Cras hac horâ*, inquit, *Fratres, veram in me Imaginem mortis habebitis.* Nec vana vaticinatio. Nocte conſequenti, Sacramentis munitur ſupremis, & ad Socijs bene precandum, è pectore virium reliquum cogit. Pax & Concordia, ſuprema eius monita fuêre. Poſtridie Iulium Facium miſit Benedictionem à Pontifice poſtulatum. Annuit Gregorius, ingemiſcens tanti viri iacturâ. Situs modò infirmum eum prodebat. Cætera erant valentis: modeſtia, hilaritas, mentis vſus & ſenſuum: vitæ mors ſimillima. Mortuum quàm morientem citiùs vidêre, Kalendis Auguſti. Ignatium (ſi dierum rationem ineas) proximè ſecutus eſt, aſſecutus Fabrum.

Iacentis gaudium.

Prædictio.

Tranquillitas.

Mors 1. Aug.
1580. 41.

CAPVT IX.

Societatis ſub eo Status.

Quadrageſimus huic Corpori, per Mercuriani Præfecturam, Annus aduênit. Maturitatis eſt: & virile robur firmat Prudentiâ. Magnam à prudentiſſimo Capite Societas accepit, per Commiſſuras membrorum inter ſe: quas, Regularum diſcrimina, miniſterijs tenor præſcriptus,

ſcriptus, & euentuum obſeruatio, dedêre. Magnam opus habebat. Quippe & diſſecta nunc in Prouincias vnam & viginti; Stationes plures ducentis; Socios plures quinquies *Prouinciæ 21.* mille: Mox autem validè oppugnanda, quando Aduerſarijs *Domicilia 210.* non odio tantùm, ſed & formidini eſſet. *Socij 5000.* Prudentia ſingulos Præſidum, ad diſcriminum prouiſionem parabat, & ad eludenda, quæ innoxiè repelli non poſſent. Oriebatur autem è diuerſis, quæ Mercurianus vrgebat, inuentis. Procuratorum Triennalium è Prouincijs in Vrbem aduentu, & informa- *Procuratores triennales Romam.* tionibus quas ferebant, & Annuarum pro quadrimeſtribus *Litteræ Annuæ.* litterarũ. Domuum item Profeſſarum erectione; vnde præ- *Domus Profeſſæ 10.* cipuas ad res idoneum haberi conſilium poſſit. In Italicis maximè Prouincijs eæ modò cernebantur: & in ſingulis ſingulæ, Mediolani atque Neapoli: Venetijs antè ſub Borgia; Romæ autem ab ipſo Societatis exortu. Eam nunc mag- *Romanæ Templum* nifico imprimis Templo Alexander Farneſius Cardinalis *extrui cœptum.* attollebat. Pauli III. Patrui memoriæ poſuit, & affectui in 1575. 36. Societatem ſuo. Hanc ille approbatæ Religionis appellatione, proprijſque Decretis ornauit; hic primariam eius Sedem Baſilicâ diuinas ad res illuſtri. Loco nomen idem, quod Ordini, à IESV Duce datum eſt: Initium ſub Mercuriano, faſtigium demum ſub Claudio. In Sicilia, Germania, Polonia, Belgio, & ipſam extra Europam, penitus nulla. In Luſitania, Oliſſiponenſis; Pariſienſis in Gallia. Hiſpania vt Prouinciarũ, ſic Profeſſarum Domuũ numero præſtabat. Quaternę cenſebãtur; Valliſoleti, Toleti, Valentiæ, Hiſpali. Has, aliaſq; huius Militiæ Sedes, Obedientia firmabat. Hoc Præſidium Moderatoribus pariter commendabat Mercurianus impensè. Aberret Prudentia, quam non Obediẽtia duxerit. Quin qui ſe ei permiſerant, illam quoque, etſi ſimplices ac rudes, tenebant. Ioannes Ximenius argumento fuit, Domeſticus Adiutor. Ad Societatem inidoneum natura finxerat. Eâ receptus ſic ſe geſſit, vt eam ſapientiâ quoque illuſtraret. *Io. Ximenij Obedientia* Diuinam hanc in eo dotem Obedientia peperit, laudauit *ſapiens & Obitus.* Deipara ei ſe oſtendens; deprehẽdit & miratus eſt Balthazar 1579. 40. Alũares, Aragonenſis Prouinciæ Inſpector. Quin iuſſit ſuper menſam

Annus
Chriſti. *Societ.*

CAPVT VIII.

Obitus Mercuriani.

Febre vehementi extinctus eſt. Extincturus eam ipſe, Indolis ſedatiſſimæ vir, ſi non ſenex & per Caniculæ æſtum eâ occupatus. Annum ætatis ſextum & ſexageſimum, ſummæ Præfecturæ agebat octauum. Lethalem ſenſit morbum. Ne improuiſum experiretur, totius
Iacentis gaudium. vitæ maculas eluit confeſſione noxarum. Ex eâ purgati iam animi conſcientiâ, gaudium ingens, quod ſuauitate ſuâ, vim obtūdebat acutiſſimi doloris. Demum ſibi optimè eſſe pronuntians, Deo & gratias egit, & ſe totum permiſit. Tum
Prædictio. conuerſus ad Socios: *Cras hac horâ*, inquit, *Fratres, veram in me Imaginem mortis habebitis.* Nec vana vaticinatio. Nocte conſequenti, Sacramentis munitur ſupremis, & ad Socijs bene precandum, è pectore virium reliquum cogit. Pax & Concordia, ſuprema eius monita fuêre. Poſtridie Iulium Facium miſit Benedictionem à Pontifice poſtulatum. Annuit Gregorius, ingemiſcens tanti viri iacturâ. Situs modò infir-
Tranquillitas. mum eum prodebat. Cætera erant valentis: modeſtia, hilaritas, mentis vſus & ſenſuum: vitæ mors ſimillima. Mor-
Mors 1. Aug. tuum quàm morientem citiùs vidêre, Kalendis Auguſti.
1580. 41. Ignatium (ſi dierum rationem ineas) proximè ſecutus eſt, aſſecutus Fabrum.

CAPVT IX.

Societatis ſub eo Status.

Qvadrageſimus huic Corpori, per Mercuriani Præfecturam, Annus aduênit. Maturitatis eſt: & virile robur firmat Prudentiâ. Magnam à prudentiſſimo Capite Societas accepit, per Commiſſuras membrorum, inter ſe: quas, Regularum diſcrimina, miniſterijs tenor præ-

ſcriptus,

ſcriptus, & euentuum obſeruatio, dedêre. Magnam opus **Annus**
habebat. Quippe & diſſecta nunc in Prouincias vnam & *Chriſti.* *Societ.*
viginti; Stationes plures ducentis; Socios plures quinquies *Prouinciæ 21.*
mille: Mox autem validè oppugnanda, quando Aduerſarijs *Domicilia 210.*
non odio tantùm, ſed & formidini eſſet. Prudentia ſingulos *Socij 5000.*
Præſidum, ad diſcriminum prouiſionem parabat, & ad elu-
denda, quæ innoxiè repelli non poſſent. Oriebatur autem è
diuerſis, quæ Mercurianus vrgebat, inuentis. Procuratorum
Triennalium è Prouincijs in Vrbem aduentu, & informa- *Procuratores trienna-*
tionibus quas ferebant, & Annuarum pro quadrimeſtribus *les Romam.*
litterarũ. Domuum item Profeſſarum erectione; vnde prę- *Litteræ Annuæ.*
cipuas ad rçs idoneum haberi conſilium poſſit. In Italicis *Domus Profeſſæ 10.*
maximè Prouincijs eæ modò cernebantur: & in ſingulis ſin-
gulæ, Mediolani atque Neapoli: Venetijs antè ſub Borgia;
Romæ autem ab ipſo Societatis exortu. Eam nunc mag- *Romanæ Templum*
nifico imprimis Templo Alexander Farneſius Cardinalis *extrui cœptum.*
attollebat. Pauli III. Patrui memoriæ poſuit, & affectui in 1575. 36.
Societatem ſuo. Hanc ille approbatæ Religionis appella-
tione, proprijſque Decretis ornauit; hic primariam eius Se-
dem Baſilicâ diuinas ad res illuſtri. Loco nomen idem, quod
Ordini, à IESV Duce datum eſt: Initium ſub Mercuriano,
faſtigium demum ſub Claudio. In Sicilia, Germania, Polo-
nia, Belgio, & ipſam extra Europam, penitus nulla. In Lu-
ſitania, Oliſſiponenſis; Pariſienſis in Gallia. Hiſpania vt Pro-
uinciarũ, ſic Profeſſarum Domuũ numero præſtabat. Qua-
ternę cenſebãtur; Valliſoleti, Toleti, Valentiæ, Hiſpali. Has,
aliaſq; huius Militiæ Sedes, Obedientia firmabat. Hoc Prę-
ſidium Moderatoribus pariter commendabat Mercurianus
impensè. Aberret Prudentia, quam non Obediẽtia duxerit.
Quin qui ſe ei permiſerant, illam quoque, etſi ſimplices ac
rudes, tenebant. Ioannes Ximenius argumento fuit, Dome-
ſticus Adiutor. Ad Societatem inidoneum natura finxerat.
Eâ receptus ſic ſe geſſit, vt eam ſapientiâ quoque illuſtraret. *Io. Ximenij Obedientia*
Diuinam hanc in eo dotem Obedientia peperit, laudauit *ſapiens & Obitus.*
Deipara ei ſe oſtendens; deprehẽdit & miratus eſt Balthazar 1579. 40.
Aluares, Aragonenſis Prouinciæ Inſpector. Quin iuſſit ſuper
menſam

menſam ad Socios dicere, pollicitus eos cum lacrymis auditũros. Facundi etiam nomen, obtinuit Orator. Ad Deum frequentiſſima eius precatio, pro animis purgatorio igne detentis erat. Vitam, fatalis ſibi diei vaticinio; mortem, prodigijs illuſtrauit. Externa iam Societati Præſidia, Poteſtas contulit ſuprema. Eam Gregorius XIII. gerebat; & prouidus Pontifex, turbatiſſimo Hæreſibus tempore, noſtris contemperatam functionibus præbuit. Ijs ſubmouentur obices, quibus retardabantur vel Miſſionum progreſſus; vel charitatis, in miſeros animi corporiſúe morbis afflictos, officia. Priuilegijs hiſce quàm prudenter vtendum ſit, documentis Mercurianus explicuit. Sed ijs efficacior, exemplorum doctrina eſt. Igitur S. Ignatij vitam ſcribere Ioannem Petrum Maffeium iuſſit. Ibi Prudentiam, ac huius Inſtituti cęteras dotes, velut in ſpeculo, contemplaturi ſunt Poſteri. Characteris nitor, ſingulas (ceu latentes in fundo gemmas tranquillus fons & purus) primò legentibus oſtendit.

Gregorius 13. Pont. Priuilegijs ornat Societatem.

S. Ignatij vita per Maffeium ſcribi cepta.

Finis Libri Quarti.

SY-

SYNOPSIS
PRÆCIPVARVM RERVM
A SOCIETATE IESV
GESTARVM
SECVLO EIVS PRIMO.
LIBER QVINTVS
SIVE
AQVAVIVA.

CAPVT PRIMVM.

Congregatio Generalis Quarta.

Annus *Chriſti.* 1581. *Societ.* 42.

INterfuêre Patres vniuersè ſeptem & quinquaginta. Soboles Ignatio digna. Quos inter ſeptem & viginti eo vſi olim familiariter. Duo inſuper fundandæ Societatis adiutores, Salmeron atque Bobadilla. Sed inter tot vnus quærebatur Ignatij Succeſſor. In oculis erant Oliuerius Manareus Vicarius, & Claudius Aquauiua, Prouinciæ Romanæ Præfectus. Illum res geſtæ & dignitas præſens; hunc

Patres in eâ 57.

Oliu. Manareus Vicarius.

Annus Chriſti. Societ. plurimæ dotes, ac imprimis excelſitas animi, tempori opportuna, commendabant. Tum & diuturni ſpes imperij viro minimè omnium ſeni, at vltra annos maturo. Deſignatus demum eſt Prouidentiâ Numinis; haud vni antè demonſtratâ. Florentiæ primùm, & abhinc ſemeſtri, Camillæ Cardiæ, religioſæ admodum feminæ. Duos inter Angelos Claudium ipſa à ſenſibus aliena, per ſcalas in cęlum attolli conſpexit. Tum, velut per Deum impoſitâ Societatis curâ, deſcendere. Neque tantùm credulo ſexui oſtenta euenêre.

Claudius Aquauiua Generalis creatur.

De eo Prædictiones.

Suum etiam Thomæ Albigero Pariſijs oblatum eſt. Hic ſibi viſus ab Deipara in Romanum Cōclaue deduci: Tum Claudius ab eâdem Patribus in Pręfectum Societatis ſummum proponi. Iam Romæ certius quiddam, & homini notæ probitatis. Syluester ei nomen. Et alterum à Claudio vir ſimplex Deo cōmendarat. Sed dedoctus, quatriduo ante Electionem Schedam Sociorum vni aſſignatam porrexit, edicens ne antè ſolueret. Contineri eâ Præpoſiti Generalis nomen. Soluta, Claudij Aquauiuæ nomen oſtēdit. At Claudio Matthęo intra Comitia cum cęteris Patribus Deum precanti, priuſquàm ad ſuffragādum accederet, offertur Aquauiuæ ſpecies Diuos inter Bernardum atque Ignatium. Claudium offerebat primùm Chriſto Deipara, tum Æterno Patri; qui oblatū videbatur admittere, Societatem ei cōmendans. Ab Patribus electo Aſſiſtentes dati, Laurentius Magius, Garcias Alarconius, Paulus Hoffæus, Georgius Serranus abſens. Tum pro hoc morbis in Luſitania detento, Emmanuel Rodericius.

Aſſiſtentes.

CAPVT II.

Præpoſitus Generalis Aquauiua.

Haud eâ deſignatione fallebantur Patres. Tanto muneri præficiebant, quem Deus aptarat vigilantiâ, fortitudine, piæ ſtudio precationis. Adiumenta neceſſaria Ductori Militiæ per aduerſa promouendæ. Adhibuit multiplicia: longè prouidendo pericula, ſubſidiaque idonea

Eius vigilantia & Induſtria multiplex.

idonea mittendo: Viſitatores primùm in Prouincias, ac in vtramque Germaniam, Manarçum. Tum alia atque alia, prout res exigebat in pręſens. Diſcrimina non propulſare tantùm: ſed occupare Inſtructionibus, Induſtrijs, Litteris. *Epiſtolæ eius plurimæ.* Vias aperire quà ſe latiùs Societas fundat, quà Miſſiones obeat. Quî amor in Deum feruens, inter Socios ſincerus; quî motus ingentes per Concionatorem in Auditore concitandi. In Barbarorum conuerſionem Societas laborat Indica? vt pergat, neruoſque contendat, Claudius hortatur. Impetitur Europęa Calumnijs? Iubileum à Pontifice impetrat. Cui ſtationi cauendum, qui aditus obſtruendi, ſapienter indicat. Vbique adeſſe, more omnia curantis Ducis, & in quamlibet partem attenti. Vigilantiæ par animus ad audendum & ſuſtinendum, quidquid contrà ingrueret. *Fortitudo.* In quos Religionis aut Probitatis Hoſtes curas, & copias non mouit? In Atheos, Idololatras, Mahumetanos, Iudæos, Schiſmaticos, Hæreticos, Catholicos palàm & obſtinatè impios. Vniuersè laceſſiti, pariter vniuersè repugnabant, præſertim Calumniâ. Et victoriam deſperantibus, ſi iure contenderent, magnum quid erat repuliſſe præſentiam, quorum vim timerent. Igitur de proſcribendis necandiſque potiùs, quàm de ſuperandis laborare: & Socios credere victos, ſi exilio vel morte eos auerterent. Eò Doli, Conuitia, vexationes in Militiam hanc, & ipſum Ducem. Sed & Societati communibus, & proprijs ſibi, parem ſe præſtitit, aduerſorum experimento, & ſacræ ſtudio precationis. *Precandi ſtudium.* Hac, ſuper res efferebat ſe, & propior Deo, quid agendum videbat, diſcebatque Patientiam. Patrona eius præcipua, Chriſti Mater, & huius amans, Bernardus.

Annus
Chriſti. *Societ.*

1581. 42.

CAPVT III.

Edmundi Campiani Cædes.

PRimus Claudij Præfecturam, primus Sociorum in Anglia, Religionem ſanguine conſecrauit. Clàm ad Catholicos verba facientem, Eliotus olim Catholicus prodidit. Dignum Apoſtatę facinus: ſed & ſimulatoris, auſi congregatis ſe adiungere. Simul comprehenſi, Campiano quiqui aderant, & Londinum ducti. Trahebantur per Vrbem medios inter vlulatus, ceu captæ à canibus Feræ. Campiani Fronti addita epigraphe, ſeditioſum Ieſuitam indicans. De capto maxima exultatio Hæreticorum. Pro pertrahendo in ſuos errores, paria Magiſtratuum ſtudia. Pollicitationibus primùm, etiam Cantuarienſis Infulæ, tum ſupplicijs & equuleo per biduum. Ita debilitato, de religione diſceptandi onus imponunt. Et hoc præter morem. Proponere quidpiam haud ſinitur, reſpondere tantùm vnus pluribus, infirmus valentibus, atque quatriduo. Iniqua conditio bellantis, qui lædi tantùm poſſit. Sed ea gloriam auxit Edmundi, Aduerſarios refellentis, atque Auditores conuertentis. Illorum præcipuus Witakerus, horum Arondeliæ Comes. Sic vnum conati ad ſe adiungere, multos deperdunt. Inopinæ dolorem iacturæ, violentiâ haud manifeſtâ Iudices vindicant. Nondum videri volebant capitale crimen, Sacerdotis Catholici officio fungi. Id fatebatur de ſe Campianus. Itaque perduellionis cauſæ finguntur. Teſtes emuntur, atq; Iudices è ſupremo etiam Senatu. Damnatur ad reſtim Edmundus: & crate ad ſupplicij locum trahitur. Ingentem è frequentiſſima Vrbe hominum vim, damnati fama exciuerat. His ſe, & Angelis Spectaculum factum Reus modeſtè præfatur. Sed perrecturi ſermonem veritus adulator Reginæ neſcio quis, ſilentium indicit. At ille proteſtatur, demonſtratque iniuſtè, at lubenter mori ſe Catholicæ religionis cauſâ.

Proditur.

Solicitatur ad defectionem blanditijs atque ſupplicijs.

Et Diſceptationibus.

Damnatur.

cauſâ. Continuò pro inoffenſæ Reginæ incolumitate Deum Annus
precanti, intercluditur ſpiritus. Sciſſo fune delapſi cor à pe- Chriſti. Societ.
ctore, caput à ceruice auellit Carnifex. Tum diuidit Cor- *Perimitur.*
pus, & Partes quatuor, totidem palis ad terrorem infigit.
Ad exemplum magis valuêre. Nam ſic multi didicêre mor-
tem non fortiter & glorioſè tantùm, ſed & hilariter vinci.
Adeo quotannis & Socij, & è Romano Seminario Alumni
in eandem multi Angliam & diſcrimen ibant.

CAPVT IV.

Legatio Moſcouitica. 1582. 43.

IOannem Baſilij Moſcorum Ducem Poloniæ Rex
Stephanus, grauiſſimè bello, & ter afflixerat. Pacem
ille commodam ſibi fruſtra petierat ab Hoſte gnaro
vti victorijs. Itaque Oratorem amittit Romam, qui Pontifi-
cis Gregorij interceſſionem efflagitet. Hic auidè amplecti-
tur negotium Pacis, & ſimul ſpem, Moſcos ab Græcorum
errore reuocandi. Antonium Poſſeuinum cum Oratore ad *Ant. Poſſeuinus.*
Moſouiticam Legationem deſtinat, præclarè nuper Suecicâ
perfunctum. Exeunt Româ: & per viam Seminaria Iuue-
num Græcij, Olomucij, Pragæ, Pontificis nomine & ęre
Poſſeuinus ſtatuit. Et Græcij inſuper mandata Archiduci *Græcij.*
Carolo defert, Mariæ autem Bauaricæ eius Vxori, Auream
in Societatis Templo Roſam tradit, fortitudinis in Hæreti-
cos pręmium. Id dignè tunc quidem magnanimæ Coniugi:
pòſt autem viduæ, maiore eius merito, vt poteſtate. Quippe
pro Filio Ferdinando Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ admini-
ſtra, ſupra feminam ſe præbuit. Poſſeuinus Viennæ Socios *Viennæ.*
in Moſcouiam quatuor aſſumit, Oratorem pręmittit per
Saxoniam, & Balthicum mare. Cum illis ipſe terrâ progreſ-
ſus, benignè excipitur à Rudolpho Cęſare Pragæ, à Polono
Varſauiæ, à Moſco demum Stariſię. Donatur hîc quoq; nigri *In Moſcouia.*
velleris equo, argenteis inſtructo phaleris. Acceptauit Poſ-

Annus Chriſti. Societ.

ſeuinus, Gentis ingenio ſeruiens. Deſpici ſeſe putat, cuius dona reſpueris. Tum curru in Vrbem inuecti Purpuratorum inter Agmina Pannoſi Socij quinque, ac Interpretes duo: inde ad menſam Ducis. A Pontifice viciſſim munera, & Capita Legationis Antonius exponit. Hæc eorum ſumma. Si Pax cum Polono conſtiterit, Moſcus cum Principibus Chriſtianis in Turcam conſpirato. Ita per Oratorem Romæ promiſerat. Tum idem per Moſcouiam Pontificis Legatis ad Perſas Tartaroſque, tranſitum: Catholicis Templa & commercium dato. Denique hortabatur Gregorius Ducem ad Romanam Religionem capeſſendam. Impetrata cętera: ſed & Religionis ſpes. Tractandæ negotium diſtulit Dux in reditum Poſſeuini, Pace confectâ. Simulationis Mater neceſſitas eſt. Ioannem grauis vrgebat, Pleſcouiâ munitiſſimâ Vrbe per Stephanum obſeſſâ. Ad hunc illo inſtigante iuit Antonius: ac demum Pacem cum vtriuſque Legatis ſanxit, fruſtra tentatam per annos triginta. Pacis vnica ferè Lex, cedito Moſcus Liuoniâ, Polonus Arcibus à biennio inſeſſis. Ioannes voti compos, Poſſeuino reduci negat de religione Colloquium. Admiſit tandem & tertiò. Publicè habebatur coràm Purpuratis centum. Oſtenſæ veritatis impatiens Dux Pontificem pernegat Paſtorem eſſe. Antichriſtum meminerat è Commentario ſibi nuper per Hæreticos Anglos porrecto. Poſſeuinus iniuriâ Pontificis accenſus, & cur (Ducem interrogat) ad eum tuis de rebus miſiſti Paſtorem appellans? Tergiuerſabatur ea fideliter reddere Interpres. At ab Antonio confirmatus reddidit. Leuitatis manifeſtæ Dux palàm conuictus, impetu aſſurgit longum acutâ cuſpide Pedum, in Antonium ſtringens. Eo ſępe alios per iram, ac nouiſſimè filium fixerat. Impetum blando ſermone Antonius fregit. Et mitior Dux illum amplexus, veniam inſuper precatur. An & hoc callidè, incertum. Nam mox eum blandè perducere conatur in Schiſmaticorum Templum. Nihil obtinuit. Ac velut repulsâ violatus, Poſſeuino perinde nihil in religionis cauſâ Ioannes concedit. Cętera præſtitit, deſignato ad Pontificem Oratore. Tum litteris ad Cæ-

Pacem renouat inter Polonum & Moſcum.

Agit fortiter.

ſarem, Polonum, Archiduces Carolum & Erneſtum, & Venetos datis. Poſſeuino autem Hiſpanos, Italoſque captiuos quatuordecim, & Lithuanos triginta conceſſit. Ille cum his ſpolijs, & Moſchi Oratore Romam reuertit.

CAPVT V.

Societatis Angrenſis vexatio.

ANgra Vrbs eſt in Inſulâ Tertiâ; Societatem ardenter olim expetijt, benigniſſimè excepit. Pòſt autem viciſſitudinibus fortunæ, breuî iactata eſt. Odioſior iactatio, quòd à Catholicis. Mores etiam optimi, ſimultate corrumpuntur. Luſitania reliqua in poteſtatem venerat Philippi Regis. Prô Antonio Regni Competitore, ſtabat vna hæc Inſula. Societas ad eius Partes ſolicitatur. *Sollicitatio.* Neutri fauentem, Antoniani Collegio concludunt, obſtructis materiâ foribus. Fame perituros ſperabant. At Senatus per homines certos, clàm cibaria bis hebdomadâ quâque ſubmittit. Iam flammâ exitium parabatur, quando militum aliquis lethali morbo corripitur, qui conſilium dederat. Tandem in Antonij verba iubentur Socij iurare, aut Inſulâ cedere. Ceſſerunt; imponunturque nauibus binis ad exteras *Depulſio.* vehendi terras. Sed caſu Oliſſiponem delati, excipiuntur à *Reſtitutio.* Philippo beneuolè. Pòſt, & ab victrice huius Claſſe, reducuntur in Inſulam, atque Collegium. 1583. 44.

CAPVT VI.

Domicilium ad Conſtantinopolim.

QVippe poſitum Peræ continenti iuxtà Vrbe, & *Pera.* Portu tantùm ſeiunctâ. Chriſtiani Incolarum ibi pauci; Captiuorum, plerique: ope vt egentes, ita deſtituti inter medios Turcas. Socios igitur vt à Gregorio litteris poſtulent, Venetus perſuadet Legatus; ſcriptas Gal-

 licus

Annus Chriſti. Societ.

licus Romam tranſmittit. Offerebant Chriſtiani ad noſtrorum habitationem, Cœnobium vetus ac deſertum; ad victum, pecuniæ ſummam. Abnuere miſerorum poſtulationibus haud ſuſtinuit pectoris benigni, & ampli Pontifex.

Socij 5. Deſtinat Socios quinque: & Gallicum Legatum iubet ap-

1583. 44. pulſis Cœnobium illud conferre. Contulit: ſed & de ſuo ſacræ ſupellectilis alteram partem, alteram Venetus, & quiddam quoque domeſticæ. Beneficentiâ erga Socios inter ſe vterque certabat. At illi erga Chriſtianos, præcipueque Captiuos. Veſpere adibant ducenis tricenisue ergaſtulis

Eorum labores. vinctos, totaque iuuabant nocte religionis officijs, ad opus prima luce retrahendos. His intentum miniſterijs Sociorum manipulum turbo perculit. Tamquam exploratum à Pontifice ſint miſſi, deferuntur apud Turcas. Atrocis calumniæ Author haud certus: certiores Patroni. Vterque Legatus eam ſolerter diluit. Nec minùs fortiter deinde reſtitit Anglicano, Socios eâ ſtatione detrudere nitenti. Ita iuſſerat Eliſabetha. Acre odium fęminæ, inſontes procùl, & apud Turcam vexantis.

CAPVT VII.

Rudolphus Aquauiua cum Socijs quatuor occiſus.

Salſetta ad Goam Peninſula. MOrtem Rudolphus in Mogoris Regno fruſtrà quęſitam, in Salſetta Peninſula dèmum inuênit. Pagi in ea ſex; Incolarum millia octoginta, Chriſtianorum dena. Idololatræ cæteri & proteruè. Fana eis ducenta Goanus Prorex diruerat, hortatu noſtrorum. Illi reſtituunt diruta: & contrà, Chriſtianorum pauca viciſſim euertunt. Accenſus Prorex, militem mittit ad coercendum. Vaccam pro ſummo inter multa Numine, colebant Barbari. Occidit eam miles. Cædis Author, vnus Sociorum: Grauis Ethnicorum offenſio: & ſtimulus ad vindictam. Sed ad pro-

mendam.

mendam inualidi, ſimulati ad premendam fuerunt. Veniam deprecantur facti, cuius atrociùs cumulandi deſiderio feruebant. Nec occaſio abfuit. Exinde Collegij nouellus Rector Rudolphus, è Curtalina Sede in Cocolinam ibat cum Socijs quatuor. Præſidio aderant Luſitani duo, & Incolarum aliquot Chriſtiani. Iam progreſſi Patres, locum optabant idoneum ſtatuendæ Cruci. Cùm ecce cinguntur ab armatis mille. Peremptæ dolorem vaccæ acuebat Ariolus puluerem ſpargens. At illi inuadunt incautos; & primùm Rudolpho poplites ſuccîdunt: tum plagas addunt quinas, colla nudanti. Franciſcus Aranea dupliciter ſaucius, euadit per vepres duriorem ad necem. Petrum Bernam præcipuè oderant, notum in Idola odij dudum inſignis. Itaque in demortuum etiam ſçuiunt. Nec ea crudelitas viuentem Bernam fugerat; affirmare ſolitum infęcunditatem Cocolinæ Regionis, dum ſuo ipſius ſanguine imbuatur. Idem in votis fuerat Antonio Franciſco, felicitatem tantam à Deo quotidie ſub ſacrum expoſcenti. Illam obtinet, fiſſo à Barbaris capite, at confixo pectore Alphonſus Paciecus. Primum vulnus hoc fuit. Ad alterum, brachia, oculos intrepidè extulit, & gutture excepit. Franciſcus Aranea, in ſpineto etiamnum ſpirans inuentus, trahitur ad Idolum. Tum bis circumductus ſtare altero iubetur pede, & alterum, honoris indicio, flectere. Facinus execrantem ſagittis appetunt; & vndique transfixo animus euolat. Nec ſanguine tot prorumpente plagis, ſatiata crudelitas eſt. In mortuum Feminæ, Pueri, imbelli ſed longâ rabie certant. Demum rubentes ſanguine Palos atque arundines, Idolo trophæum ſtatuunt. Luſitanorum quoque alterum, & Chriſtianos aliquot, eadem vis oppreſſit. Ita viginti animæ, Sicariorum breuî Patronæ conceſſerunt in cælum. Nam anno pòſt, illorum mille quingenti religionem amplectuntur, cuius odio horrendè ſçuierant. Rudolphi gloriam diu pòſt nobilis vir auxit Neapoli. Martyrem eum negarat. Sed ille dormienti oblatus palpitantem arguit, & maledicentiæ conuîcit.

Annus Chriſti. Societ.

Rod. Aquauiue cedes. 1583. 44.

Simul & Pet. Bernæ.

Ant. Franciſci.

Alph. Pacieci.

Et Franc. Araneæ.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT VIII.

Reſtitutio Belgica Societatis.

IOannis Auſtriaci causâ exulauerat. Alexandri, Parmenſium adhuc Principis, victorijs redijt. Siquidem illo vita functo, Belgis præfectus eſt à Rege; & ab hoc noua Collegia contendebat; appellare ea ſolitus Propugnacula Vrbium. Veterum duo perſtiterant, Louanienſe & Audomarenſe. Duacenſe breui Socijs reddiderat Senatûs authoritas. Cameracenſe vt maximè ſerò ereptum, ita redditum: cùm vrbem Fontanus Comes deditione recepit. Alexander idem noſtris cætera, dum vrbes Regi, vindicauit:

Traiecti.
1581. 42. Traiectenſem primùm multo vtrimque ſanguine; Torna-

Tornaci.
1583. 44. cenſem aſſultûs metu; Burgenſem, obſidionis. Hanc Antuerpia fortiter & diu ſuſtinuit. Deditionem demum pacta eſt. Per eam conabantur Legati Socios in vrbem reditu prohibere. Reſtitit Parmenſis: nec ſuſtinuit magnanimus victor bene de ſe, de religione meritos, per iniuriam excludi. Vrbem obſidenti adfuerant; & reditum repoſcebat laborantium virtus, tum & vnius vulnera ad Scaldis Pontem accepta. Hunc diruere Antuerpienſes ſępe conati ſunt nauibus pyrio puluere, & graui materiâ plenis. Vento & æſtu diſſilierant, quando excuſſis ingentibus Saxis, propinquus Pater obteritur. Egrè & ſerò, nec penitus valetudo reddita eſt. Maximum quid videbatur, luxato corpore, operari ſa-

Antuerpiæ.
1585. 46. cris poſſe. Nec ſine lucro tot exilia, & ærumnæ. Carior Societas redijt, & iniurijs gratior, quas præſertim officijs penſaret. Viſitatoris quoque Manaræi apud Parmenſem authoritas, quiddam nec paruum contulit: Tum & forma quam Collegijs dedit. Louanienſi, Theologicæ Scholæ; Leodienſi, Moralis; Audomari, Rhetorica, collocatæ. Pleriſque cenſum addidit Parmenſis, aſſenſu Pontificis ac Regis. Quin ab hoc, vniuerſis Diploma nouæ admiſſionis impetrat. Adſtrictior erat prima. Societas per eam cohors videbatur ſta-

tionibus

tionibus affixa, & prohibita in hoſtes ſponte erumpere. **Annus Christi. Societ.**
Duras haſce Leges, Curiæ ferè in Belgio omnes improba-
uêre, Rex ſuſtulit procurante Parmenſi. Iam libera & iuri- *Admittitur in Belgium pleniori iure Societas.*
bus ſuis gaudẽs, in Vrbes & Agros; in Noſocomia, Xenodo-
chia, Carceres, Officinas excurrit. Catecheſeon frequentia 1584. 45.
refloreſcit, ad ingenuos profeſtis, ad inopes Dominicis feſti-
uiſque diebus: ſeptem aut pluribus eandem intra vrbem lo-
cis. Sua quoque ſpes Scholis affulſit. Sic Hæreſeon funda-
menta ſuccutiebantur, & ſana primæ ætatis eruditio, cæte-
ras religioni afferebat. In alias quoque vrbes magis præſidio
nudas & egentes, Collegia Parmenſis induxit. Promoue-
bant Pontifex, Rex, Epiſcopi, Principes, Senatus quorum
intererat. Iprenſi ponendo Martinus Riđouius Antiſtes; *Collegium Iprenſe. Valencenenſe.*
Valencenenſi Ludouicus Barlemontius, Cameracenſis; *Gandauenſe.*
Gandauenſi & Cortracenſi Magiſtratus operam contulêre. 1585. 46.
Et Gandaui attributa Socijs Domus Hæretici olim, & illis *Cortracenſe.*
infenſiſſimi Hoſtis. Ædes & hortum ſtudiosè dum excolit, 1583. 44.
rogatur ab familiarium aliquo, eccui laboret opere tanto?
Liberis, inquit. *Ne Ieſuitis, quàm vereor*, alter ſubiunxit. At
ego (reſpondet Hæreticus) *Iam nunc ædes incendo, Hortum euerto, ſi id vel ſuſpicer.* Miſer: poſt paullò carnificis
manu perijt: fundus omnis ille Socijs obuênit. Cortra-
cenſe Collegium ingenuâ cepit fraude. Metuebat Senatus,
vt concederetur anguſtæ vrbi. Catechiſtas igitur duos &
Concionatorem modò vnum poſtulat. Mittuntur ij Tor-
naco. Sed ingreſſis Senatus domum amplam, Scholas, ſu-
pellectilem, cenſum offert: omnia Collegio digna; Tum
illud vt concedatur, orat. Concedi debuit, & ſumptuum &
repetitæ obſecrationis reſpectu. Montenſi Franciſcus Go- *Montenſis & Luxemburgenſis initium.*
dinius initium dedit, cui deinde filia progreſſum, & cen-
ſum. Pro Luxemburgenſi multum & diu Parmenſis, Conci-
lium Regium, Clerus, Nobilitas, Senatus laborarunt. Ma-
gni omnium conatus, magna obſtacula illud dotandi. Sæ-
pe tentata, ſæpe dilata, numquam diſcuſſa res eſt. Demum
ſub Archiduce Alberto effloruit. Bruxellenſe, ab Miſſione
Caſtrenſi cepit, quam nunc ſuſtinet.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT IX.

Miſſio Caſtrenſis Belgica.

INchoauit eam Albanus, reſumpsêre Requeſemius Ioãneſq; Auſtriacus per internalla,& incerto numero Sociorũ. Plerumque duorum tantùm. Sacerdos propria ſibi tractabat apud militem ac Duces. Adiutor Laicus obibat Caſtra, nolæ pulſu ad concionem inuitans aut Sacrum. Aſſultum aut conflictum parantibus aures præbebat alter; Socios alter trahebat manu,vel impoſitos humeris deportabat ad Patrem. Hîc animi vt corporis vulnera curabantur. Breui ſermone, excitabatur opulentiorum liberalitas ad benefaciendum egentibus commilitonum: & exemplum dabant noſtri diuidendo inter læſos cibaria, quæ dono de menſa Alexandri Parmenſis acceperant. Ita hic ſolebat Auſtriaci Legatus. At pòſt Belgij Prorex, Miſſionem perpetuam & amplam terrâ mariq́ue inſtituit, addito ad victum cenſu. Tunc verò vtriuſque Belli neceſſitates atque fortunam Socij ſequi cepêre. Sacerdotes initio quinque, pòſt plures; ſingulis ſinguli ferè Nationibus affixi: & ſeduli inſectatores licentiæ militaris. Vitiorum per illos repreſſus ardor. Per Thomam Sallium vt Miſſio ſtabilita eſt; ſic Bellatricis Deiparæ cultus proceſſit. Icones eius vexillis additæ: auxilium quotidie ſub auroram in Caſtris inuocatum Tubarum clangore. Delectabatur illis officijs Alexander, & de menſtruo cenſu Socijs attributo facetè dictitans, per eum ſe Regis nomine fœnerari Deo. Sic nimirum diuinã in Exercitũ beneficentiam prouocans. Sed Miſſio vt proficua militi, ſic Socijs moleſta in medio armorum ſtrepitu degentibus. Ad Hiberna conceſſuris, Domum Bruxellæ ſat arctam Parmenſis dedit, vnde ampliore in loco Collegium. Et ipſe non militum magis, quàm conſcientias illis ſuas credebat. Mortanio primùm,tum Eleutherio Pontano,Sallio,aperiens Cõfeſſione noxas. Quin Chiliarchas, & Gregarios milites, ad imitandum

Perpetua eſſe cepit.
1584. 45.

Colleg. Bruxellenſis initium.

imitandum hortabatur; quamquam laboribus Socij pares vix eſſent. Ijs multi ſuccubuêre: at quatuor, hoſtium furori, ſed exempto viuis Parmenſi. Nicolaus Montanus Hęretico- rum Gallorum incurſu, Caſtelleto nuper per Fontanum ex- pugnato, reuertens: Tum Petrus Buzelinus, Otto Cam- penſis, Laurentius Euerardi, Hollandorum. Euadere pote- rant fugato ad Neoportum Alberto. Aures militibus ſau- cijs, & peccata confitentibus dabant; at vitam, ingruente Hoſtium globo dare maluerunt, quàm non tunc prodeſſe. Ita inuenti perimuntur. Glorioſa mors. His terrâ obtigit, alijs mari periculum nunc quidem tantùm. Eò ſecuturi erant Alexandrum diſtributi Dunkerkanas in naues Socij primùm octo, mox quatuor & viginti. Sed Claſſis Hiſpanicę ingentis tēpeſtate, & Anglicarum nauium occurſu profliga- tæ Nuntius, Belgicas vetuit mari procedere. Hinc Maritimæ Miſſionis initium, Terreſtri multo magis horridæ. Maior ſo- litudo, præſentius diſcrimen & terror ex vno maris cęlique cōſpectu, in mortem ſæpe conſpirantium: Tum ex obſtina- tione conflictûs, vbi ſpes fugæ nulla. Ita noſtrorum quidam fluctibus hauſti, vel gladijs aut ſclopis Hoſtium. Sed animas ſatis ęſtimantem, nihil ab earum procuratione prohibeat.

Annus Chriſti. Societ.
Nic. Montanus à Gallis occiſus.
1595. 56.
Petrus Buzelinus. Otto Campenſis. Laur. Euerardi ab Hollandis.
1600. 61.
Miſsionis Naualis initium.
1588. 49.

CAPVT X.

De Societate Romanâ.

VElut Prætoria Exercitûs Legio; ſic Romana Socie- tas maximè vigebat. Ita ordinauerat Sapientia Nu- minis, tunc præſertim, cùm reliqua ſubſidijs ege- bat. Hinc ſubmittebantur ab Aquauiuâ opportunè; celeſtia quoque auxilia euocante. Nam more Gubernatoris tem- peſtatem prouidentis, & vectores ad vota & preces hortan- tis, ſic Claudius ad ſupplicandum Deo aduersùs imminen- tia mala ſuos accendit. Eò Iubileum ab Gregorio poſtulat. Conceſſit Pontifex, & ſubſidij pecuniarij nihilo parcior, au-

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Profeſſæ Domus Templum perficitur.

reorum ſummâ, Profeſſorum Domum ſuſtinuit. Templum ei iam erat amplum,ſeptennio perſtructum ſumptu Farneſij Cardinalis. Marianum in eo Sacellum, par Matronarum nobile exornarant binis millibus aureorum. Templum om-

1583. 44. ne per Seuerinum Cardinalem, & Epiſcopos quatuor ritè

Simul ibi conduntur corpora SS. Abundij & Abundantij MM.

conſecratum eſt: & Diuorum Abundij & Abundantij Martyrum corpora ſub Aram Principem condita ad Patrocinium loci. Sancti Ignatij, ſeruabatur in vetere adhuc Tem-

S. Ignatij.

plo. Sed quartus pôſt Annus in nobilem illam Farneſiani

1587. 48. nominis Baſilicam, nec ſine prodigijs tranſtulit. Inter deportandum, auditur Angelorum concentus, & ſtellæ è tumulo promicant. Sic iam conſtituta Profeſſorum domus vix alijs egebat, cenſuum, nec ſacram ad ſupellectilem, patiens. Igitur beneficentiam Pontifex ſuam ad alia Vrbis Do-

Pœnitentiaria, Coll. Germanicum, Anglicanum, &c. inuantur à Greg. 13.

micilia conuertit. In Pœnitentiariam atque Tirocinium, annuos cenſus: In Germanicum atque Anglicanum Collegia, fundos nouos; In Græcanicum & Maroniticum,omnia. Nōdum ſteterant: nulla enim in alterutro perpetuitatis ſpes

Romanum penitus conditur & inuiſitur.

abſque Gregorio. Qui & Romanum ruinæ proximum quaſi de nouo excitauit Gemebat nominibus graue. Omnia diſ-

1584. 45. ſoluit Pontifex. Vectigal & fundum, & ad ędificia, pecuniæ affatim tribuens. Sublata iam ſatis erant, quando ipſe eadem inuiſit inuitatu noſtrorum. Præſens venientis maieſtas ingentem hominum vim ad ſpectandum exciuit. Subſtitit inter eundum humaniſſimus Pontifex, dum Turbam ſatelles de via ſubmouet. Gymnaſium Emblematibus totum, Epigrammatum, Facultatum omnium Iuuentis nitebat. Superior imprimis Aula; cuius maximè illuſtris ornatus, ipſius imago Gregorij ingens, inter Cardinales medij, ſupplicibus Socijs ac Iuuenibus dextrâ bene precantis. Lon-

Seminaria per eundem alibi conduntur & Societatis curæ traduntur.

gè hinc & hinc, octodecim Seminariorum ſeries. Omnia Gregorij ſumptu per orbem Chriſtianum condita religioni propagandæ, & tradita Sociorum curæ. Dextrà, Vilnenſe in Lithuania; Claudiopolitanum in Tranſyluania; Fuldenſe in Germania. In Iaponia tria. Siniſtrà autem, Viennenſe in Auſtria, Illyricum in Piceno. Tum verò Romana quinque.

E regione

E regione, & in ipſo aditu Aulæ; Muſſipontanum in Lotharingia, Bransbergenſe in Pruſſia, Olomucenſe in Morauia, Pragenſe in Bohemia, Græcenſe in Styria. Spectaculis hiſce Pontifex oblectatus, ad Scholas vndecim deſcendit. Inſpexit ſingulas iam opere ſublatas; at reliquum ædificationis, in ligneæ machinæ Compendio. Luſtrantis omnia Pontificis nutus, acſenſus, Turba obſeruabat. Modeſtiam plerique laudauerunt, gloriam operis omnem, vni Deo tribuentis. Quamquam in ea demiſſione animi, gratior apparebat præſentis humanitas, & munificentia, pergere pollicentis. Et hæc adeo admiratione & amore digna eſt viſa, vt etiam traheret ad imitandum. Diuerſa contulêre Diuerſi. At conuenientiſſimum Collegio munus, Magni Mureti Librariam rem omnem, eius fratris filius. Et meritò; quando ibi Socij bis centum, commodo Catholicæ religionis dabant Litteris operam. At in Vrbe Socij vniuerſim ferè quingenti.

Mureti Libraria ſupellex.

CAPVT XI.

Congregationes ſub Patrocinio Deiparæ.

Collegij Romani gloria fortè præcipua. Ibi earum prima prodierat annos abhinc viginti. Suæ illi Leges, ſui Magiſtratus, quibus paruæ molis reſpublica regebatur. Et creuerat Fontis inſtar clauſi, & ſecreti, maiore fructu quàm famâ. Nam cæteris Scholarium per alias vrbes Cœtibus, Romanus ille, exemplaris tantùm dignitate præſtabat. Vt & deinceps Capitis atque Originis, Gregorius effecit. Siquidem huic Diplomate addidit robur & Priuilegia, & Directorem ſummum eundem, qui & Societatis vniuerſæ. Hic igitur eo nomine, Congregationes alias Romanæ adiungere, & ab hac in illas vitalem quaſi ſuccum & Indulgentiarum, vt vocant, laticem ducere. At ex diſcipulis tantùm noſtris conſtantes primùm adiungi fas erat; & ſub vno Anuntiationis nomine. Pòſt ad alios quoſlibet in Domibus etiam Profeſſis Sixtus V. & ad omnem Virginis appellationem,

Congregationi Romanæ aggregare per Orbem alias Scholaſticorum in Collegijs.

1584. 45.

Item in Domibus Profeſſis, & non Scholaſticorum.

1586. 47.

Annus pellationem, & demum ad Reſidentias (vt dicimus) facul-

Chriſti. *Societ.* tatem eam Clemens VIII. extẽdit, amplioris boni reſpectu.

Etiam in Reſidentijs. Nec euentus fefellit. Nam breuî, ceu ad anguſtæ ſed elegan-

1602. 63. tiſſimæ Ædis formam, maiores alias Architectus; ſic viri quoque Principes ad exemplar illud, Sodalitia ſanè illuſtriſ-

Congregationes illuſtres. ſima inter ſe conflarunt. Et Romæ in Profeſſorum Domo ſub Aſſumptæ Virginis nomine, Cardinales, Antiſtites, Proceres. Nec Reges aut Cęſares pudebat, ſub illis Cęleſtis Reginæ vexillis Deo militare. Iam, ceu fluuius ingens minores multos abſorbet, idemq́ue in plurimos ſcinditur; ſic dulce & glorioſum videbatur, varijs ſub Diuorum Patrocinio per Europam dudum erectis, in Mariana tranſire. Quæ demum,

Multæ & frequentes. & temporis progreſſu quàm multa, quàm frequentia! Neapoli Sodalitia quindecim, Sodales ſupra bis mille; Duaci, illorum octo: at in vno Philoſophorum, Capita ſubinde ſexcenta.

CAPVT XII.

Iapones Legati Romam.

Gens Europęis vt more ac ritu maximè aduerſa, ſic adhuc propemodum inuiſa. Oſtenſa quidem antea in Bernardo Iapone, ad ſpecimen per Xauerium ad Vrbem dimiſſo: ſed vnus is erat ac priuatus; & è Luſitania renauigaturus in Indiam, vitâ ibi deceſſerat, irritatâ quaſi Iaponios videndi cupidine. Eam ad Pontificem Legatio præſens impleuit. Bina huius Capita ab Regibus conſanguineis tribus. A Franciſco Bungenſi Mancius, à Protaſio Arimenſi, & Bartholomęo Omurenſi, Michael: egregiâ indole, prudentiâ & probitate Iuuenes. Additi Comites duo pares ętate & naturæ dotibus, Martinus atque Iulianus: tum & cuique famulitium è Pueris Honorarijs ſat frequens. A Iaponia Goam vſque perduxerat Viſitator Valignanus, ſuam in fidem receptos. Ne & Romam, (vti condixerat) Claudij litteræ obſtiterunt, Prouinciam ei Indicam tradentis. Eas

Mancius Franciſci Bungenſis Regis Legatus.

Michael, Protaſij Arimenſis & Bartholomæi Omuranî.

1582. 43.

Goæ

Goæ accepit, reſtititque. Cum illis perrexêre Nunnius Rodericius, & Iacobus Meſquita, & Sociorum nonnulli. Oliſſiponem appulſis, obuiam Patres ad littus proceſſêre. Hinc Profeſſam vſque domum perducti ad Hoſpitandum. Ibi excepti nitido magis quàm ſumptuoſo apparatu : & cui aſſueuerant, Malacæ, Cocini, Goæ. Soliti quippe inuitantium Palatijs Principum, ſimplicem anguſtarum Ædium nitorem præferre. Oliſſipone Albertum Pro-regem, Madriti Regem ipſum, Piſis Hetruriæ Ducem conuenêre. Vbique excepti ex ſua & Principum dignitate. Sed Romæ ab Claudio & Socijs ducentis, religioſâ opulentiâ. A Ianua in Templum. Cantatæ ibi Laudes Deo pro præſtita incolumitate per triennium, & ſeptem millia leucarum. Tantumdem peregrinatio tenuerat Iaponiâ profectos, præſtandæ Pontifici Romano obedientiæ gratiâ. Incredibile dictu eſt, quàm auidè exſpectarit eos Gregorius XIII; quàm paternè exceperit. Legatorum ritu conſueto, comitatu, Pompâ vrbem ineunt. Nam à Profeſſa domo ad loca ſuburbana ſubduxerant ſe. Vrbs omnis Feſtum agebat diem ſpectaculi nouitate. Boabant altè Tormenta fuſilia. Aulam Palatij Pontificij Regiam, infernè ingens hominum vis opplêrat. Pontifex ſupernè ſedebat in ſolio, circùm Cardinales pleriq́ue, Præſules, Principes. Omnium in Iaponas oculi hærebant defixi; Pontificis quoque, lacrymis maduêre, dum ad pedis oſcula venientes aſpexit, numquam antea Chriſtianæ, & longiſſimè aduectas Gentis primitias. Teneritudinem augebat procidentium religio, habitus oris & corporis. Simul brachia optimus ſenex diduxit. Tum ſingulos bis pectori apprimens, vniuerſam veluti Gentem altero complexu lætus adſtrinxit. Continuò iuſſi aſſurgere, Regum nomine ac ſuo, Obedientiam Pontifici per Iacobum Meſquitam Socium iurant. Hunc Interpretem habuerant ab ipſa longè Iaponia. Tum litteras promunt Regum. Quibus palàm perlectis, Gaſpar Gonzales Socius orationem habet prolixam Legatorum nomine. Totam audijt, & illos epulo, tum colloquio & donis ornauit Pontifex, iam

Annus Christi. — Societ.

Goæ.

Oliſſipone. 1584. 45.

Madriti. Piſis.

Romæ in Domo Profeſſâ. 1585. 46.

In Palatio Pontificio.

Officia Legationis publica.

Annus
Chriſti. *Societ.*

Mors Gregorij 13.

non tam Princeps quàm Pater. Et adeo tenerè benignus atque effuſus, vt ſenis anima, tot gaudijs impar, corpore ſolueretur. Pontificiæ Mortis Nuntius Legatos tanquam Paternę, dolore compleuit. Solatus eſt Aquauiua, & Cardinalium, Conclaue tenentium, nomine miſſus Antiſtes. Eorum ſuffragijs Sixtus V. ſucceſſit, in amorem quoque Legatorum.

Sixti 5. in eos beneuolentia.

Equites mox ab eo creati, & per Sacrum celebre ad officia quoque admiſſi: at ſub priuatum, celeſti epulo paſti. Dona iiſdem abiturientibûs, & litteras ad Iaponios Reges ſuapte nouus Pontifex dedit, & quæ poſtulauerant, conceſſit omnia. Nempe proprium Genti Epiſcopum, & è Societate ſuppetias. Septemdecim ex ea deſignatos ſecum abduxêre. In Epiſcopum deſignati duo; Sebaſtianus Morales, tum Petrus Martinius Prouinciarum Præpoſiti; ille Luſitaniæ, & breuî ad Mozambicum fato ſublatus. Petrus Indicæ: Concionator olim Sebaſtiano Regi, & infauſtâ expeditione in Africam comes. Occumbente illo, captus eſt, ac poſtea redemptus. Nunc in Indiam, ſeorſim à Legatis nauigans, infortuniorum continuatione, Socios amiſit quatuor. Eos Barbari Cafres occidêre. Ipſe cum quinto Goam, & ad maiora pericula demum euaſit. Ea per Iaponiam expertus eſt, fungens Epiſcopi munere. Feliciùs Legati Goam Sociorum reliquos, ad Valignanum integri adduxêre.

Epiſcopi & auxiliares è Societate eis conceßi.

Legati Goam reuerſi.
1587. 48.

CAPVT XIII.

Sedes in China ſtabilis.

Ter vno minùs Anno tentatur à Michaele Ruggero.
1582. 43.

TRibus Michaëlis Ruggeri ex Amacaenſi Collegio profecti conatibus pauculos per menſes tentata, quarto impetrata eſt. Tentauit autem lentè atque accommodatè ad ingenium Gentis: ac velut ad Littus Maris arduum, modici fluctus, per opportunos acceſſus receſſuſque. Immatura feſtinatio temporariam quoque Sedem euertiſſet. Alterius certè Ordinis Viros ſubitò irrumpere conatos, in capitis diſcrimen coniecit. Socij eos eripuêre. Beneficium

neficium fuit, cæſo Interprete, Philippinas ad Inſulas à Magiſtratu incolumes remitti. Contrà Socij adrepsêre tantùm per occaſiones idoneas Legationum. Eas obibant Amacaenſes Luſitani: comitabatur Michaël, & primam ſolus. Per eam ſpes modò perpetuæ Sedis ei à Cinſuo Prorege facta eſt. Conciliatus à Legato fuerat veſtibus vndulatis & ſpeculis è Cryſtallo; à Michaele, humanitatis officijs inſuper, ac eruditionis famâ, & linguæ ſtudio Sinenſis. Eà vtpote petitus, quà patebat cupidus ſciendi, cupidior habendi animus. Indolē aduertit Michaël; & pòſt ad eam ſua conſilia, morbo Amacai detentus, inflexit. Iubet euntem vice iam alterâ Legatum, dicere Proregi, Horologium ſonans adferri à ſe infirmo non poſſe. Deportauerat nuper ex India Riccius. Moræ impatiens Prorex ferre iubet iam valentem, & Diplomate ad ſacram & priuatam Sciauquina in vrbe Ædem, locum adpromittit. Tulit cum Franciſco Paſio Socio Ruggerus, & Trigonum addidit vitrum. Captus ſuo aurium, ſuo oculorum lenocinio Cinſuus, Sedem eis dat ſuburbanam in Idolorum Fano. Habitauêre per quimeſtre: & propriam, Riccio quoque, ſperabant. Amacai in traijciendi opportunitatem intento, impetrarant acceſſum ab eo qui à Secretis erat Proregi. Sed hic incertas ob cauſas officio motus eſt. Succeſſoris metu Socios Cantonium, Prouinciæ Metropolim, dimittit. Tum & Diplomate inſtruit ad Sedem ibi obtinendam. Deſtinatum hoc erat ad Præfectum maris ſupremum, & noſtris amicum ſatis. Sed eo abſente, Amacaum pertulêre diploma. Perlatum Expeditioni tertiæ occaſionem dedit. Co nouus Prorex recuperari illud voluit; tum & quid ei ab Archithalaſſo tributum eſſet, intueri. Sic mos eſt: ne quidquam ab Exproregibus factum in occulto ſit. Retulere Ruggerus & Riccius. Perrexerat quippe in Iaponiam Paſius. At Prorex recepto Diplomate, nouum in Socios & crudele, Palatij ſui valuis affigit, & eos illico Amacaum reuehi iubet. Reuectos, hebdomadâ pòſt vnâ Deus reuocat in Regnum abiectiſſimi ſatellitis operâ. Inaudierat Ruggerum & Paſium, dum Cantonium à Cinſuo pellerentur,

Primùm à Michaële.

Secundùm ab eodem & Franc. Paſio.

Tertiùm ab eodem & Matthæo Riccio.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

tur, certam pecuniæ vim ei daturos ſe, qui à nouo Prorege reditum ſibi impetraret. Eâ ſpe Procuratorem eorum vltro ſe geſſit: & Interpretis nomine Libellum offert Protegi: & aream poſtulat ad figendam Sciauquini Sedem. Mutatus ille conceſſit, & Socios aduocat Amacao ad habitandum. Miſſi

Quartùm & feliciter ab ijſdem 1583. 44.

iterum Ruggerus, Ricciuſque. Præſentibus aſſignatur in ſuburbio locus, ad Floridam, vt vocabãt ab opere variegato, Turrim. Proregis & Linſitai Gubernatoris curâ, communi autem vndecim vrbium ſumptu, ſurgebat ad totidem altè pauimenta. Cepta mox exſtrui noſtrorum Domuncula, &

Sedes Sciauquinenſis.

habitandi ius Diplomate gemino firmari. Ara in illius medio conſtitui, ſuper Aram imago Chriſtiparæ, tum pro ea, Chriſti. Mulierem quippe pro Numine, quidam à nobis coli iactabant. Simul Summa Chriſtianæ Legis Typis excudi Sinenſibus, & excuſa diſpergi. Mentibus ea imprimebatur altiùs, viui adminiculo ſermonis, quoties Socij adibantur. Huiuſce Meſſis primitiæ, Mendicus quidam languens. Curato per illos corpore, ad Catechiſmum aures, ad Baptiſmum vota porrexit. Baptiſmo tinctus euolauit in cęlum. Hic officijs: alij Diſciplinis, calumniarumque tolerantiâ permoti ſunt. Has Præfectus Vrbis, cognitâ accuratè cauſâ, diſpulit: & Coſmographicæ traditione Riccius. Mira religionis conciliatrix Diſciplina hæc fuit. Nulla magis idonea ad capiendos Sinas. Eius maximè auidos curioſitas, & maximè dociles faciebat imperitia. Terram omnino quadratam credebant, & in medio, Chinam. De ſui Imperij ſitûs prærogatiua, opinionem eis ſuam reliquit. Cùm nihil intereſſet; & ei perinde, vt alteri cuilibet Regno concedi poſſet. Sphęricam Orbi formam adſtruxit. Immigrabant iam in Chriſti Legem quidam Litterati, ac inter eos, Franciſcus Capralis Amacaenſis Rector, Sciauquinum adueniens, Doctorem Paulum Baptiſmo luſtrauit. Alterum item haud perinde eruditum, & Ioannem dixit. Franciſco veniendi copiam; ac eo Amacaum reuecto, Linſitaus Eduardo Sandio fecit. Atque aliquãto pòſt, Antonio Almeidæ. Acceſſum ei conceſſerat ad Sedem Sciauhimi

Typographia.

Baptiſmum Mendicus quidam & in China primus ſuſcipit.

Mathematica.

Alij Chriſtiani.

Sedes Sciauhimenſis. 1585. 46.

alteram

alteram, in Cequiana Prouincia condendam. Ea dudum Valignano fuerat in votis, moniti ſque: ne Sciauquinenſi ſubuerſâ, Sinenſis res omnis concideret. At vnde firmamentum ſperabat, inde ruina. Nimium proceſſiſſe videbamur timidiſſimæ Genti, & nouitatum alienæ. Linſitai propinquorum metu & fraudibus, è Scianhimia Sede; Indigenarum autem calumnijs, è Sciauquinia pellimur. *Vtrâque pellantur.* Ita protruſum diutino niſu in montis iuga ſaxum, ſubito lapſu reuoluitur. Neophytorum aliqui conſpirarant. Innatum in exteros odium, nondum extinxerat accepta Diſciplinarum ſollicitatione, religio. Commiſerationis cauſas adducunt Socij, valetudinem, ac Terræ Mariſque pericula. Sed eæ leues viſæ ſunt Genti ad ſua obſtinatæ. Publicæ Fidei interpoſitio profuit apud Magiſtratus, nominis ſui ſatis ſtudioſos; ne publicâ authoritate recepti, & inſontes pellantur. Ita pro Sciauquinia Sede, tribuitur eis Xauceana. Suſpicioni inuidiæque nimium patebat illa, quando in luce ampliſſimæ vrbis, & habitatione Proregis. Xauceana demum conſtitit, ſed & ipſa per vim atque calumnias. *Xauceana demum aſſignatur & perſeuerat.* 1589. 50. Interea Sixti V. Iubileum eò perueneratt: & hortatoriæ Claudij Aquauiuæ ad Socios. *Iubileum Pontif. Hortatoriæ Claudij Aquauiuæ.* At ſubſidium illud ad paucos pertinebat Chriſtianos; alterum ad eos tantùm quibus ſcribebatur. Publicum quiddam requirebat Valignanus, authoritatis plenum. Pontificiâ Sinarum ad Regem Legatione nihil firmius viſum eſt. Eam obiturus erat Sociorum aliquis, & per eam altera Sedes quærenda: *Michaëlis Ruggeri Romam reditus.* Accuraturus autem, Romam iuit Ruggerus, Valignani ad Pontificem & Philippum Regem munuſculis & litteris inſtructus; tum & omnis Legationis apparatu, Sinicè deſcripto. Epiſtolæ Pontificis erant ad Sinarum Regem, ſummumque Cantoniæ Magiſtratum. At Sixti, & ipſius Ruggeri mors, conſilium ſalubre diſpulit. *Mors.* Salerni Neapolitano in Regno Michaël deceſſit. Relictus in China Riccius, Socijs mox ſenis, è ſpecioſâ & multiplici cauſâ, ingreſſum in Regnum obtinet.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT XIV.

Expeditiones in Scotiam.

HAud illuc, quàm in Chinam facilior Socijs ingreſſus. Tentandus erat ignoto cultu. Ita illorum primus iniuerat Nicolaus olim Gaudanus, ad Mariam Reginã à Pio IV. Legatus. Nouiſſimè Ioannes Hayus, Baronis Delgatij Fratris authoritate & gratiâ fretus. Latuit in eius domo nec diu. Nam effreni Hęreticorum in religionem impietate excîtus, prodijt ad repugnandũ. Publicam vim oppoſuêre aduerſarij, priuatę diffiſi. Iacobi VI. Adoleſcentuli Regis Edicto, Delgatius iubetur Regno Fratrem amittere: vel pendere auri ſummam ingentem. Pluris ei erat auro Frater, pluris religio. Sed Ioannes, illius commiſeratione ſeceſſit in Galliam. Eodem nunc ingreſſum, & cum Lenoxio Duce maximum quid molitur Guillelmus Crittonus. Iuuenis gratiâ Regis Lenoxius fruebatur, & omnia gerebat, Catholicæ Religionis cultor, ignotus quidem pleriſque; notus Crittono & Glaſquenſi Archiepiſcopo, Iacobi apud Galliæ Regem Legato. Ab hoc detulerat Crittonus Fiduciarias ad Ducem litteras. Noctu ad eum admiſſus, & clàm collocutus per biduum, denique permonit ad reſtituendam religionem, atque educandum in ea Regem. Collaturi ſumptum erant Gregorius XIII. Pontifex & Catholicus Rex Philippus. Et ad illum cucurrerat Romam Crittonus, negotio tantæ ſpei & molis vrgendo. Studioſè illud tegebatur. At nimium tracti, veſtigium aliquod ſubodorati ſunt Hoſtes. Machinam ingentem ſine ſtrepitu diu non moueas. Eductum illi ad venationem Iacobum Regem tenuerunt, & incluſerunt Arci: Et Lenoxium incluſuri aut perempturi ferro, ſi non elapſum fugâ Londinum. Sed huc quoque odium perrexit. Venenum hîc ei prębitum eſt; Vnde mox Lutetiam progreſſo, languor immedicabilis. Animus infirmo conſtitit: & ſupremam ad luctam per Claudium Matthęi, Socium, Sacramentis

Io. Hayi.

Guill. Crittoni.
1583. 44.

Conatus eius preclari.

Annus *Chriſti.* *Societ.*
1584. 45.

Iac. Gordoni Hunthlæi & eiuſdem Crittoni.

cramentis præmunitus religionem conſecrauit, cuius gratiâ corpus amittebat. Crittonus haud illo caſu concidit. Quin ad irritamentum fortunæ, Socium in alteram expeditionem aſſumpſit Iacobum Gordonum, parem virtute, genere præſtantem: Huntlęum quippe ſanguinem, atque Huntlęi nunc Comitis Patruum, & ſub-Patruelem Regis. Huic Mariam Matrem, detentam in Angliæ carcere Reginam Iacobus V; Gordono Patrem, Iacobi eiuſdem Soror, dederant. Cum eo Crittonus ſoluit Oſtendâ. Hollandorum miles eam Præſidio tenebat. Sed eorumdem Claſſis noſtros ad Doueram naui prouectos comprehendit. Eorum Inſtitutum prodiderat Hęreticus, & Scotus Mercator: at Gordoni iam capti genus, mercatori prodidit captiuus & ipſe Crittonus. Mox confidenter adiecit minas, Comitem Huntlęum Patrui mortem, morte eius vlturum; ſi illum ſinat Oſtendam, adeoque ad Furcam abduci. Vtpote ſupplicium hoc Ieſuitas quos comprehenderint, manere iactabant Hollandi. Cauſa, Principis Orangij cędes, Ieſuitis nimirum authoribus. Vetus inaniſque calumnia: Efficax tamen, & ad inferendum mercatori metum, & Crittono mortis graue diſcrimen. Gordonum Mercator redēptum pretio, ad Huntlęum Comitem miſit in Scotiam. Crittonum Oſtendam reuexêre Nautę. Et deuotę Orangij Manibus Victimę Furca iam ſtabat; ſed cui Anglicus Carcer patebat ad Catholicos ibi ſolandos. Plerique Mariæ Reginæ causâ tenebantur; cuius poteſtati Crittonū natura ſubdiderat. Et eum Eliſabetha petijt ab Hollandis, & conceſſum nauigio certo Oſtendam ex Anglia expedito, Londinum iuſſit adduci. Habuerat quippe ſcripta captiui omnia, quæ illi ad eam Oſtendâ miſerant. Accuſatio in Reum Socijs omnibus communis, Inſtitutum; propria, commendatitiæ Hunthlęum ad Comitem datæ, Thomæ Arondelij, Mariæ conſanguineî gratiâ. Natum ex ijs præiudicium ſolerter eluſit; & dum aliud aliquod aduerſarij captant vel cudunt, Londinenſi Arce clauditur. Magnum innocentiæ adiumentum, libertas. Vinculis adſtrictum criminatio damnoſiùs onerat, opprimitque deſtitutum

Vtriuſque Captiuitas.

Pericula.

Gordonus in Scotia.

Crittonus in Anglia, & Arce Londinenſi.

Annus ſtitutum prçſidijs, ad refellendum idoneis. Obiecta Critto-
Chriſti. Societ. no multiplex eſt. Prima per Grayum, Iacobi Scotiæ Regis
Diſcrimina Crittoni. apud Eliſabetham pro Maria Matre, Legatum. Hunc cap-
Primum. tiua iuſſit libertatem procurare Crittono; qui & ad eundem litteras dedit è carcere. Vtrumq; prodidit Grayus, ad Eliſabethã, & Mariç iuſſionem & Crittoni Epiſtolam deportans. Indignũ Catholico facinus; & Scoto in Reginam, & Ciuem. Expedijt ſeſe Crittonus, haud crimini vertendam ſuæ procu-
Secundum. rationem libertatis. At Criminatio altera grauior, quando cçdis in Eliſabetham conceptæ præiudicio firmata. Eam Caroli Pageti, Pariſijs in Angliam ad Mariæ liberationem appulſi cauſa pepererat. Conſcius aut coniuratus Crittonus eſt dictus. At ſe tum Camberij, Allobrogum Metropoli, fuiſſe oſtendit, dum agitarentur ea Pariſijs; nec litteris ad abſentem datis tam odioſa credi. Plectendus erat nihilominus, & per Crittoni viſcera, Regius Mariæ ſanguis petendus. Sed accuſatione tertiâ, ſtabiliêre Innocentiam. Euertere ſperabãt. Accuſatio maximè ſpecioſa, quia Crittono coniuncta: &
Tertium. atrociſſima, quando in Eliſabethæ cædem. A Guillelmo Parri patranda erat. Et iam eius cubiculum intraſſe, atque in eo ſolam inueniſſe dictus eſt. Abſtinuiſſe autem facinore, ferri oblîtum. Propridie Crittonianæ cædis, nec ſine Prouidentiâ Numinis, comprehenſus eſt. De Reo interrogatus, dixit inſontem. Quæſijſſe ex eo ſe, Lugdunenſi tum Rectore, faſne ſibi eſſet interficere Reginam. Pernegaſſe Crittonum obſtinatiſſimè: & in diſſentientes, rationum quoque pondera congeſſiſſe. Inde Crittono ſpes libertatis, ſed ſerò permiſſæ. Interea per vmbram carceris multa molitus eſt Catholicorum commodo, multa confecit. Paſtorem ibi ſe gerens, ſolabatur afflictos. Et quibuſdã Excubitorum induſtriè corruptis, liberiùs res ſacras quàm extrà tractabat. Liturgia per quamlibet noctem; per Hebdomadam Adhortatio, Confeſſio noxarum, & Euchariſtici participatio Myſterij,
Officia erga Captiuos. cuſtodiam verterãt in Templum. Ordinaria hæc, & in cap-
1586. 47. tiuos officia. At in exteros, præclarum illud, cum Sacerdote Ballardo. Per Regnum curſitans, plurimos hic ſollicitauerat

uerat in necem Reginæ. Nomen haud pauci, ſed intra Sacratiſſimæ Confeſſionis ſecretum dederant. Demum cum aliquot palàm Catholicis comprehenſus, promiſerat coniuratorum reliquos ſe detecturum. Vitam nimirum, & munera polliciti erant Iudices. Palpitare iam per Regnum conſcij conſpirationis. Metuere, ne Reus, Sacramenti ſoluat ſigillum. Crittoni opem implorare. Cubiculum hic habebat ſupra caput Ballardi. Rimulam pauimento aperit, & in ſedentis genua pugillarium folium iacit. Eo viciſſim per eos dato redditoque, confirmatus eſt Ballardus. Silentij pertinax ad extremum vſque, & diriſſimos inter cruciatus manſit. Crittonus autem anno demum ſequente, & carceris tertio, dimiſſus eſt. Multi & potentes pro eius liberatione Patroni: Henricus III. Galliæ Rex, Archiepiſcopi Lugdunenſis impulſu. Parochus item S. Germani, Iacobo Tyrio hortante, Londinum Pariſijs ad eam accelerandam venit, & è Scotia nobilium aliquis. At eius aduerſariorum vni, illa laus obuênit, innocentiæ argumentum. Hattonus à Crittono Epiſtolarum officijs cultus, authoritatem pro eo ſuam impendit. Valebat apud Reginam plurimâ. Senſu Catholicus, mentiebatur Hæreſim; & Crittonum dimiſit in Galliam. 1588. 49.

Liberationis eius Patroni.

Liberatur.

Aureis etiam triginta diſceſſurum inſtruxit indicio religionis. Ille perrexit è Gallia Romam. Inde mox in Scotiam iterum cum Domblanenſi Epiſcopo, Sixti Pontificis ad Iacobum Regem Legato. Societatis ibi, & Religionis res quàm in Anglia lætiores inuênit. Erexerat multo, & proſpero ſucceſſu Gordonus. Primus eius labor, Comes Hunthlęus filius fratris, & Gordoniorum Caput, ſanguinis, & Patrocinij pręrogatiuâ. Adductus eſt à Patruo, Catholicorum ad Fidem, nec admodum reluctatus. Auocare ſtuduit Iacobus Rex blanditijs, authoritatę; & Controuerſiarũ rudem, ſat peritus ipſe, etiam argumentis. Patrui eruditione texit ſe Comes; cum eo certet Rex, daturum ſe manus, ſi vicerit. Admiſit & Rex, & Gordonus ipſe, Diplomate incolumitatis obtento. In Sociorum veſte prodijt. Miniſtris octo cinctus erat Rex, ad ſpeciem magis, atque terrorem, quàm ad ſubſidium.

Tertia eiuſdem Crittoni in Scotiam Profectio.

Facinora Iac. Gordoni egregia.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Nam ijs audacior, ſibíque conſtantior, conſilio, exprobratione trepidos firmabat. De Iuſtificatione primò certatum eſt: tum de Sacrificio Miſſæ. Regis in hanc Argumenta Gordonus refellit, ſilentibus nempe Miniſtris. Et ille congreſſum deinceps fugit, ad venationem feſtinans Gordono prodeunte: ac interdum ſequente ad infligendum ei per occaſionem, ſalubre vulnus. Per Siluas & Agros adequitans, identidem iaciebat in perſpicacem Principis mentem, veritatis Catholicæ documenta. Sed locus ad plagam patuit nullus. Ad Populares, Proceresque, Gordoni conuerſa eſt

Edmundus Hayus. 1585. 46. cura. Hos inter, Erroliæ Comitem Edmundus Hayus, conuertit ad Catholicam Fidem. Gemina hæc illuſtrium familiarum Capita, Hunthlęum, Gordoniæ; Errolium, Hayanæ, multa nobilitas ſequuta eſt. Reliqua nutauit; victo præſertim Iacobi Gordoni eruditione, Georgio Hayo Hęreticorum Duce. Palàm diſceptatum eſt, Partium aſſenſu: & femina illuſtris, Gordonum dimicationi ſeſe accingentem, modeſtiâ Gallinam; dimicantem, magnanimitate Gallum appellauit. Arma iam victi rapuêre ad remorandos victoris progreſſus. Nec ea ſucceſsêre. Duodecies Bellatorum mil-

Gordoni aliorumque Facta illuſtria. lia adoriuntur incautos. Argilenſis Comes ducebat: Hunthlęum ſcilicet, Erroliumque oppreſſurus. His enim minor decuplo numerus; Equites nimirum mille, Pedites trecenti, ſed cauſa melior. Religionis notis adiuta, triumphauit. Animos plerorumque, noctu expiauerant Gordonus, Guillelmus Murdus, & Alexander Macoreus, Socij. Expiatos, Euchariſtico roborauerant epulo: Prodeuntium Arma atque Vexilla Crucibus munierant: confligentes continuatis ad Deum adiuuerant precibus. Ita fugati hoſtes, cęſis ſuorum quingentis; Catholicorum paucis, & ſolis Cruce carentibus. Achindunius Baro, Religioni, etſi non contemptæ, pœnas dedit. Prima in Acie & velitatione perijt. Aſſumendæ Crucis tempus haud fuerat, Ordines diſponenti. Gordonus victoriæ author toto Regno dicebatur. Exilij in eum vis vna ſupererat. Hunthlęus eam adhibere iuſſus eſt à Rege: atque ante menſem ablegare Gordonum; aut pœnam iuben-

Gordoni exilium. tis arbitrio definiendam pati. Minor hęc omnis futura erat

Patrui,

Patrui, & verò Patris iacturâ. Occupauit hic, in Belgium rediens. Sed mox, velut iuſſione Regis expletâ, in Scotiam bis terque expulſus, reuertit: neque carceres deterruêre Animarum lucris ineſcatum. Vna defectio virium, Burdigalæ tenuit. Illas alij cum quiete Socij curabant; minùs vtpote noti & odioſi. Minores ſtellæ minùs rutilant, minuſque luce ſe ſuâ produnt. Haud illas, vt Lunam, Canes allatrare conſueuerunt. Socij ſe in Catholicorum abdebant domos, aut domuum angulos: clam Hęreticis domeſticorum quibuſdam. Noctu prodibant. Libertas carcere moleſtior. Inſtitutum alieno nomine tegebát & cultu; Murdus, Chirurgi; Georgius Chriſtius, Inſtitoris Galli. Globulos, ligulas, aciculas habebat in appenſâ collo ciſtulâ, emptor animarum. Ambos Hęreticorum perſpicacitas oculatiſſima detexit: & Concilij violentia, Capitis damnauit. Iacobus Rex incolumes remiſit in Galliam. Tutiùs, diutiùſque Ioannes Dureus, Guillelmus Ogilbęus, alijque in Scotia verſati ſunt.

Annus Chriſti. Societ. *Reditus.* *Aliorum operæ.*

CAPVT XV.

Expeditiones Diuerſæ.

NVmquam aliàs minùs torpuit vigor Sociorum. Stimulabatur neceſſitate Orbis, & Hoſtium numero & contumaciâ. Prohibita virtus aut laceſſita, tendere vehementiùs ſolet. Calcar etiam acre, adhortationes Aquauiuæ Imperatoris ſupremi. Ibat autem illa impetu forti, non cæco: & Expeditionum impetum fundens, vel idoneè temperás, inſinuabat ſe vnde excludebatur; porrigebat quoquò ingreſſa, referebat vnde expulſa. Anglicanę Europęarũ maximè arduæ. Singulis, labore multo; quibuſdam, Capite conſtabant. Quin ad placandum Numen, proſperandoſq; conatus, pœnis ſe, ſupra neceſſitatem, ſpontaneis vexabant. Hæreticis ſtupori erat tanta fortitudo; & Thomæ Cottami, etiam horrori. Corpus de patibulo deiecti nudandum erat ad carnificinam, quando rigenti cilicio tectum apparuit.

Anglicanæ. *Thomæ Cottami cædes.* 1582. 43.

 ruit.

ruit. Eâ infirmos artus loricâ in Eliſabethæ, Iudicumque violentiam armarat Chriſti Bellator. Hac lenierat triennalis ærumnas Carceris, & equulei dolores, & ſecuturæ mortis metum. In ſpem gaudiumque verſus eſt timor. Lictorem Thomas arctè complexus,ſalutaribus quoque monitis lętus adſperſit. Fecunda mors,nec modò iucunda. Pro vno Thoma, Alũnos decem afflictiſſimæ Patriæ, Seminarium Societatis Romanum, hoc anno ſubmiſit. Nec tenebantur nouis Eliſabethæ, & crudelioribus Edictis. Illud maximè petebatur: Sed ſtabit; & Audomarenſe, Valliſoletanum, Hiſpalenſe eidem Genti; Salmanticenſe, & Oliſſiponenſe paucos poſt annos Ibernis pariet. His Ius in Muſſipõtano Scotis conuiuendi, Gregorius XIII. nuper concellerat Aquauiuâ poſtulante. Immo emerat additis ad dotem aureis ſexcentis. Millenos Scotis antea aſſignarat ad ſummæ augmentum, quam eius Fundatrix Maria Scotiæ Regina, annuam pendi curabat: Pariſijs primùm, inde Muſſiponti: Pòſt autem Muſſiponto Duacum Sixtus V. Diplomate tranſtulit. In Iberniam quiqui ſe penetrauere Socij, per Anglorum inſidias ierant. Accipiebantur ab Indigenis benignè,religionem bello, & fortunato tuentibus. Vltoniam vindicauêre Onelli atque Odonelli; Momoniam Geraldini. Hos inter ſe, dolis potior Eliſabetha, commiſit: conſilijſque diſtractos, ſigillatim oppreſſit. Sociorum interea labores ea Bella retardabant.

Collegia Anglorum Valliſoleti & Hiſpali atque Andomari. Ibernorum Salmanticæ & Oliſſipone. Scotorum Duacenſe

Expeditio Moldauica.

1588. 49. Moldauica illos excitauêre, crebrâ mutatione Principum, Alexandri, Deſpotæ Sami,Thomſæ,Bogdani, Iuoniæ,Ianiculæ, Petri. Imperiũ hic tenuit authoritate Stephani Poloniæ Regis; & exemplo firmare niſus eſt. Firmamentum adeptæ Dominationis, vnam Religionem putauit. Superſtitionum Turcicæ, Arianæ, Lutheranæ, varietate nutauerat. Eò Socios à Pontifice dudum petijt,Stephani interuentu. Hoc demum anno Ioannes Sauonianus, & Iuſtus Rab, functo vitâ Stephano, Moldauiam ineunt. Pontificis Litteras, & dona Petrus admittit, & Calogerum adigit ad prærogatiuam Apoſtolorum Principi aſſerendam. Sacerdos erat, Græcis religione conſentiens. At Petrus Socios ſinit

omnem

Annus *Chriſti.* Societ.

omnem luſtrare Moldauiam, & Hæreticos ad pœnam vocare. Abſtinuêre mites Medici. Suauiora obtulêre remedia, quæ infirmi vltrò admitterent. Quindecim circiter Oppida ſunt; in ijs præter Indigenas, Hungari, Saxones, Rutheni.

Angolana Expeditio.

Africanas inter, Expeditio Angolana, laboribus grauis, Prodigijs iucunda. Occaſionem dedit Regis Quilongi vis, & perfidia, Luſitanorum naues tredecim, per Pacis ſecuritatem, ſpoliantis: Tum & Tutores earum circiter quadraginta fędè mactantis: Quin & ad cumulandam proditione auaritiam atque Barbariem, Paulum Diazium Bello petentis. Suorum hic cogit trecentos, Indigenarum paullò plures: & in Regem tendit, cedentem primo ardori irritatæ virtutis. Inde ad Cambambios montes Argentifodinis nobiles. Aderat Loandâ profectus Balthaſar Barreira Socius, & opportunè. Diſtractum factionibus militem, & ſimultates poſtridie ferro dirempturum, in gratiam reuocat. Haud minora reſtabāt mala, morbus, egeſtas, innumerabilis multitudo Hoſtium, Mocumbam Stationem arctè cingentium. Cinctorum multos carpebant ęrumnæ, multos arrepta retro Loandam fuga. Sed profugos alioſque, relictus Loandę Sociorum alter Mocumbam reduxit. Eo ſubſidio pulſus eſt Quilongus, & Baptiſmo initiatus Banzanius Soba, & Incolę plures mille ſexcentis. Iam cum his religione ſibi coniunctis Argentifodinas Diazius occupat. Accurrit cum duodecies centenis ſuorum millibus, efferatus eâ iacturâ, Quilongus. Quantum Hominum in Luſitanos centum quinquaginta, & Æthiopas Banzanij Sobæ non multos! Angolanos tamen pauci, immo pro his Balthaſar Socius, ac Diui ſtrauêre. Illius brachijs ad cęlum & precem, inter confligendum ſublatis, cadebant Barbari; laſſitudine depreſſis, Luſitani, at ſepteni tantùm. Nam Pater euentu iam doctior, dum illa diu ſuſtinet, Crux in aëre conſpici cepît. Tum hinc ſpecie pluſquam mortali Femina, inde ſenex Bellator, ancipitem vibrans gladium, ac terrorem incutiens Barbaris. Deiparam ac D. Iacobum interpretati ſunt Luſitani. At Hoſtes partim cęſi; partim fugati; partim inter fugam hauſti gurgitibus.

Balth. Barreira concordiam inter Luſitanos reuocat.

Chriſto adiungit Incolas 1600.

1584. 45.

Victoriam mirabilem impetrat Luſitanis 150. ac Æthiopibus paucis in Angolanos 1200000.

 Reliqui

Annus Reliqui in Hydræ morem pullularunt. Sexcenties mille ſe-
Chriſti. *Societ.* mel iterumque rediêre, toties vincendi. Primùm à Luſita-
Iterum aliam 200. nis bis centum, ac Æthiopibus fœderatis decies mille. Dux
ac Æthiopibus 10000. illis eadem Deipara. Eius Imago prælata Caſtris aduocaba-
in Angolanos 600000. 1585. 46. tur à milite: & Victrici Sodalitium ac Templum Loandæ
Deiparæ victrix in poſita ſunt. Geminum hoc opis Marianæ Monimentum
Loandæ Templum. reduces duo Socij curauêre. Quini mox fuêrunt vniuersè.
Quaternos Claſſis è Luſitaniâ nuper aduexerat; vnum celi
Socij quinque Loandæ & Maſſagani, Chriſtiani per eos effecti 20000. inclementia morte ſubduxit. Reliqui, Angolanos victoriarũ
prodigioſarum famâ, & veritatis commonſtratione conci-
liauêre Chriſto. Conciliati vigeſies mille Decennio ipſo cen-
1590. 51. ſebantur. Lætus eo ſucceſſu Diazius diem nuper obierat. Ad
perpetuitatem, Socijs Fundi tantum Teſtamento dedit,
quantum quingentorum victui ſatis ſit. Heredes autem ac
Regem obſecrans, eorum vt numerum augeant, audiant
Congana. conſilia. Congana Expeditio ab vno Loandenſium Patrum
1587. 48. ſuſcepta eſt. Eius eadem, quæ Angolanæ, neceſſitas exituſ-
que. Illum aduocauerat Aluarus II. Rex, ſed ſpecie regnans;
quippe deſertus à ſuis, & altero iam prœlio, fugatus à Fratre.
Quamquam Chriſtianus, carebat tamen ſacris ad vincen-
dum armis. Firmamenta Regnorum, Religionis res ſunt.
Eas detulit è Loandâ Pater, benedicta grana, Icunculas,
Fortunatè. Agnos cereos, aliaque precationum ſubſidia. Inſtructus
his Aluarus, Proceres reconciliat ſibi, & occurrentem Mo-
nomachiâ Fratrem, gladio traijcit. Precationem interim
fundebat ad Deum Pater: & ruentem in brachia excipit Re-
gem. Sanguine victor adſperſus, Templum ingreditur ad
habendam publicè gratiam authori victoriæ Deo. Et ſui
Mediatoris memor exſtitit. Pecuniam dat ad Collegium
Loandę fundandum, & Diploma fundendo Chriſti Regno,
cuius ope regnabat. Aſiaticarum Expeditonum pleręque
Africanis operoſiores erant, quia in eruditos magis Hoſtes,
ac pręſertim in Turcas. Littora tenebant Africæ: & clau-
debant in Abaſſiam acceſſus. Penetrandum tamen erat ad
ſucceſſionem quinque Sociorum Ouiedi. Duo tantùm, ſed
animo reſtabant, Emmanuel Fernandius & Franciſcus Lo-

pius.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

pius. Corpus vtriuſque, ſenium & labor inclinarat. Totidem Goâ mittuntur, Antonius à Monte Serrato, & Petrus Paſius. Peruadere noluit Deus ad Æthiopas, nondum frugi maturos. Traiectio certa in ſpeciem erat. Dieuſi in Arce, Armenorum cultu veſtitos deducere Turcæ, mercedem pacti, ſpoponderant. Sed horum Pueri, lapidibus illos repulêre, innato in eos odio, quos mentiti, prodibant. Arabico Sinu depulſi, Perſicum tentant. Omnia hîc coniurauêre: Maſcate, morbus; in mari Procella; Dofari, dura captiuitas. Prima, & breuior mitiorque ſub Einauenſi Arabiæ Regulo. Ad illum ſeminudi, pedites, ieiuni, Sole & arenâ paſſim adusti, menſe propemodum toto trahuntur. Quadrimeſtre detenti, liberationem ſperabant. Chriſtianus aliquis euaſerat carcere ad eorum infortunium Goæ narrandum. Sed eos à Regulo poſtulat Baſſa Turcarum. Conceſſi ſunt: & Chriſtiani vulgò crediti, mitiùs habebantur. At Sacerdotes eos & Religioſos dixit Indus Apoſtata. Baſſæ Vxor atque Filiolus eorum modeſtiâ conciliati, libertatem eis ab illo impetrarant. Ecce, Goanos, & magni nominis & litri Patres eſſe, vicinæ Præfectus Vrbis ſcribit. Itaque retinentur, pedes, manus, collum, ferro humillima in casâ conſtricti. Stare in ea fas neutri. Hinc ad Remos, accelerandæ redemptionis gratiâ. Goâ tandem, & anno Expeditionis octauo allata eſt, aurei omnino mille. Illius fructus, Patientia; & Chriſtianorum vnius ac triginta, in Fide conſtantia. Eos apud Baſſam inuenêre captiuos, & quadriennalis vexatione carceris, vacillantes. Sacramentis, adhortationibus, exemplis firmauêre. Sed & quoſdam reduxêre, qui, oblatâ libertate, defecerant. Expeditio altera, ei multa conſimilis, ſucceſſu diſcrepat. In Turcas, & in Arabiæ Sinum, & à Goenſibus iterum Socijs duobus ſuſcepta eſt. Iuêre cum viginti nauium Claſſe, & Luſitanis circiter nongentis. Subſidium eis opportunum, tempeſtate ad Goam fœdè iactatis: tum Ampazam inter & Lamum, arenæ hærentibus; ac præſertim in Mombazæ Vrbis Propugnaculum irrupturis. Turcæ erexerant operâ ſolerti, & Mombazenſibus iuncti, acri animo tuebantur.

Æthiopica Ant. à Monte Serrato, & Petri Paſij. 1588. 49.

Errores.

Carceres.

Expeditio Naualis. 1589. 50.

Annus Chriſti. Societ. tur. Noſtri prębuerunt aures Confeſſioni noxarum, & Aciei

Proſpera. primæ, Iconem Diuæ Bellatricis prætulêre. Simul cum exortu Solis, nigrâ ſpecie globus, & ſanguine tinctus in Vrbem delabi cernitur. Hanc obſidebant vnâ modò parte Imbiæ. Gens fera, & humanæ carnis inſaturabilis. Ingluuiem haud ſemel experti erant Mombazenſium aliqui, nunc horrebant cęteri. Horrebant & Pręſidiarij Turcę. Horum Dux Alebechius Latrocinijs Pirata nobilis. In eum Claſſis ſoluerat Goâ, & ad vindicandas Luſitaniæ Regi, Vrbes Oræ Melindenſis. Igitur Europęorum vincula prę dentibus Imbiarum optauerunt obſeſſi. Dedunt Luſitanis ſeſe; & Goam vincti reducuntur.

Braſilica in nouam Hereſim & excerandam. Braſilicarum potiſſima, in Apoſtatas ex Europęis ortos. Religionem quam deſeruerant, nunc impugnabant eiuſdē ſimulatione. Hac nulla vis maior ad ibi propagandos errores. Veri ſpecie rudes facillimè capiuntur. Eccleſia inter eos conflata eſt, ad Catholicæ ſimilitudinem & probrum. Vnus in illa Pſeudo-Papa, multi Pſeudo-Epiſcopi, Pſeudo-Presbyteri, & cętera nequiſſimæ Hęreſis Capita. Scelera dementiæ paria: Infantium cędes, Agrorum vaſtatio, publicæ & horribiles minæ. Luſitanicæ Dominationis, & Religionis Chriſtianæ profligatio, Scopus erant ſtolidiſſimo Agmini. Occurrerunt conſilijs & dehortationibus Patres. Vna præ-

Mexicanæ. ſertim comitas valuit apud obſtinatiſſimè efferatos. Mexicanarum, Chinaloenſis maximè floruit difficultate culturæ. In illas Colonos octo & triginta idem ex Europa annus aduexit. Appulſos citò diſperſit, & neceſſitatis oſtentu, & ſanctiſſimi Vaſqui Pręſulis vaticinio & inuitatu. Aduocabant & Indigenæ certatim, conſuetudine iam cicures. Peruuia-

Peruanæ. Ingenſis. nas inter vna ad Ingarûm Regnum, maximè illuſtris.

1582. 43. Eam procurauit Rex ipſe, pedes bis Cuſchum profectus ad Patres. Grauis cauſa impulerat. Chriſti nimirum affixi Cruci Effigies, caput dextrà inclinatum, conuertens in lęuam, ac ipſum, Proceresque trecentos ſeuerè intuens. Sputum dextrorſum in eius faciem iecerat Idololatra impudens. Prodigium illud Ethnicos omnes terrę ad tres horas afflixit. Chriſtianus effigiem geſtans, & Ieſum aſſerens Deum, perſtitit

ſolus

ſolus. Regi primâ peregrinatione Cuſchum vſque progreſ- **Annus** ſo, promiſſa tantùm Expeditio eſt. Dilatam doluit, & acce- *Chriſti.* *Societ.* leraturus, rurſum cum Filio ad Collegium redijt. Ibi iam ſenex in morbum labitur ; & Legis Chriſtianæ rudimentis, Baptiſmoque tinctus, exſpirat. Expeditio dein ſuſcepta, Indigenis modò vtilis fuit. Innumerabiles iam alias per Europam & Aſiam quis è facili numeret? Germanico è Collegio duodeni aut plures ibant in Patriam quotannis ad frugem. E Polonici Regni Collegijs, in Liuoniam, Ruſſiam, Eſthoniam, Moſchouiam quàm multi! Per Styriam, Carniolam, Carinthiam vnus Michaël Cardanus, ceteris in Auſtriam Hungariamque diſperſis. Ieroſolymam quoque Socij duo è Sebaſtiani & Henrici Luſitaniæ Regum voto, & Philippi Catholici ære perrexerũt. Eorum pro Regibus Re- *Per Europam & Aſiam plurimæ.* gionem, propria in Maronitas Adoleſcentes beneuolentia excepit. Horum aliquos Romam ad Contubernium reduxêre. Aſia omnis reliqua, Miſſiones per eam ceteras ſuâ amplitudine ſubducit oculis. In Peguanum Ceilanumque Regna Socij cum Caſtris iuêre. Melioporem cum Diui Thomæ Sacerdotibus & Babylonenſi Patriarchâ Alexander Valignanus. In Mogoriam Chriſtophorus Viega, atque Edmũdus Lentonius profectione vt ſecundâ, ſic rurſum inutili.

CAPVT XVI.

Miſſio Hollandica.

AGroninganâ duxit initium. Hanc vrgebant A- *Colleg. Groningæ ceptum.* drianus Arboreus, Zachęuſque Riberius, authoritate Regis, & ad Collegij cepta promouerant. Sed 1590. 51. hæc, deditâ Fœderatis Ordinibus Vrbe conciderunt. Deſiderium tamen iam antea Hollandiæ Catholicis ardens inieceránt aduocandæ Societatis. Operas igitur poſtularunt, à Belgicæ Prouinciali Martinus Dunkanus, Delphenſium Parochus; à Clemente VIII. Pontifice, præſens Ioannes Smetius. Sacerdotem hunc egregia in Patriam Charitas, Romam

Annus *Chriſti. Societ.*

vſque perpulerat. Bono Numine res agebatur, & mirâ conſenſione, locis inter ſeſe diſtantium. Incōſulto Aquauiuâ Socios Martino cōcedere Prouincialis noluerat: & quo die eius epiſtola reddita eſt Romæ, Socij vt in Hollandiam mittantur, Aquauiuæ imperat Pontifex Clemens. Prodigium interpretatus eſt, & opem ab eo præcepit, qui eadem pluribus inſpirarat.

In Hollandiam miſſi Guillelm Leonius, & Cornel. Duyſtius.

Deſtinati primùm ſunt Guillelmus Leonius & Cornelius Duyſtius, Hollandi. In Patriam alieno cultu feli-

1492. 53. citer inuecti, Zelandiam quoque Geldriamq́ue, finitimaſq́ue Prouincias, curis inter ſe magnæ Animæ complectuntur. Tantæ imparibus culturæ, proximè Ioannes Bar-

1593. 54. gius Amſterodamenſis acceſſit: ſubinde & Arboreus ipſe, alijq́ue ſublato morte Bargio. Catholicorum reliquiæ iacebant. Nunc eorum aduentu reſpirauêre, velut ab enato clàm fonte lãguentes Herbæ. Iam certas in domos cogi per noctem atque ſilentium: & latenter repoliri ad antiquæ Religionis morem: vtrorumnam gaudio & metu maiore, Catholicorum, an Patrum? His ſua tanti non erat vita, vt ſic dubitarent redimere ſalutem animarum quas curabant. Sed horrebant captiuitate ſuâ vel nece, lupis oues exponi.

Pericula.

Contrà Catholici, Satellitum inſidias artibus idoneis fallere, vel pretio occupare venales. Præ Patrum libertate exponere conſtanter omnia. Moderationis alios alij admonebant: & viciſſim aliorum exemplo feruebant, media inter pericula. Et ab Hęreticis minora extiterant; quando maxima ab ijs acceſſêre, quos Sociorum opem, admittere ſaltem, decebat.

Vexatio.

Ad accuſationes tandem progreſſum eſt. Socios Apoſtolicus Bruxellis Nuntius abſoluit, ſubduxitq́ue alienæ poteſtati, quos Pontificia miſerat. Illud Iudicium quietem contulit Socijs, & libera ad frugem adiumenta.

Incrementa.

Adeo breuî numerus eorum maior expetebatur, & Miſſio magis ac magis florebat. Ea Collegio Antuerpienſi, propinquitatis commodo, attributa eſt.

CAPVT

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT XVII.

Obitus B. Aloyſij Gonzagæ.

ANgelicum hunc Romani Collegij florem aura peſtilens abſtulit. Exciuerat è Domicilijs Socios, ad opitulandum iacenti ex fame, & miſerijs, Gregi infirmorum. His illi Noſocomium, proborum hominum ſumptu condiderant. In quod conquiſitos ducerent manu, vel humeris inferrent. Claudius ipſe, vt illius author, ſic & exemplar officij, leproſo ſeruijt. Eòdem Aloyſius prorupit, & miſeros recreabat ſucco & odore viuidæ virtutis; quantæ patiens corpus vix erat, iam antea vexationibus ſpontaneis attritum. Violenta Pudicitiæ Præſidia ea ſunt, quam dudùm dicarat Virgini, cuius ipſe auxilio prodierat in lucem. Omnium deinde Feminarum (præterquam illius) cautus hoſtis, quamquam nondum Socius. Ita confecto, nimius in morbidos ardor, vitam ſenſim depaſtus eſt. Febris inuaſit, primùm continuata per ſeptiduum, dein lenta atque hectica per trimeſtre. Iacebat exſuccus ferè & exanguis, adeoque celeſtibus flammis idoneus. Eas Chriſti Corporis ſacræ feriæ iniecerunt optanti: & tanti ardore myſterij, ceu Thus Meridiano Sole, ſic Aloyſij animus in artubus infirmis liquitur. Morte reſolutus, extitit ſaluberrimus plurimis. Primò omnium deſperatæ à Medicis Matri, ab qua vitæ mortalis initium, & religioſæ ineundæ copiam acceperat. Durior in illud conſilium Pater, in familiæ gloriam erectus. Alebat in hoc Filiorũ maximo ſpes magnas; & dolebat iam adultas, diuerſis ipſiuſmet conatibus exſcindi Nihilo acriùs vrgebat Aloyſius, cuius intererat obedire Deo magis quàm Patri. Meminerat, de Societate olim cogitanti vocem ſibi allapſam de cęlo, quę ineundam iuberet. Iniit, eò pręſertim quòd honores defugeret. Atque eorum cõtemptu longè maximos atque immortales familiæ intulit. Cęlo recepti ſanctitatẽ miracula propè innumera hęc lampades ad ſepulcrum viginti, donaria omnino quadringenta, decimo poſt mortem anno celebrabãt.

Erat in infirmos charitas.

Morbus fat longus.

Mors 21. Iunij. 1591. 52.

Vocatio & ingreſſus in Societatem.

Prodigioſè effecta.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT XVIII.

1593. 54. *Congregatio Generalis Quinta.*

ADhuc Societas quiete ſuâ gaudens, & felix. Sicubi impugnata, id in certis ſtationibus tantùm; & odio, & magis animo vexandi, quàm vincendi ſpe. At iam formidabilis quoque viſa eſt, ſuâ ipſius propagatione, coniunctioneque, & robore Partium. Socios octies mille quingentos cenſebat vniuersè, in Prouincijs tribus & viginti. *Socij vniuersè 8500.* Tum eruditionis, ſanctimoniæ, authoritatis famâ terrere aduerſarios cœperat. Totam igitur inuasêre, & ſimul Caput ipſum. Nam hoc ſtante, reſtitutum ſæpe aduerterant, quod in membris ſubinde defluxerat. Adiutores inuenêre peritos rerum, & audentes, ad calumnias ſpeciosè fingendas. Tentati primùm Pontifex Sixtus & Philippus Rex. Sed Principibus his, plus iudicij, plus roboris inerat, quàm vt ſe falli ſinerent, aut flecti. Et Sixtus, Gregorij XIII. morte gaudentibus in Socios manifeſtè & largè beneuoli, referri iuſſit mortuum nobis non eſſe, ſed adhuc viuere in Sixto. Verbis euentâ fidem adſtruxêre. Vrbanum VII. Gregorium XIV. & Innocentium IX. & ſua in Societatem propenſio, & breuitas dignitatis, fraudulentorum artibus exemit. Quin Gregorius acria in illos Diplomata edidit, ſeuerus innocentiæ vindex. Interim quies. Sed ſopita magis, quàm extincta molitionum vis, latuit velut ſub cinere, eruptura ſub Clemente. *Pontifices in nos beneuoli.* Congregatio indicitur. Coactam Clemens inuiſit; & verbis præſens, & rurſus per Toletum iam Cardinalem, ad ſalutaria conſilia hortatur. Hoſpitij ſumptum magnâ aureorum ſummâ leuant, ipſe & Philippus Rex. In Comitijs, Perturbatorum detecta fraus eſt, vis cohibita. Tum perturbationum ſublatæ cauſæ: repreſſa Politicarum rerum tractatio; Pacis & concordiæ quæſita præſidia, etiam cum Externis. Carthuſianis cum Patribus confirmata Germanitas. A Iudæis, Saraceniſúe vel longiſſimè oriundi, Societate penitus

Clemens 8. in Congreg.

Comitiorum Decreta.

nitus excluſi. Aquauiuæ, plerorumque, quæ Decreta ſunt, accuratio fortis imponitur: tum & cura, Diui appellationem & Honores, S. Ignatio à Clemente poſcendi. Ei Pyramidem Mnoreſſneſis Epiſcopus, geſtorum ibi quondam Indicem, nuper poſuerat. Diſciplinis quoquè per ea Comitia conſultū eſt. Magna earum vis ad Reipublicæ commodum vel damnum. Studiorum Ratio confici iuſſa: vt vno veluti lacerto ea arma tractentur. Multa circa eam, peritiſſimos inter Patres, Conſultatio. Diutinus in conficienda labor. Confectæ diuturniora per Prouincias Europę omnes, experimēta. Horum adminiculo, demum coaluit ad Legis perpetuę firmitatem. *Ratio Studiorum.*

CAPVT XIX.

Franc. Toletus, & Rober. Bellarminus Cardinales.

ERuditio; Prudentia, Probitas, Purpuram in Societatem inuexêre. Sed in repugnantem: ſuâque ſe quoad fas, demiſſione tuentem. Perrupit Pontifex Clemens, obiectâ piaculi religione. Obijcere ſola hæc poteſtas poterat, Orbis ſuprema. Petitus eſt primùm Toletus. *Fr. Toleti geſta.* Plurima eum Dignitati aptauerant: tum Legatio Polonica, Germanica; Louanienſis: ſed & Pontificij Eccleſiaſtæ per annos quatuor & viginti munus, cum laude geſtum. Pontifices eum omnes laudarant, extulit Clemens, & Purpuram ſuſtinere, nec volentem iuſſit. Sed eam Toletus quàm non *Iubetur Cardinalis.* ſpōte, tam ſecundâ geſſit famâ: Doctrinam, & conſiliorum 1593. 54. ſalubritatem inediâ, & certis in Deiparam officijs illuſtrans. Eius opem in ſupremo Agone ſenſiſſe creditus eſt. Henricus IV. Galliæ Rex iuſta Pariſijs ei magnificè perſoluit. Toleti ſucceſſorem habebat Clemens Bellarminum: & hic dotes, quas exigebat Pontifex, at non affectum. Nam & naturæ quodam inſtinctu, ceu Animantium quædam, horrebat purpuram. Res quanto maiores, tanto proniùs inclinant

 ad iacen-

Annus *Chriſti.* *Societ.*

ad iacendum. Sed illum abſque periculo ſalutis euehi poſſe, Honoris deſpicientia monſtrabat; & ſupra Inuidiæ iactum Sapientia & Fama, pridem extulerant. Iudicium hoc vel ab Hęreticis, editi ab eo Libri expreſſerant. Aſſenſi erant Catholici Galliæ, ſpectatâ Patrisijs eius ſapientiâ & fortitudine, per incerta, diſtracti factionibus Regni, negotia. Eò Pontificij Legati comes aduenerat. Proprium Gentis Concilium ſatagentibus Turonem, inuito Legato cogere, fortiter obſtitit, modeſtè diſſuaſit. Nec minùs prudentiam, Auſtriaci Principes æſtimauêre Ferrariæ. Duxerat eum Clemens Theologum nunc ſuum, obtinendæ Vrbis ac Ditionis, tum & gemini inter illos Coniugij gratiâ. Iungendi erant Albertus & Margareta præſentes, abſentibus; hæc Philippo III. Hiſpaniarum Regi: Albertus Iſabellæ, Sorori Regis. Reductum

Item & Rob. Bellarminus.

Romam Bellarminum Pontifex Cardinalem renuntiat. Publicus erat Purpuratorum Patrum conſeſſus. Tenebatur

1599. 60.

eâ Iudicij celebritate Robertus; ſed & anathematis religione. Hoc illum obſtrinxerat Clemens, ex neceſſitate ingenij honores aduerſantis. Voculam contrà hiſcere vetuit, ſolertem ad eludenda, quæ laudabiliter odiſſet. Sed fruſtra & ipſe & Societas omnis repugnarunt.

CAPVT XX.

Societatis Proſcriptiones.

§. I. *Anglicana.*

Edictum Reginæ.
1580. 41.

Nuitam, honoribus Pontifex euehebat; immeritam Aduerſarij agitabant iniurijs. Omnium maximè grauis, Proſcriptio eſt. Cepit in Anglia, & ab Eliſabethâ, infenſiſſimâ Pontificibus & Socijs Reginâ. Acre eius Diploma Guillelmus Alanus, Libello modeſtiæ & fortitudinis pleno refellit, laudabili cõtumaciâ Socij. Cõſtiterunt quiſque in Anglia: certi, nec mortis cõſpectu deſerere ſtationem. Reginę iracundiam acuit geminum defenſionis genus;

conſtantia illa præſertim, quando conſilijs quoque ſuis, nec Annus
Diplomatibus tantùm aduerſa. Acerbiora cudit, cedere neſ- *Chriſti. Societ.*
ciens Femina. Atque hæc in penitiſſimas Religionis fibras: *Item alia eiuſdem,*
Romanum & Rhemenſe, Anglicanæ Pubis, Collegia obli- *& Ordinum Regni.*
què percellens. Parentibus grauiter edicit, ne ſuos illic Libe- 1582. 43.
ros ſinant, aut cum Socijs vſpiam. Ad violentiæ conſortium, 1585. 46.
Regni Ordinis adducit. Sed illis ſeſe obdurauêre, qui petebantur, ceu ferrum quod plurium manus contundunt.

§. 2. *Suecica, Rigenſis, Tranſiluanica.*

Anglos proximè & promptè Sueci, Liuones, Tranſil- *Stokolmio Sueciæ Vrbe*
uani ſunt ſecuti: dudum eâdem Religionis causâ in- *Societas pellitur.*
clinati. Neque Sigiſmundus Sueciæ Princeps ſatis erat ad 1586. 47.
Socios Stokolmij, Regia Vrbe, retinendos. Obierat Mater Catharina; & regnabat adhuc Ioannes Pater, Hæreticorum magis metuens quàm amans. At Sigiſmundus breuî Poloniæ Rex, eos Liuoniæ Metropoli, Rigæ reſtituit. Conſtituerat Stephanus Bathorius Rex nuper vitâ functus. Agitauit factio Hæreticæ Plebis, & in Senatum nobis fauentem accenſa. Comminatione, maledicentiâ, Edictis Præſcriptioni proluſum eſt. Stephanus Rex reſcidit Edicta, & Radziuillius Cardinalis. Iam falsâ accuſatione certatur, & teſtimonio duorum empto: Senatores nobis dono dediſſe Armamentarium Vrbis Collegio proximum, ſummum verò vendidiſſe Templum. Detinetur Rector in Cubiculo concluſus per
biduum: At eius innocentiam, comprehenſorum à Senatu *Rigâ, Liuoniæ.*
Teſtium alter fugâ confirmat, & confeſſione calumniæ, vl- 1587. 48.
tro Rectoris ad pedes abiectus: & mox palàm abiurans Hæreſim. Æquitatis, Religioniſque factum Plebs immanitate vlciſcitur. Primores è Senatu duos capite plectit; criminatione ſcilicet oppreſſos gemini nobis traditi Templi. Vindictam parans Stephanus Rex, morte extinguitur. Socij Rigâ abeunt expulſi. Tranſiluaniâ contra per Optimates Arianos & Caluiniſtas. Proſcriptionis Edictum reſcindere conatus eſt Sigiſmundus Bathoreus. Quin & manu conſignare, quindecim annorum Princeps compulſus eſt defectionis metu. Obſtiterunt interceſſione Catholici, & publicò Patres

ad Co-

Diſceditur à Claudiopoli, & Alba Iuliâ, totaque Tranſiluaniâ.

ad Comitia libello atque ſermone. Vtrorumque expoſtulationibus obiecta eſt religionis libertas: & Andreę Bathorij aduenientis authoritati, acceleratio diſceſsûs. Nec Ioannem Leleſium per hyemem tantiſper morari Sigiſmundus potuit, adeo exilium illi calidè vrgebant. Per gelu & niues abijt, propinato per Hęreticam Hoſpitem veneno, iam diu languens. Alphonſus Carillius ſolatio Sigiſmundi demum relictus eſt. Saluti manſit, ei conſilia idonea ſuggerens. Coniurarant iam in vitam Catholici Principis: & incolumitatem fugâ quęrebat. Reditum perſuaſit Alphonſus, ab eo Viennam pro auxilijs miſſus ad Cęſarem; & fortè per viam occurrens. Redeuntem iucundiſſimè Populus excepit,

Reſtituitur ibidem Societas.

& recepto licuit de Coniuratis pœnas ſumere, & Socios re-

1591. 62. uocare, ſuâ & vnius Religionis causâ proſcriptos. Regreſſi ſunt ſub nomine & veſte alienâ: ad labores primùm nouos, & Expeditiones in Turcas, & Proſcriptiones demum alteram tertiamque.

§. 3. *Gallicana.*

Ceu fulmen, Tonitruorum ſonitus fuſci pręnuntiăt, ita Proſcriptionem è Galliâ, in Pariſiẽſes Socios Declamatio Arnaldi pro Academicis, & Dolęi pro Curionibus Vrbis:

Burdigalâ.

1589. 50. in Lugdunenſes, calũniæ; in Burdigalenſes, Proſcriptio; propria illa nec in longum, quando ad Macarianam in vicinia villam; nec diutina, quando vix ad ſexenniũ. Recõciliato cum Eccleſia Henrico IV. Rege, Burdigalam rediêre. At Lugduni corrupta etiam præmiolis eſt diſcipulorum ſimplicitas, ad Magiſtros de proditione accuſandos. Pariſijs ad Roſtra, reſuſcitantur veteres & ſemiſopitæ triginta iam annos, no-

Ad grauius infortunium Preludia.

ſtrum in Gymnaſium iræ. Sed maius aliquid tantos per impetus petebatur. Nec Cacodęmon conſilium ingens premere ſilentio potuit, eius ſcilicet author. Toloſę Energumenam inſidens, palàm gloriatus eſt, euerſum à ſe iri Cacabũ Ieſuitarũ. In ipſa Vrbe Româ enucleatiùs, & rurſum per Feminam, multa de ſuo atroci conſilio iactarat. Exequendi cauſas quęrenti, vnam obtulit Ioannis Caſtelli Adoleſcentis nefarium facinus, Henrici Regis iugulum cultro appetentis.

Sed

Annus Chriſti. Societ.

Sed ictus, in inclinati ad humanitatem Principis genam; & ipsâ altiùs deſignatione ſublatus, Gallis Regem, Socijs Reſtitutorem ſeruauit. His tamen lęſi periculum nocuit; & antè Diſcipuli conatus, ad Magiſtri & Ordinis criminationem ab Aduerſarijs profertur. Gueretus is erat, & ſuam, tormentorum tolerantiâ, & Senatûs iudicio, Innocentiam demum aſſeruit. Guignardo fatalis fuit, haud publicata, ſed odioſa ętati ſententia. Infauſto ſidere concepti fœtus, parentem præfôcant, luce nondum conſpectâ. Sed in totum inſuper Gallicanæ Societatis Corpus, inimicitiæ tendebant. Eas, quandoq; communes ſunt, calamitas vnius propria magis irrîtet. Illas acerbiſſimas excepit ſubita Pariſienſis Senatus in Socios inauditos ſententia. Tertio poſt denuntiationem die, Lutetiâ atque alijs Vrbibus; decimo quinto pôſt, totâ excedant Gallia. Inſectatio pertinax. Rerum, quas fulmen contigit, quiddam ſupereſt. Proſcriptorum Sociorum, exçeptâ dumtaxat vitâ, quidquid erat, afflatur Edicto: Bona, Amici, Receptus, ſitæ extra Galliam Scholæ, Fama inſuper ipſa. Cippus in hanc execrationibus magis, quam in Caſtellum inſignis ſtetit. Supellex præſertim Libraria præſtans, & multa diſtrahitur: adiudicantur autem Principis Turnonij fortunæ Fiſco Regis. Crimen, eius procraſtinatio in expellendis ſuâ Ditione noſtris. Retinebat, Ciuium, & Iuuentutis potiſſimùm Scholaſticę gratiâ. Eo maximè reſpectu, intra bimeſtre exigere iuſſerat Senatus; proferens & in Societatem ceteram iras. Ad Scholas vetuerat noſtras vllò â Parentibus Filios amitti. Illę autem odioſâ prohibitione florebant. At Turnonio, Socijſque Patronum ſe Toloſanus præbûit Senatus. Illuc è Prouincijs Lugdunenſi Francicaque, progreſſos attinuit: & Burdigalenſis iuſſus eos depellere, Regi quoque commendauit. E Domo Profeſſâ, Collegio, & Probationis Domo Pariſienſibus: è Collegijs Rotomagenſi, Augenſi, Biturigenſi atque Niuernenſi Prouinciæ Francicæ; centum & quinquaginta; è Collegijs Lugdunenſi; Billomenſi, Diuionienſi, Prouincię Lugdunenſis, propè totidem in diuerſâ diſceſsêre. In Aquitaniam Occitaniamq; profugorum calamitas, duos

1594. 55.

Socij propè trecenti exulant è Prouincijs duabus.

1595. 56.

Annus Chriſti. Societ.

Noua vexatio.

1598. 59. Regni Senatus, in Pariſinum commiſit. Aduerſarij, ſpei quoque reditûs obterendæ, Libellis mendacibus inſtitêre. Apud Henricum Regem Simon Marionius amaro ſermone. Bilem ei Arnoldus Gener in Socios mouerat, nondum ſenio decoctam. Nec ei Aduocato, vt aiunt Regis, ſpecies cauſæ deerat agendi. Sed Iuſtitij tempus aſſumens, oſtendit, Principiſne an ſuâ & Generi gratiâ diceret. In huius vim atque calumnias, Franciſci Montani, & Veronenſis Conſtantini Reſponſiones Typis vulgatæ ſunt.

§ 4 *Iaponica.*

ET hanc Dominationis mutatio peperit, Tacaicoſoma indixit. Anteà Faxiba dicebatur, & erat Nobunangæ in Bello Legatus. Poſt ob potentiam illo, & Diuinitatis affectationem occiſo, Imperium inuaſit, & Cambacondoni, ex audaciâ, nomen. Demum blandiente per quadriennium Fortunâ, appellationem Taicoſamę ſuperbam & Numinis honores, quorum ambitu Nobunanga perierat. Nunc cōſilijs illi diuerſis, occupatum vi Imperium adſtruit. Mitis erat ille naturâ, & vſu benignus imprimis in Socios, in Chriſtum quoque inclinabat, à Bonzijs alienus. Horum cōtrà Patrociniū Cābacondonus ſuſcepit, & in Socios odium. Arrogantię ſuę obſtituros ſuſpicatus, è Iaponia diſceſſum ad vigeſimam diem, eis indicit. Nauigium in toto Imperio Luſitanum tum temporis vnicum erat, & illud Firandi; nec ante ſex inde menſes ſoluturum. Itaque tantumdem ſpatium Cambacondonus Socijs ad diſcedendum conceſſit. Opportunitatem eam Firandi exſpectarent. Huc Socios coegit omnes Gaſpar Coëllus Prouincialis. Plures centum adfuêre; & pariter decreuêre non abire Iaponiâ: ſed caput deuouere Chriſtianorum ſaluti, ſi quidem Imperator perſtet in ſententia. Interim autem illos clàm iuuare conſilio, diuiniſque myſterijs; adeoque & Terras cum corporis cultu mutare. Suas eis aperuere Arimæ & Omuræ Reges; Firandenſis & Amacuzanus Dynaſtæ. Ita in latebras recepti, ceu ſecretis in Hortis Herbę, vbertim germinarūt: & anno dumtaxat vno, vicies mille luſtrauere Baptiſmo. Simul Nangaza-

Edicto Cambacondoni Socij Iaponiâ iubentur exire.

1586. 47.

Perſeuerant tamen ſed clàm.

Fructus ingens.

1590. 51.

chij

Annus
Chriſti. Societ.

chij Coellus diutinis laboribus fractus, vitâ fungitur; ſimul
Amacao Alexander Valignanus, per Orientem Societatis
ſecundùm Inſpector, & in Iaponiam Indici Proregis Lega-
tus, appellit. Reuehebat Iaponios ex Europa Legatos qua-
tuor, & ipſos breuî Socios. At Valignano Legationem eam
impoſuerat Eduardus Meneſius Prorex, ad Combacondoni
animum mitigandum. Meaci exceptus eſt: & ſuperbum at-
que auidum Imperatorem, modeſtiâ & muneribus mitigaſſe

Alex. Valignanus Soc. Viſitator, & Proregis Indiæ Legatus in Iapon.

videbatur. Nam ille quamquam nondum reuocauit Pro-
ſcriptionis Edictum; ſuſtinebat tamen latentes in Iaponiâ
Socios, & eatenus obſequentes. Abſtinebant quippe publi-
co ſe. Si quando prodibant, ſordido cultu & chlamyde ob-
longâ conditionem ſuam fatebantur. Exilij ſpecies ea eſt, &
iuxta morem Gentis: ei ſępe acquieſcunt qui damnauêre.
Acquieſcere credebatur Imperator: cuius indoles vt ſuperba
& impatiens ſua Edicta contemni, ſic facilis conciliari obe-
dientiâ. Ventos ingentes, pluuia intercidens componit.
Ita Socij reſpirabant, vniuersè centum quadraginta in Do-
micilijs nouis tribus & viginti. Nam in hęc è veteribus com-
migrarant, reuerentię Imperatorię oſtentu. Primarium nunc
cenſebatur Cancuzenſe. Collegium enim & Seminarium
continebat Meacenſe & Arimenſe; in quibus Iuuenes octo-
ginta litterarum ſtudioſi. Breuî centum & ſeptuaginta cen-
ſebuntur. Tirocinium Omuram Vozuquio erat tranſlatum.
Nangazachij triginta Socij agebant tanquam obſides Va-
lignani, dum is Legationis ſuæ fidem faceret per Epiſtolam
nouam Indici Proregis. Interim Pontificis Romani aduecta
per Iaponas Legatos munera, confidenter detulit ad Reges
Arimæ, Omurę, Bungi. In Templis, ſed metu Cambocon- 1591. 52.

Sixti V. Pont munera Iaponijs Regibus tradita.

doni, clauſis, celebritas peracta eſt Catholico more. Diplo-
ma primùm legitur. Tum ſacra inter Myſteria, Gladius,
Galerus, Sanctæ Crucis in aurea Theca fruſtum, à Valigna-
no Regibus traduntur. Gaudium & fletum indicem gaudij,
ſpectatorum multis expreſſit ea rituum maieſtas. Dein &
ſtuporem Typographica ſupellex Amacuzanum in Colle-
gium inuecta; & per eam edita Pueris Gammatica, Voca-

Typograghia.

 bularium,

Annus Chriſti. Societ.

bularium, Catechiſmus Latinè, Luſitanicè, Iaponicè. Redierat Pax certa Chriſtianis, ſi non Cambacondoni ambitus eam turbaſſet. Modum neſcimus felicitate ſublati. Immortalitatem affectauit, totius nunc Iaponiæ Dominus, lignorum in Adoleſcentia ſector. Ad illam tribus ſibi gradibus

Cambacondoni ſuperbia. aditum ſternere decreuit. Venatione, cuius frequentia & magnificentia, Poſterorum memoriâ numquam excideret. Gradus ſolâ authoritate, qua valebat, parabilis. Nobilitas omnis adfuit & iuſſa. Triginta volucrum millia comprehendit: eas Meacum triumphabundè referentes, viginti Peditum millia deduxêre. Graduum alter, ſed obſtaculis Marium, Montium, Gentium occluſus, Sinenſis Regni & Philippinenſium Inſularum ad Imperium Iaponenſe adiunctio. Tertius, & ad quem ab ſecundo facilis aſcenſio eſt, Chriſtianorum per externa Bella excidium. Et auſus eſt demens litteris minarum plenis, & Regem Sinarũ, & Philippinarum Proregem, inuitare ad vectigal ſibi pēdendum. Conati ſunt ambo Legationum honoribus eludere, vel temperare inſa-

Bellum in Coraiam. turabilem gloriæ animum. Sed his ille magis irritatus, Bella

1592. 53. in Coraium deſtinat. Peninſula eſt, Iaponiam inter & Chinam; ſed huic dudum vectigalis. Hac tranſitum petijt ad Sinas. Repulſam qui diluerent, quaternos Exercitûs miſit: Sub Ducibus totidē Auguſtino & Caynocamio Chriſtianis, cum quibus Arimæ, Omuræ, Bungi, Ceuximæ Reges, & Chriſtiani plerique ad millia armatorũ quadraginta. Duces alij duo, colebant Idola, & parem propè numerum trahebant, non virtutem neque fortunam. Auguſtinus enim primo aſſultu Fuſanceam & Foquinangiam Arces occupat, tum Regiam Vrbem deditione. Regem autem ipſum acie fundit, & Coraienſium millia ſeptuaginta. Sinenſem autem Regem ad Pacis leges compulit, Cambacondono perquàm glorioſas. Ethnici Duces morâ vel perdidêre victoriam, vel periculum cladis fugêre. Bellicam adeo virtutem Chriſtiana Lex non ſoluit, ſed firmat. Et Auguſtini felicitas viam ad

Eidem Miſſio Sociorum. prædicandum Coraienſibus Chriſtum aperuit. Eò Gregorius Ceſpedes Socius penetrauit. At Philippinenſis Prorex,

Lega-

Legationes multas adornauit ad Imperatorem Taycoſamam Iaponiæ victorem. Profectionem hic in Coraium ſimulans, Imperij interim adminiſtrationem, & Cambacondoni appellationem, Sororis Filio tradiderat, magnificum Taycoſamæ nomen aſſumens. Sed earum Legationum pleræque, Socijs & Chriſtianis funeſtæ demum extitêre. Primæ addidit ſe, Saxumano in Portu tunc hęrens, Caſtellanus, Luſitanis è quadam cōmercij causâ nuper infenſus. Qui Nangoiam vſque cum Legatis progreſſus, palàm Rege calumniam in aduerſarios ſparſit: dominari eos Nangazachij, & Socios ſuas in Ædes excipere vltra ſemeſtre ab ipſo Rege conceſſum. Vana & obſoleta criminatio; quam vel temporis lapſus, vel Principis diſſimulatio texerat. Refricauit tamen ea vulnus, quod coaluerat. De Luſitanorum dominatione Taycoſama, Proceres quoſdā vt inquirerent, iuſſit: ac interim Templum Nāgazachij noſtrum diruit. Sed per eos, de Reorum moderatione pôſt certior factus, dirutum reſtitui conceſſit. Legatio à Philippinis altera, Patrem Petrum, Franciſcanorum nuper in Philippina Commiſſarium vt vocant, & alios eiuſdem Ordinis, cum Legato ternos aduexit: qui ſe Taycoſamæ ad Legationis fidem obſides obtulêre. Admiſſi rogant ac impetrant locum in quo ſibi domicilium condant. Certus ad Meacum aſſignatus eſt à Præfecto Vrbis: & cautio addita, ne Templum pandant, admittantúe intrò Iaponios. A Portiuncula illud dixêre: & ſimul Manilâ tres alios Ordinis ſui Patres accerſunt. Appulſi, domum aliam de Bethleemi nomine condunt Ozacæ, & Nangazachij tantùm Ædiculam. At egrè contineas operam, quâ te profuturum confidis. Templa panduntur. Feruent in ijs intermiſſa per Noſtros officia religionis. Rex publico Edictorum contemptu acriter accenſus, non in Franciſcanos ſolos morte opprimendos incubuit.

Odia in Societatem & Luſitanos.

Franciſcani in Iaponiâ.
1594. 55.

Domicilia eorum tria.

Annus
Chriſti. *Societ.*

CAPVT XXI.

Tres in Iaponia Martyres.

SEd pręcipua huius cędis cauſa, metus amittendi Imperij fuit. Is Taycoſamæ dudum iniectus erat ſuſpicaci homini ac violento. Improuidâ naufragorum reſponſione penitus inſedit. Nauis Hiſpanicæ Iaponicum ad littus confractæ merces omnes per vim rapuerat. Proferebant Vectores, Cõmercij Philippinenſes inter & Iaponicos à Taycoſama conceſſi, libertatem. Interrogantur ex occaſione eidemne pareant Regi, Caſtellani Philippinenſes, & Amacaenſes Luſitani. Affirmant; & ad vanam Regis & Gentis oſtentationem, improuidè in Coſmographica Tabula Terras per Orientem omnes deſignant, quæ Hiſpano

Damnoſa reſponſio. ſubſunt Regi. Quonam modo occupauerit, Iapones quæ-

1596. 57. runt. Religioſorum Hominum pręmiſſu, & Chriſtianæ legis annuntiandæ ſpecioſo molimine, viam Regijs exercitibus aperientium, reſponderunt imperitiſſimè vel impudentiſſimè Vectores. Dictum hoc Taycoſamę animum, odijs & ſuſpicionibus præparatum, vehementer accendit. Nec ſibi Iacuinus defuit illius Medicus, & ardens Edictorum fomes. Quin Sociorum quoque in Iaponia moram, ad rebellionis ſuſcitandæ occaſionem acri & erudito apud Principem ſer-

Franciſcani captiui ſ. & Socij. mone detorquet. Simul Ozacæ & illorum, & Franciſcanorum domicilia milite cinguntur. Ita cuſtodiri Iaponij nobiles ſolent. Idem cuſtodiæ genus Meacenſibus vtriuſque Ordinis Domicilijs appoſitum eſt. Ozacæ, Sociorum vnicus Paulus Miqui inuentus eſt: Tum Ioannes de Gotho Adoleſcens, & Iacobus Ghiſai ſenex, nondum Socij. Meaci itidem vnus, ſed nominis ignoti: qui mox abductâ inde per Gibunoſcium Vrbis Pręfectum cuſtodiâ, perſtitit liber. Nam

Sociorum Pars liberatur. Taycoſama ſuam de Socijs ſententiam, Proceribus Chriſtianis patrocinantibus; reuocarat. Ad reuocandam alia multa compulerant. Noſtrorum, pro exulibus ſe gerentium,

tium, obedientia: tum facta Patribus Organtino languenti, & Ioanni Rodericio Interpreti, in Iaponia manendi poteſtas: dein Luſitanici continuatio commercij, ad extremum Petri Martines Socij & Epiſcopi reſpectus. Quartus hic Iaponiæ Inſulas gerebat: ſed ad Gregem peruenerat primus. Andreas quippe Ouiedus eò per Pium V. Pontificem deſtinatus, ex Æthiopia exire prohibebatur à Mauris. Melchiorem verò Carnerum Amacao iam nunc in Iaponiam ſoluturum, & Sebaſtianum Moralem ſubinde Mozambicum Oliſſipone prouectum, mors ærumnis oppreſſerat. Martinius Societatis antea Indicæ Præfectus, Goâ Nangazachium nuper attigit cum muneribus & litteris Proregis. Eis, Legationi, quam Valignanus geſſerat, & cuius probandæ gratiâ Socij obſides triginta Nangazachij tenebatur, fides adſtruebatur. Et Martinium acceperat Imperator humaniter, neque teſtatam ei beneuolentiam, corrumpere iam volebat cęde Sociorum. Sed Ozacenſis Præfectus, quamquam à Gibonoſcio monitus de benigna iam Taicoſamæ in Captiuos noſtros voluntate, haud perinde eximere Cuſtodiâ voluit. Principis iram reformidabat, ſi exemiſſet iniuſſus. Ità ſimul dum Franciſcani Ozacâ Meacum ad necem Taicoſamâ volente producuntur, tres noſtros eôdem amiſit. Franciſcanos 1597. 58.
in Meacenſi carcere alios quinque inuenêre cum quindecim Chriſtianis. Nec plures Gibonoſcius ipſe elegerat è numero ingenti: qui dum cenſus iniretur, nomina dederant. At qui religionem eam colerent, plures erant in tota Iaponia millibus trecentis. Captiuis iam quatuor & viginti, auris pars extrema, palàm Carnificis manu deciditur. Totam ac vtramque, ſed & naſum Taicoſama iuſſerat. De Socijs tribus deciſas Chriſtianus quidam ad Organtinum detulit, quas ipſe lacrymis oſculiſque contingens, veluti Iaponicæ Meſſis primitias Chriſto conſecrauit. Eâ damnationis notâ inſignes, curribus octo imponuntur: terni ſingulis, & per compita Vrbis trahuntur ad ſolitum Plebis probrum, & lapidum coniectus. E contrario lacrymas, & laudes, Reorum modeſtia expreſſit. Simul ad carceris demum fores expoſiti

Epiſcopi Iaponiæ quatuor, omnes è Societate.

Socij tres tenentur captiui.

Qui cum Franciſcanis ſex, & Chriſtianis 15. damnantur.

Auris extremum cuiq; deciditur.

Per Meacenſis Vrbis compita trahuntur.

Annus Chriſti. Societ.

poſiti è curribus fuêre, in Franciſcanorum amplexum Socij conuolarunt; & gratiam habuere pro communione glorioſiſſimæ necis. Poſtridie ſingulos ſtrigoſis impoſitos equis Ozacam, inde Sacaium ludibrio ſpectandos ſatellitium ingens deduxit. Cauſam necis Tabulæ inſcriptám præferebat Carnifex quidam è pertica. Niuibus ac gelu rigebāt viæ; non Reorum, non Chriſtianorum densè conſequentium pectora. Atque horum duo Petrus & Franciſcus, dum Reis crebro varia vitæ adminicula confidenter ſuggerunt: comprehenduntur, & Chriſtianos ſe confeſſi rapiuntur, & ipſi ad pœnam; quāquam haud Taicoſamę, haud Gibunoſcij ſententiâ damnati. Diuinâ certè deſignabantur ad cæleſte præmium promptæ charitatis. Mercedem haud parem adepti ſunt Ioannes Rodericius, & Franciſcus Paſſius Socij. Eos ad fortiſſimum manipulum ſacra Euchariſtiâ firmandum, Epiſcopus Martinius, & Petrus Gomezius Prouincialis miſerant. Et id de Nangazachjano Rectore, litteris, Franciſcanorum Commiſſarius, Captiuorum Dux, & Paulus Miqui noſter enixè contenderant. At Rodericij & Paſſij aduentus illis perinde gratus accidit, atque pluuia herbæ ſitienti. Veniam inter amplexus religioſi viciſſim petiêre, ac dedêre, ſi quo alij alios lęſiſſent. Neque illis præter colloquium gratiam conceſſit vllam Fazanburius, Taicoſomæ metu, qui ſupplicio eum pręfecerat. Itaque inter colloquendum, immortalitatis viaticum præberi non potuit. Tantum peccata ritè quiſque cofeſſus eſt: & relaxationem impertiêre Franciſcani inter ſe, & Socijs Paſſius, qui Ioannem & Iacobum Societate, quam dudum ambierant, Prouincialis nomine, donauit. Vota quoque eorum excepit in vicinio Nangazachij Sacello. Ad cruentum ſuî ſacrificium, eâdem mox die peragendum, vterque ſe per illud religionis incruentum comparauit. Alijs exinde captiuis peccata, Franciſcani promiſcue Socijque purgarunt. Ita iam mundæ & ſine macula victimæ ſex & viginti, in totidem cruces tolluntur. Infrà & proximè aderant Rodericius, Paſſius, Carnifices quatuor, & Satellitum cohors, qui Chriſtianorum Turbam ingentem, à crucibus

Inde Ozacam & Sacaium.

Duo per viam eis adiunguntur.

A peccatis religioſi abſoluuntur.

Tum cæteri.

Cruci affiguntur vniuerſi 26. ad Nangazachium.

cibus longè ſubmorant. Fazamburius adeſſe aut Sociorum, aut Sacerdotum alium quemquam, aut Epiſcopum noluit. Itaque hic precationem bonam per certum hominem ad Reos miſit. Pſalmum quiſque aliquem, aut Cãticum recitabat. Sed Paulus noſter, ſolitâ dicendi vi, Ethnicos circumſtantes hortabatur ad Chriſti legem. *Feruor Pauli Miqui vehemens.* Ad eam nuper, dum Ozacæ & Meaci ageret, captiuos octo perduxerat. Item alteri ad ſupplicium eunti fortè eandem perſuaſerat, contuleratque publicè Baptiſmum. Nunc verò cętum viuidâ & intrepidâ voce, de cruce compellans, magnos animorum motus exciuit. Spiritum dicere pergentis, interclusêre ab carnificibus adactæ per coſtas & pectus in vſque humeros lanceę. Cęteri eodem interea mortis genere occubuêre. Omnium corpora vento, cęliq́ue iniurijs expoſita breuî aruêre. *Omnes exſpirant 5. Februarij.* Crucibus per partes delapſa, à Chriſtianis ad cultum collecta ſunt. Tanto ſanguine, Taicoſamæ reſtincta ſęuitia eſt: ſed & diutiùs ſęuiendi facultas. Nam ille & pòſt paullò languere cepit, & anno pòſt primo interijt.

CAPVT XXII.

De Societatis Abaſſinæ Reliquijs.

Vinque illuc Socios quadragenis abhinc annis duxerat Ouiedus; *Socij 5. Andr. Ouiedi.* deſeruerat moriens abhinc vicenis; ſenium, & labor pòſt, & ſenſim extinxit. Primum omnium, vt quidem apparet, obitus ordine, & dignitate, Antonium Fernandum. *Obitus Ant. Fernandi.* Cęterorum quippe ab Ouiedo Præſidem. Virum ſimplicem, ſimul ac prudentem, neceſſario moderatoribus duarum Dotium nexu. Earum prior Andream Gualdanem commendabat, exitio non ſubtraxit. *Andr. Gualdaneſij cædes à Turcis.* Mazuam Præſidis iuſſione tendens, occurrentium Telis Turcarum cęſus eſt. Viæ & ad Arabiæ Sinum, & ad Cęlum, comitem habuit Luſitanum. Prudentiâ, & in diſcordijs tollendis ſolertiâ, Conſaluus Cardoſus excelluit. *Item Conſalu. Cardoſi à Prædonibus.* Miſſus & hic Fremonâ cum Franciſco Lopio Dambeam, ad ſolandos co- *1587. 48.*

Annus Chriſti. Societ.

râm Catholicos, imminentem ſibi necem prædixit. Eam Prædonum intulit Globus. Lopio tantùm plagas. Longius ei, & Emmanuëli Fernandio, apertum erat ſpatium ad laborem. Currebat dies totos, & noctes Emmanuël, diuini amoris alis velox: & à Schiſmate, vel flagitijs Animas reducebat ad Gregem. Plurima viuus morienſque prouidit animo, prędixitque. Fremonam ad Ouiedi Tumulum certâ ſe die retulit, Natali, vt aibat, Chriſti moriturus. Sic euênit; & ab re Sacra, quam Lopius fecerat regreſſo, & Deiparam pulcherrimâ ſpecie ſibi conſpectam, narranti. Sanctitas præſertim

Obitus Emm. Fernādij. elucebat in Lopio; ex Ouiedi conſortio, & vſu manauerat.

1593. 54. Odoratus prodeas, ſi balſamum aut aromata diu contigeris. Adfuit in exilium acto Patriarchę, & fluuium precatione ſiccanti, & per Turcas comprehenſo, poſt Adamantis è prælio fugam. Nec ea dos corpore premebatur, pelliculâ tantum oſſibuſque conſtanti. Iam ſolus, animis corporibuſque Chriſtianorum quater mille ſeruiebat; & accedentium Prædonum gladijs Abaſſinum infirmus ipſe ſubduxit infirmū. Humeris impoſitum longè in montem detulit. Omnia conanti, charitas vires ſuggerebat, & nolenti, promebat indicia occultæ Sanctitatis. Inter faciendum, vultus ei ſplenduit haud ſemel: inter precandum, Locuſtarum agmina depulit ab Agris Incolarum. Quin eorum poſtulationibus fatigatus,

Deniq; & Fran. Lopij. iam morituro ſibi biennium impetrauit à Deo. Nam gra-

1597. 58. uiſſimè æger ſubitò ſtetit in pedes, & tantumdem victurum ſe prædixit. Tantumdem vixit, & iam nunc moriturus, addidit, anno vix vno pòſt, Paſtorem eis aduenturum. Melchior de Silua is fuit, Goani Alumnus Seminarij, Indicè ſciens. Ne Antonius à Monte ferrato, & Petrus Paſius; mox & ne Abrahamus Georgius Maronita, Socij, hanc non Socio prærriperent gloriam, Turcarum feritas effecit. Illos vinculis, hunc morte damnarunt. Maronita genere, ipſo anno Goæ latuerat. Fallendi ſic erant Saraceni Goenſes, ne excubantibus ad Abaſſiam Turcis, aliquod profectionis indicium darent. Cum Puero Æthiope, Seminarij alumno, noctu, & Ar-

meni

meni habitu diſceſſit. Abiturientem, & Prorex lacrymis, & ſingultibus Socij in illa barbara veſte ſunt complexi. Mazuam ad Inſulam; & glorioſam necem peruênit, Pueri oſcitantiâ proditus. Certos per hebdomadam dies Mahometani totos inediâ tranſigunt. Puer moris ignarus, & Abrahamum præſtolans ad ſoluendum, eduſij aliquid mediâ accepit luce. Chriſtianum inde ſuſpicati, cædunt flagris atrociter: & Inſtitutum, conſiliumque exprimunt Patris. Infortunium felix. Minùs ſplendidè, Chriſtianam Fidem illuſtraſſet Abrahamus euadens quàm captus. Ad Mahometem ſollicitatus, impuriſſimum Pſeudoprophetam execratur. Nec deſtitit vltro eum ridere dum vixit. Caput paucis pòſt diebus, perdidit ferro. Acinaces manu Carnificis in Georgij ceruicem incuſſus, diſſilijt in partes. Alter item bis ab eo vibratus, frangitur: Tertius vitam abſtulit. Ad Tumulum ſplendores diebus quadraginta totis conſpecti ſunt: atque interim Iudex, & Authores iniuſtæ cædis omnes, morte pœnas facinoris dederunt. Tertio poſt Abahami, & primo poſt Lopij mortem anno, Melchior de Silua Abaſſiam, Nautam mentitus attigit. Alumnus erat Seminarij Goenſis. Tranſitum Socijs exploraturus, Mazuenſi proſperè præceſſerat, Balliurenſem magis tutum inuênit. Deinceps illac ibunt & ſecuriùs Socij.

Abraham. Georgij in Abaſſiam Profectio.

Cædes.

Prodigia.

CAPVT XXIII.

Obitus Ioſephi Anchietæ.

FAtalis hic idem Annus & Americæ fuit. Prouinciæ Braſilicæ adminiſtrationem poſuerat Ioſephus iam à decennio. Vires ad illam pares ætas & morbus abſtulerant. Tum iniucundis oneribus leuato, robur ei aliquod, nec conſtans redijt. Quantulum erat, ſcriptioni,

Annus Chriſti. Societ.

Priuatus labor ingens. & profectionibus totum dabatur. Sedes Ioſephi ſtabilis, Reritiba, Pagus haud procul Spiritûs Sancti Præfecturâ. Inde pergebat ad Braſilos Didaci Fernandi nunc comes, Braſiliæ dudum Apoſtolus. Inter eundum fatigato, binis è ſtipitibus Rete tendebatur, ad quietis aut ſomni pauxillum. Permiſſus habitationem ad arbitrium aliam optare, nullam optauit. Reritibam maluit; Prouidentiâ eam, per Præſidem aſſignante. Hinc ſperabat ſe necem barbaros inter aut ſolitudines ignobilem inuenturum. Inuênit domi, & infirmos inter Fratres. Eorum vni pharmacum noctu comparans, rigoris interuentu, corruit. Eum per ſemeſtre, lectulo lapſus hic affixit, nunc in S. Spiritu, nunc Reritibæ, cæli experimento diuerſi. Demum Reritibæ quinos inter Socios, nouus, & Innocens Adam, efflauit animam. Sic illum quidam appellabant, Fortunatis in Inſulis, velut in Paradiſo, natum: Dotibus verò quaternis ornatum, quas Hominum primus cum Innocentiâ perdidit. In Animantes Dominium; illuſtratam diuinitus mentem; voluntatem in Recti poſſeſſione firmam; Corpus velut morti eximium. Dominium Piſces, Volucres, Quadrupedes Serpentes peræquè ſensêre. Adeo ad eius imperium, ſed & ad nutum Piſces prompti & hilares ſæpe retibus, manibus, capiendos ſe obtulêre. Intempeſtiui erant ſubinde: & per Braſilos ludicrè poſtulati de Ioſepho, quodlibet genus optare eos iubente. Quoties iam vel Aues obtexêre caput, vel inſedere digitum vocantis, vel ab eſca ſeſe abſtinuêre præſenti? Feræ autem minimè in eum feræ, nec venenati ſerpentes. Hos tractabat manu, vel pede calcabat impune. Irritati ad mordendum, ſi quidem Deus ſineret, amicè plantam lambebant offerenti. Pantheræ eum comitabantur in ſiluas, ducebantque per Montium ignota. Simiæ, choros eo iubente ducebant. Quin mortuus quoque Piſcis, iuſſione quaſi eius auditâ, in Pernam vertitur. Æger neſcio quis id optarat edulij. Rarum, exanimata Innocenti Ioſepho parêre, niſi & inanima. Aqua vini colorem, ſaporem, odorem induit; eius corpori circumfuſa, ab ipſo, & Socio, & viâ quam calcabant, abſtinuit. Oleum ex inani vaſe

Obitus. 1597. 58. *9. Iunij.*

Dominium in Animantes.

Et in Inanima.

per

per biennium fluxit. Tempeſtates quot ſtitit, quot depulit morbos? Aſthma, Cephaleam, Lepram, omnia febrium genera: Linguæ infantiam, profluuium ſanguinis, mortem. Hanc quidem à Didaco quodam, ad conferendum ei Baptiſma. Suſcipiendum neſciebat, cetera Chriſtianus. At Deum magis quàm Ioſephum, Animantes, Elementa, morbi, mors audiebant. Familiari & continuatâ prece hic illi iungebatur; & tamquam per diuini ſoporis oſtenta, longè poſitas vel in Europa & Aſrica res, vel in conſcientiarum abdita retruſas videbat. Earum numerum an prænuntiationum certitudinem magis mirere, incertum eſt. Iam per rectę firmitudinem voluntatis, quàm arctus & multiplex innocentiſſimi hominis cum Deo nexus. Mali tam non ſentiens erat, quàm fugiens. Et libidinis ſenſum principiò cum nudis Braſilis verſanti, Chriſtus & Chriſti Mater præſentes extinxêre. Fortis, liberi omnium rerum cupidine animi, nexus. Paupertas ei ſumma; præter corpus, & tegumentum corporis lacernam, nihil habenti. Hanc honeſtati gerebat, ab Adamo quondam verecundiæ præſidio aſſumptam. Fortiſſimus, Charitas; ſed quem nouus hic Adam, creditus eſt nunquam ſoluiſſe. Per illam vel obſtinatiſſimos, induſtriâ, labore improbo, trahebat ad Deum. Eius immortale corpus iam diceres, niſi morte reſolutum. Adeo doloribus iam tum in Tirocinio luxatum, reſtitit tamen per annos quatuor & quadraginta, Braſilici cęli & ſenij, & ingentium laborum iniurijs. Sępe interim per diuinam precem à terra ſublime, ſplendore, & cęleſti cinctum concentu: aliàs remotiſſima in loca momento propè tranſlatum, aut duobus ſimul præſens, aut aciei humanæ, cum ipſe vellet, inuiſum. Immortalitatis eæ dotes corporis ſunt.

Prædictiones.

Caſtimonia.

Paupertas.

Charitas.

Eius corporis dotes.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT XXIV.

Vexationes Belgicæ.

SOcietatis Eruditionem atque integritatem Roma, obtruſis etiam honoribus ornabat; tum & Iura firmabat ad Reipublicæ commodum. Omnia oppugnantur in Belgio. Breuî à ſingulis, quæ per Catholicos obijciebantur, quies. Iurium ambiguitatem ſuſtulêre Pôtifices qui illa dederant, vel Bruxellenſes ipſorum Legati. Et Pontifices probro ſibi ducebant, Societatem vti non poſſe conceſſis. Militiam eam eſſe, pedibus manibuſque vinctam; nec prodire ad impendenda in Homines officia, niſi alieno arbitratu. Ad audiendam rurſum rem ſacram; ad iterandam noxarum confeſſionem quidam adigebant ſuos, qui ea præſtitiſſent in Templis Sociorum. In eorum Eruditionem vis par, aut maior incubuit. Aſſertiones quædam damnantur de Hęreſi. Externæ ſimul Academiæ ſollicitantur ad notanda, quæ palàm Romæ, in veritatis Arce, tradebantur. Sua cuique relicta mens eſt, dum quiddam Authoritas ſuprema definiat. Interim cautio & ſeuera, ne alteros alteri cenſeant. Iam Calumniarum ingens numerus, ac impetus vehemens atque diuturnior, quando ab Hęreticis. In Hollandia pleræque cudebantur; vna præcipuè ad Anglicarum & Gallicarum exemplar. Vtraſque ſimili inuento fulcire nitebantur, veritate demum ſeſe aperiente corruentes. Et Gallicanæ intererat Societatis, Caſtelliani facinoris integram vt ſentiebat ſe, ſic haberi famâ, ac iudicio præſertim Henrici IV. Galliarum Regis. Iam huius & Philippi II. Regum Legati tractabant Pacis negotia Veruini. At ne per illam Societas Gallica Regno redderetur, Belgicæ nomen obſcuratur infami commento. Inane quoddam, & extra veri ſpeciem excuderant, de Henrico Sammerio, tanquam in Eliſabethæ Anglorum Reginæ cędem coniurato. Igitur in Steenwicâ

In Miniſteria.

In Doctrinam.

In mores.

In Henricum Sammerium.

1592. 53.

Tran-

Tranſiſalaniæ Oppido, ac Mauritij Auraici auſpicijs ad deditionem redacto, tanquam conſilij reum vocabant ad pœnam. Cęterum exire militem ſinebã. Noluit hic (ac demum euicit) abſque ſuo exire Sammerio: nec eum priùs à ſe quàm arma deſertum iri. Eum tamen deditione iam factâ detinuerunt Hollandi, poſtulatu ſcilicet Anglorum. At egreſſus iam Miles iniuriam queri, & negare vltra elaturum ſe pedem illo captiuo. Reddi Mauritius è ſponſione iuſſit, & præiudicio innocentiæ non vano. Mariæ tantùm Reginæ in Angliâ Captiuæ à confeſſionibus ſacris Sammerius fuerat; accuſatus de conſpiratione, nullo propè indicio ſubnixâ. Aliquod habere viſa eſt alia quam modò finxere. Impulſum nempe à Prouinciali Manaręo Petrum Pan, ad Mauritium cultro necandum. Et inerat criminationi ſpecies. Nam Petrus conceptam necem quaſi confeſſus, caput ferro perdiderat. Demētiâne id ſuâ, an alieno impulſu, incertum. Certius, eum vt familiaris rei, ſic mentis inopem fuiſſe, & Ipris Flandriæ Vrbe, Lugdunum vſq; Batauorum, fugiſſe Creditores. Tormentis autem & impunitatis ſpe adactum, ad affingendam Manarço calumniam. Cauſa omnis ſcripto vulgata eſt, at contra Actorum ſeriem. Impugnatum autem illud à Franciſco Coſtero, & Ægidio Schondonkio, & de mendacijs duobus, & quinquaginta conuictum. Nec Societatis famam lęſit illud commentum, etſi cominus certiorem ad plagam publicâ authoritate ſparſum. Aliud, ſed eminus, & è Delphinatu ipſo Miniſtelli Caluiniſtæ duo misêre. In Galliam, Germaniam, Belgium, proprio cuiuſque Gentis idiomate perlatum eſt. Cathecifmi Ieſuitici, aculeati admodum Codicis, prodromus erat. Henricum Mangotium Antuerpiæ Socium, infame crimen eluiſſe flammis. Fabulam Guillelmus à Bergis Antiſtes Vrbis, & Varichius Prætor teſtimonio publico confutarunt. Nam Henricus inter Socios, dudum Antuerpiæ nullus: Nec Reos inter vllus de eo crimine damnatus. Tot Calumniarum nulla fidem Henricum Regem aut Catholicos Belgas inuênit. Quin illæ, ceu materies aggeſta Fornicem, Societatis res, ſua mole firmarunt.

CA-

Annus Chriſti. Societ.

In Oliu. Manareum. 1598. 59.

In Socios Antuerpienſes. 1600. 61.

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT XXV.

Reſtitutio Gallicanæ Societatis.

HAud fortè res per id tempus alia maioribus animis agitata eſt. Tantis certè Caluiniſtarum, tanquam pro omnium incolumitate. Intererat ſaltem nouellæ ſuperſtitionis, & authoritatis eorum, qui exules accuſauerant, aut damnarant. Quin velut dę Hęreſeon cunctarum excidio: ita ab Germanis quoque, Hollandis, Anglis, Suecis conſpiratum eſt. Communė omnibus Telum, Calumnia: nec in Gallicanam modò Societatem, ſed Vniuerſam. Nimirum ne inuſtam vni membro maculam, cęterorum integritas manifeſtè dilueret. At quàm extra ſpeciem veri & humanitatis! Modum neſcit inuidentia. Mentem excęcat, atque trans probabilia abripit pręceps deſiderium nocendi. Angrenſibus Inſulæ Terceræ Socijs, Franciſcanorum quingentorum, & nobilium Gallorum octoginta: Madritanis, Puerorum trecentorum, cędes affingitur. Germanis quatuor criminis fędi infamia, & horrendæ mortis per Cracouienſem Indicem inflictæ; Belgis Petri Pan in Mauritium; Anglis Parrij in Eliſabetham Reginam; Gallis Barrerij conſilium, & Caſtellij facinus in vnūm Hēricum Regem. Quin laudes quoque ad probrum detortæ, peſſimo nequitiæ genere. Continuatas Sociorum in Lutetiæ per Henricum obſeſſæ męnibus vigilias: Detectos ab ijſdem, qui muro ſubibant hoſtes: ad arma conclamatum: ereptam Vrbem periculo præſenti. Acribus Sociorum Aduerſarijs pares Patroni: Principes in Gallia Catholici, Præſules, Pontifex Clemens, maximė Innocentia, Curiarum etiam Burdigalenſis atque Toloſanę teſtimonio firmata. Eam ſupplici apud Regem Libello Richeomus oſtenderat. Audiuit, & bėneuolė. Sed inclinatū, ſcriptis in Societatem acerbioribus, Aduerſarij denuo inſtigant. Apologi publicatione Richeomus occurrit: voce Patres quatuor, ab Rege addicendum admiſſi. Metis

Aduerſariorum obſtacula.

Patroni.

Reſtitutionis initium.
1603. 64.

Annus Chriſti. Societ.

Metis agebat Hebdomade Sanctâ, & ad gratiam miſeris præſtandam opportunâ. Ignatium Armandum de genibus incipientem loqui, iuſſit ſtantem pergere. Oratione perfunctum ſinit cum Petro Cottono vſque Lutetiam ſequi. Reditus hinc cepit nouennio exulantium: & ea ex Vrbe ſerenitas, è qua tempeſtas. Sed non perinde illa ſimul ſe totam aperuit. Fulmen momento differtur: Nubes turbidæ non derepentè inclareſcunt. Primùm Societatis Proſcriptio tantùm ſublata eſt Edicto Regis. Rotomagi datum eſt; nec Pariſijs à Senatu ſtatim admiſſum. Quin Henrico dein præſenti Supremus illius Præſes Harlæus acriter contrà, & diu inuectus eſt. At Rex Patroni quoque Partes arripuit, palàm capita eius ſingula refellens. Tum verò obliquæ appoſitu clauſulæ, Edicti vim eludere ſunt auſi. At Rex pro poteſtate iuſſit, integrum in Acta Curiæ referri. Tum & *Et demum Pariſijs.* ſtantem infamię noſtræ Cippum, ſolo, & per mediam diei 1604. 65. lucem æquari. Societas iam alios per Senatus ſat promptè erat recepta; per Pariſienſem poſtremò, qui damnarat. Collegiorum item reddita prius cætera, quàm illud vnde calamitas in alia peruaſit. Sed pro eo Flexienſe Rex dedit arte, *Colleg. flexienſe.* & magnificentiâ nobile. In eo generatus, humari in eodem voluit parte ſuî meliore; Corde nimirum ſuo, & Reginæ Coniugis, illuſtris amoris teſtimonio erga innocentes. Quippe Sociorum mores iniuriarum atrocitate ęſtimabat magna Principis mens, auſi probatæ ſic virtuti, & primam Regni ſpem alendam credere. Pulchrum de Cottono iudicium Regis, quod beneficia deinceps traxit in Socios cętera, etiam vltra votum, fauentis. Rogatus Scommaticas tantùm infamis Cippi tabulas ſubmouere, totum diruit, & vltro ad Tironum Habitationem, Fundum Lutetię conceſſit: Tantæ Vrbi Ætatem quoque illam ſperans vtilem fore.

Annus
Chriſti. *Societ.*

CAPVT XXVI.

Vexationes Nouæ.

Tranſiluanicæ ETerum ac viciſſim turbida. Et quaſi Europam idem ſidus afflaret, ſic ferè omnis vexationibus in Socios inſurrexit. Tranſiluanicæ & triſtes & multæ: ſed lętis intermiſtæ, & quales Principis Sigiſmundi. Ciuili diſcrimine perfunctus, in externum incidit. Bello petitus à Sinano Baſſa, & centum millibus Turcarum, Hoſtem acie fundit Iuuenis ſenem, & quinquaginta tantùm millibus cin-
1595. 56. ctus. Aderant Socij bellantibus, interque fumum ac ferreas pilas hortabantur militem, Crucifixi effigie ad fiduciam ſublatâ. Reſtituerat eos nuper Claudiopoli, atque Albæ Iuliæ Sigiſmundus, abrogato primæ Proſcriptionis Edicto. Altera ſucceſſit illo per fraudem Philtrumque ſubacto: adeoque Tranſiluaniam Rudolpho Cęſari, dein Andreę Bathorio Cardinali, cedente; eandem verò inuadentibus, Michaële primùm Valacho, tum & Moſe Zekelio. Ille Gręcos errores, hic Arium ſequebatur. Sigiſmundus à ſe & Tranſiluaniâ alienos exceſſerat, Andreas vitâ, infeliciter Victorem Michaëlem fugiens, in ſilua per Paſtores ſuo ipſius enſe, &
1599. 60. ignotus inter dormiendum occiſus. At Moſi iam vires & animos Tartari & Turcæ conferebant. Prima Ariani cura, depellere Tranſiluaniâ Socios. Eorũ Domicilia duo, in pręmium Militi, in vindictam Hęretico Ciui permittit. Neutri
Albæ Iuliæ Domicilium vexatum. defuere. Albenſe tenebat vnus Sociorum, & ipſe Laicus. Euaſerant ampliorem ad frugem amicorum hortatu, Sacerdotes. A milite verbera, à Ciue falſam delationem ſenſit. At Domicilium flammas haud item, quibus tota propè Vrbs
Reſtituitur. concidit. Felicitatis initium hoc erat. Accurrunt Georgij
1603. 64. Baſtæ auſpicijs ad illam Cęſarei, & reſtituunt Socios. Reſti-
Iterum vexatur. tutis Pax Bello infeſtior. Michaël Mardius Sacerdos, foras
Mich. Mardij cædes. ad Proceres inter ſe reconciliandos progreſſus, nuſquam
1604. 65. deinde apparuit. Siluâ proceſſerat, Hęreticorum latrocinijs infami.

infami. Ab ijs amne demerſum coniectura eſt. Cæteri Albæ Socij laborem reſumpſerant impigrè, & feliciter vrgebant Claudiopolitanos interim Moſes vexabat. Potitus vrbe, Collegium per Arianos euertit. Primo impetu Rector vulneratus eſt; mox æquatum ſolo Templum. Sacra demolientibus calcantibuſque, impietatem Emmanuël Niger exprobrat: vltorem ſuî Deum prænuntians. Iuſtæ obiurgationis præmium, cædes. Caput ſecuri, pectus Sclopi globo traijcitur. At diſſimulati facinoris vindicta, quam Emmanuël prædixit, Moſem altero pôſt menſe conſequitur. De Valachis paucis ad Baſtam confugientibus Acie victor, ab ijſdem, animos inſperatò reſumentibus, necatur. Potitis iam vrbe Cæſareis redeunt Socij; & pro ſuo nuper euerſo, Arianorum Parochiale Templum obtinere coguntur à Legatis Cęſaris. Refloreſcebat hîc inuito velut ſolo religio, nec Albæ Iuliæ feliciter minùs. Lætos labores Stephanus Boskaius abrupit, pro Moſe inuadens Imperium, pro Ariano, Caluiniſta: & illi audaciâ minimùm par; aſtutiâ, auaritiâ, in Socios odio potior. Eâ Stephani inclinatione vſi ſunt Claudiopolitani Caluiniſtæ. Templo, & Scholis vnâ mox die depellunt Socios, Collegio, & Oppido abhinc tertiâ. Totâ vt Tranſiluaniâ, contendunt acriter; & pronè efficiunt, coacto Medienſem in vrbem Ordinum Conuentu. Conſtabat Arianis atque Caluiniſtis. Et facilè in Societatem, communem vt crebantur, Hoſtem conſensêre. Edictum tumultuosè odioſèq; conflatum, Ioannes Argentus Vice-Prouincialis fortiter ſolideque confutauit in Comitium admiſſus. Palàm illud ab Authoribus ſuis laceratum eſt: & Societas manere permiſſa. Veritatis leniter admotæ vis vehemens eſt apud efferatos; at non durabilis. Febris per interualla langueſcentis more, redeunt odia Caluiniſtarum. Boskaij authoritate moliuntur, quod apud Ordines haud conſtanter effecerant. Sollicitant Bonis noſtris inhiantem. At cupiditatem ſtudio publicæ ſecuritatis tegens, ad facinus odioſum, nouam cõſpirationem adhibere Ordinum, vafer Hęreticus maluit. Probroſum putabat, Innocentię proſcriptione, Regnum inſignire. Vberius

Claudiopolitanum diruitur.

Emm. Nigri cædes.

Reſtituitur Collegium.

Rurſum adimitur.

Rurſum reſtituitur.

Annus *Chriſti. Societ.*

eâ ſimulatione nocuit. Hungaros quoque ad illam impellit, & eorum exemplo atque hortatu Tranſiluanos. Sed hi, ne velut imperio alieno coacti, noſtros ſuſtinent. Euentu ſiniſtro commotior Stephanus, iram promit, æquitatis tamen ſpecie tectam. Suum Claudiopoli Templum à Socijs occupatum Ariani clamitant. Factum Stephanus damnat: & illos demum Tranſiluaniâ expulit. Neque lentiùs eum, quàm

Demũ adimitur ipſum, & Societas Tranſiluaniâ depellitur.

1606. 67. Moſem preſſit vindicta. Alterum & ipſe poſt menſem, ſed morbo extinguitur. Monoſtorēſi Villâ per Hyemis rigorem rurſùs diſceſſum eſt. Attributa erat illa olim Socijs ad cenſum à Sigiſmundo, nunc ad exilium à Claudiopolitano Conuentu. Varadinenſi Sede per Autumnum. Oppidum Boskaio fauentes Hungari de Cæſareis deditione accipiũt. Hos ad fortitudinem atque religionem Patres accenderant. At Hungari toto reliquos Regno, &. Caſſouienſi præſertim Sede depellunt. Boskaio iam morte ſublato, in Tranſiluaniam Argentus reditum tentauit. Alliciebat nota humanitas Sigiſmundi Rakocij, in Principem deſignati. Tum & Archiducis Matthiæ authoritas reſtitutionem noſtram petentis. Sed ille Caluiniſticâ ſuperſtitione Anteceſſori par, poſtulata pariter eluſit. Claudiopolim res ad proximum Ordinum Conuentum reiecta. Tumultu agitata eſt: & à potiore Hæreticorum numero aduerſus intercedentes Catholicos definita. Excuſauit multa Sigiſmundus, & publicas Innocentiæ noſtræ Indices litteras dedit. Polonica Societas Acatholicorum ſeditione idem diſcrimen incurrit, per Catholicũ Regem Sigiſmundum euaſit. Incurrerat iam antea in Suecia, per eius in illud Regnum ingreſſum. Eò Martinum Laternam Socium duxerat ſecum. Et ſacri Eccleſiaſtæ munus ibi Martinus, fructu, vt plauſu, magno geſſerat: at rabie Hæreticorum magis ingenti. Vix nauem conſcenderat rediturus in Poloniam Pater, à Piratis capitur in Portu. Fœdere coniuncti erant Carolo, Sigiſmundi & Patruo, & tunc adhuc Proregi. Grata illis nauis, præda gratior, Sacerdos, Socius, Orator Catholicus. Eloquentiæ Chriſtianæ gloriâ maximè Laterna fulgebat. Extinguere certum iam erat:

Hungarica Proſcriptio.

In Tranſiluaniam reditus fruſtra tentatur.

1607. 68.

Polonicæ Societatis periculu.

Hoſpitij

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Hoſpitij obſtabant iura. Itaque in altum prouehunt Cymbâ Martinum, & mari Balthico mergunt. Neque extinctus eſt totus. Pôſt paullò, cæleſti luce conſpicuus, Catholico apud *Mart. Laterna Cedes.* Scytas captiuo oſtendit ſe. Compedibus manicíſque volentem ſoluit, & procùl in Ruſſiam momento deportat. Haud 1598. 59. talis in Derpatenſis Collegij Socios Carolus, iam Sigiſmundi Regis Hoſtis. Cum vrbe per proditionem captâ, Socios *Derpatenſium Sociorum in Suecia ærumnæ.* 1601. 62. ſeptem Cẽturioni tradidit, maximè nobis infenſo. Hic eos in Cellam Hæreticus arctè cõpingit. Compactos ludibrio militum, conuiuarum, Plebeculæ, neci demum exponit. Vetat recreari pauxillum cibo vel potu. Mitior Hero famulus, & Moſcouita, miſeris clàm ſed parcè aliquid impertiẽs. Præter deſiderium, conſiliumque adhuc ſpirantes, Herus Stokolmiam ducit ad Carolum, & plures ærumnas. Vnum Derpati detentis ſolatium, communio carceris. Hîc fas conſpectu colloquioq́ue leuare inter ſe miſeriam. At Stokolmiæ, & in oculis Caroli, nouum tormentum, ſolitudo. Carcere diſtractis nouiſſimum, Lues acceſſit. Quatuor eâ cõſumptis, *Reditus.* tres quinto Captiuitatis anno, in Poloniam demum, Polono- 1605. 66. rum cõmutatione reducti ſunt. Agitabatur in eo Regno quoque Societas. Ac velut Tempeſtas à littore altum mare grauior aſcendit, ſic à limite in ipſum Gentis Comitium, vexa- *Polonicæ vexationes.* tio. Toruni & Gedani Pruſſiç vrbibus cepit. Vtrobíque obti- *Toruni.* nebamus à decennio Sedem, & Toruni, in Collegium anno ſuperiore conuerſam. Vtrâque & ſimul expellimur per Hæreticorum factiones. Proſcriptionem Torunenſes ab Rege fruſtra poſtulatam, Magiſtratus edicunt. Interceſſio Epiſcopi Culmenſis, qui Socios ibi conſtituerat, aliquamdiu eius impetum ſtitit: non repreſſit. Conſilia per eam moram Senatus cepit diuerſa, demum arripuit aduerſą, & tenaciter protruſit. Specioſa Edicti cauſa, Parochiale Templum, nobis ab Epiſcopo donatum. Parendum fuit, & in Viri nobilis nobis amiciſſimi Ædes migrandum. Sed hinc ad noſtras Epiſcopus ipſemet reduxit; reductos aſſeruit Rex, pçnis grauibus indictis qui poſſeſſionem turbarent. Gedani prætex- *Dantiſci.* tus idem turbarum. S. Birgittæ Templum, Sanctimoniales, 1606. 67.

& Vladiſla-

Annus Chriſti. Societ.

& Vladiſlauienſis Epiſcopus, Socijs vltro conceſſerant: illæ eius Patronæ, hic reſtaurator ante vicennium exuſti flammis. Facilem timidumq; Sexum Magiſtratus blanditijs miniſque aggreſſi ſunt, nos vt inde depelleret. Præter morem conſtitit, etiam contra Antiſtitẽ ſuam. Deterrita, Monaſterij fores aperuerat, nuper obſerarat ad Clauſtrum, Sociorum hortatu. Vi perrupturos illi minabantur. Tum ad Tribunal ſuum illorum Præſidem vocant. Cunctãtem, Templo exire ante triduũ iubent. Vna res & eos ad audendum, & noſtros ad migrandũ interea ad Pro Epiſcopi Ædes impulit. Grauis nempe Procerum Hęreticorum in Societatem ſimultas. Regno extruſam volebant. Cauſam inuenêre ſpecioſam, & Catholicis communem: periculum libertatis; conſilijs nimirum noſtris, & Regij cum Auſtriacâ Principe Conſtantiâ connubij adminiculis opprimendæ. Suſpicionibus obnoxia libertas, & magnanimæ Genti ipsâ pretioſior vitâ. Præ illâ, ſubinde Religio obliquè tantùm aduertitur. Tertiò iam Lublinij, Sandomiriæque congregati, multa, & noſtræ Proſcriptionis Edictum poſtulant à Rege. Impetrarant, niſi armati, & extorquentibus ſimiles. Nam cedere Socij decrerant, & exilio redimere Ciuile Bellum: & aliquid vanis ſuſpicionibus indulgere Sigiſmundus Rex vt innocens, ſic clemens: prçterquam in Sociorum cauşâ. Nibil hîc à toto Senatu flexum ſe iri dictabat. Sed iniquiſſima, etiam in Clerũ Religionemque poſcentes, fraudauêre ſe quoque iam concedendis. In eos Cracouiâ Rex mouit Exercitum; & ad Iſthulam fluuium circumcluſis, Pacem quoque obtulit, & Conuentum ad negotia Pacis tractanda. Neceſſitate admiſerant oblata. Sed proximo pôſt Vere, arma per quietem reſumpſere. Prælio victis ſana mens redijt: adeo & in Comitijs Varſauienſibus, pudori fuit ſua ipſorum poſtulatio. Eam laudibus penſauêre, & libertate quoque agendi in Torunenſium, Gedauenſiumque Turbarum Authores. Sedes Sociorum ſex Aulica, quæ maximè petebatur, eo Senatuſcõſulto ſtetit, & Collegia Prouinciæ Polonicæ quæ nutabant. Quin ipſa quoque vexationibus Lithuanicam peperit. In hac Derpatenſe

Graue Diſcrimen. (margin, beside "bertas, & magnanimæ Genti…")

In Commendationem vexatio vertitur. (margin)

1607. 68. (margin, beside "ſauienſibus, pudori fuit…")

Lithuanica Prouincia. (margin)

tenſe Collegium, mirabili Polonorum, de Carolo Duce vi- *Annus*
ctoriâ, dudum cum vrbe redierat. Anglicana Societas maxi- *Chriſti. Societ.*
mè concuſſa eſt. E morte Reginæ, quietem cum Catholicis *Anglicanæ vexationes.*
aliquã ſperarat. Illius Edicta Socios omnino denos oppreſ- *Io. Cornelij cædes.*
ſerant. A Thoma Cottamo proximè Ioannes Cornelius 1594. 55.
Dorouerniæ; acer, & ad motus faciendos potens orator.
Mox Henricus Walpolus Robertuſque Sothuellus. Ambo *Henr. VValpoli & Rob. Sothuelli.*
generis & animi magnitudine; atque hic inſuper Diuinarum
rerum contemplatione illuſtris: ille conſtantiâ, quater & de- 1595. 56.
cies equuleo tortus. Illam quoque retinens, apertâ ad eua-
dendum viâ. Diuturniorem pugnam maluit quàm fugam.
Nouiſſimè Rogerius Fillocus, Franciſcus Pagius, Domini- *Roger. Filocci.*
cus Collinus. Hic vnus duos inter Anglos Ibernus: Nata- 1601. 62.
lium quoque gloriâ, & Equeſtris Turmæ ductu in Caſtris *Franc. Pagij.*
Catholici Regis notus. Socij ſuperſtites alij, nouum aſpicie- 1602. 63. *Dominici Collini.*
bant Regem Iacobum, velut ſidus ſuo ortu primo benig- 1603. 64.
num. Spem lactabant ſuam, & Mariæ Stuartæ Matris Ca-
tholicæ Principis memoriâ, & comi ipſius Regis indole diſ-
ciplinis excultâ. Sed contrà, Eliſabethæ ſimilis magis, &
funeſtus apparuit, & ſanguineis minax Edictis. Et ea in cæ-
dem perrexêre Odoardi primùm Olcorni: tum & Henrici *Odoardi Olcorni & Henrici Garneti.*
Garneti. Magnus hic Ieſuita dicebatur; & Socios Vicennio 1606. 67.
rexerat. Cauſa ad perimendum magna quidem, ſed ab eo a-
liena. Finiendæ vexationis deſperatio, Catholicorum quoſ-
dam in facinus immane coniecit. Regem nimirum & præci-
puos Regni, Londinenſi in Aula, & Comitio congrega-
tos, ſubiecto igne pyrio necare. Detecta eſt deſignatio cri-
minis, affecti ſupplicijs Rei. Conſcius dictus eſt Garnetus:
adeoque damnatus ſententiâ Iudicum. Ininſtam & Catho-
lici, & ipſemet in Theatrum productus, at non iniucun-
dam dixit. Quippe Catesbium concepti ſceleris authorem,
à perpetrando dehortatus: deſignati eum accuſare prohi-
bitus, ſanctiſſimo confeſſionis arcanæ ſigillo. Sed Tribunal
illud Hæretici, habent pro ludicro. Vicena hominum mil-
lia, ſanctitatis fama ad ſpectandum exciuit. Vna vultûs &
vocis blanda maieſtas attraxiſſet. Nec lethali liuore defor-

mata,

Annus
Chriſti. *Societ.*

Garneti effigies in Spica.

mata, quin potiùs decorata prodigijs. In demortui, velut adhuc ſpirantis, facie diu perſtitit: at diutiſſimè, & ad hanc diem in vnâ ſpicarum, quibus carnifices inanime corpus texêre. In eius ariſtis, vultum Henrici, fluens corpore ſanguis impreſſit. Additum immortalitatis ſignum eſt: in frontis medio, ſtellula; in mento, Cherubini radius, cetera omnia Garneti. Hiſpanici Regis Orator, Londini ſexcentos prodigioſiſſimæ ſpicæ aureos appendit. Quantouis eam pretio digniorem Catholici fecêre; quæ trans Artem erat. Simile quiddam Pictores fruſtra certarunt alijs in ſpicis exprimere penicillo. Quadantenus expreſſit in ſe Thomas Garnetus, Patruum eodem Lethi genere ſecutus, haud aliâ admodum causâ. Iniqua iurare nolentem Iudices damnauêre. Eò adigebantur Catholici, ad incolumitatem ſcilicet Regiæ Maieſtatis. Sed altero iam Diplomate vetuerat Pontifex Paulus eius nominis Quintus, quia in Pontificiæ probrum. Hanc prodidit Archipresbyter Angliæ Homo vanus, Sacramento obligans ſe Regi. Eandem & nuper illuſerat, ius in Socios aſſumens, ſupremo reſeruatum Eccleſiæ Capiti. Violentiæ tunc eum monuerat Clemens VIII. Nunc proditionis, & offendiculi Catholicis dati, leni familiarem Epiſtolâ Bellarminus Cardinalis. Hanc & Bina Pauli Diplomata, Triplicem Rex Nodum interpretatus, Triplicem Cuneum, & cum ſtrepitu obiecit. Recuſus Liber, Catholicorũ quoque Principũ aures Prologo verberat. Hoc velut ſigno Miniſtelli ſtylum corripuêre in Pontificem pro Rege, pro veritate Bellarminus idem, Franciſcus Suarius, Martinus Bekanus, Socij. Hinc Matthęus Tortus, & Tortura Torti, Librorum Nomina. At iam in Socios Belgas, Germanos, Gallos, Aduerſariorum impetus erant mitiores; & ſubſidentibus ſimiles fluctibus poſt Tempeſtatem. Imbelles tantùm & ſine ictu aculei per Libros mittebantur. Retundebant & Externi, præſertim in Galliâ, Innocentiæ Patroni; & ipſimet Socij laceſſitæ Matris vindictâ: Coſterus, Skondonkius, Ioannes Oranus, Clarus Bonarcius vnam intra Prouinciam Belgij. Scriptis vindicatam, Belgarum Princeps Albertus Patrocinio aſſeruit.

Thomæ Garneti.
1608. 69.

Diſceptationes Typis vulgatæ.
1607. 68.

Belgicarum vexationum Reliquiæ.

aſſeruit. Litteris Leopoldus eam Archidux commendarat. **Annus**
At ſponte fauere ceperat, Bruxellenſem antea Sedem in *Chriſti. Societ.*
Collegium vertens. Eam gloriam Atrebatenſe & Winoci- *Incrementa.*
bergenſe, ſuo cum exortu obtinuêre; recuperauit Torna- *Colleg. Atrebatenſe.*
cenſe, & proprium inſuper Templum. Probationis tantùm 1600. 61.
Domus duodennio fuerat. Inſulenſi munificentiſſima, & *VVinocibergenſe.*
Senatu digna in noua Vrbe Ædificatio parabatur. Proprium quoque Duacenſi Templum; Audomarenſi, Valencenenſi, Montenſi Gymnaſium, iam ſtabant. Poſtea Prouinciam in duas diuidet Claudius, vtramque Sociorum numerus æquabit. Illud adepta erat iam Gallia, Toloſanæ *Toloſanæ in Gallia Prouinciæ inſtitutio.*
inſtitutione Prouinciæ. Remurmurabant Aduerſarij tantùm, & vanè Henricum apud Regem, manifeſtè iam & vltro fauentem. Primam quoque ſpem Regni Ludouicum Socijs inſtituendum, & Rupellanos, nouæque Franciæ Incolas erudiendos tradens. Opprimebat obloquentium ora, tanti authoritas Principis. Aditum modò Pariſienſibus Socijs ad Scholarũ Exedras, ſpecie iuris aliquâ, adhuc clauſêre. Eum & tempore & officijs parari decebat, haud vi perrumpi. *Vexationes Germanicæ.*
Germaniæ Socios aut inania quædam, aut nimium violenta vexabant. Calendarij Rationem redegit Gregorius XIII. Pontifex. Contuliſſe operę quiddam Chriſtophorus Clauius Germanus ipſe dicebatur. Inſurgunt in eius famam Hęretici, & in Sociorum vitam Auguſtæ, Viennæ, & omni ferè Germaniâ. Item Presburgi, Pragæ, alibi iura cuduntur quæ inaſſuetis mẽdicare Collegis, nec poſſidere fundos, nec tueri vitã ſinant. Eæ propriâ mole ſua Cruces, vt ſerò ſaltem concidêre, & Sociorum officijs & famâ. Aliquam ſuſcitauerat antea Iacobus Gretſerus ſcriptis refellendo calumnias.
Atroces & ſtolidas, adeoque retundi faciles, iecerat Poly- *Libelli in mores famoſi.*
carpus Leyſerus, Hiſtoriâ Ieſuitici Ordinis infami. Specio-
ſiores Elias Haſſemmellerus, quando religionis experimento 1594. 55.
ſubnixas. Fidem Operi, furacis & Apoſtatę Anthoris facinus
concuſſit, Gretſerus euertit. Nunc idem cum Doctoribus *Colloquium Ratisbonenſe.*
Sorbonę tribus in Hęreticos Ratisbonę quindecim diſcep-
tans, calumniarum partem infregit. Adami Tanneri publi- 1601. 62.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

catus, de Diſceptationis euẽtu Liber, nouum eluit probrum. Victoriam arrogantiâ tribuebant ſibi, mendacijs & clamoribus ad eam conniſi. Hiſpanicam Societatem atque Italicam dulcis habebat quies. Quamquam ad experimentum Eruditionis atque modeſtię, turbo improuiſus incubuit. Magno nominis Doctori prodeundum fuit ab Hiſpaniâ Romam. Scripti ratio aduocabat. Alterius, Theologi ęquè & Iuriſperiti gratiâ, diſputatum eſt ore alieno, coram Clemente VIII. Pontifice, & in Coronâ Purpuratorum Patrum. Suo ſe conuenientiùs vindicaſſet, ſi viuentem impugnaſſent. Clementis & Leonis XI. fatum, & Pauli V. ſucceſſio, finem & Diſceptationibus, & proprijs aduersùs ipſum Claudium Turbis in tempore attulit. Suorum adhuc malis tantùm, Aquauiuæ virtus; nunc ſuis exercita, pulchriùs fulſit. Hęc in Vrbe Vrbium. At in Adriatici Maris Dominâ, Infortunium Socijs, Sũmæ Poteſtati obſecutis. Ditione quoque nos, eadem vis, eandem ob cauſam, expellit. Extra Europam quæcumque vexatio obtigit, non tam in Societatem, quàm quoſdam in Socios erat.

Eruditionis Impugnatio. 1604. 65.

CAPVT XXVII.

1608. 69.

Congregatio Generalis Sexta.

HVic etiam cogendæ cauſam, aduerſarum continuatio rerum præcipuam dedit. Conſilio militia geritur: & ſapientiùs ordinantur, conficiunturque feliciùs, quæ plurium mens expenderit. Coactæ, Patrocinium litteris detulêre Galliæ Rex, Poloniæ Regina, Archidux Gręcenſis Ferdinandus: iam tum profeſſus, quàm arctè Socijs Princeps iungeretur. Eleemoſynam inſuper largam addidit Hiſpaniæ Rex Philippus. In Comitijs Aſſiſtentes quatuor deſignati, pro totidem alijs diu iam officio functis; Immo additus Quintus pro Gallicana Societate Ludouicus Richeomus. Germanico ad eam diem vſque ſuberat. Iam pro-

Aſſiſtens Galliæ proprius.

pagata

pagata, proprio ſat futura videbatur. Diuis autem Ignatio & Xauerio Săctorum honores à Pontifice poſtulandi, Claudio impoſita eſt cura. Vt quibuſdam Sociorum quouis ſemeſtri Vota inſtaurăda ſint; ſpiritûs Exercitia quotannis obeunda, ſcriptæ ſunt leges. Ita vtiliter renouabatur ſanctæ huius militiæ ſacramentum, & repoliebantur arma ad fortiùs dimicandum. Tum progreſſionum adminicula ſuggeſta, & obſtacula ſunt ſubmota. Quamquam ſatis progreſſa videbatur per aduerſa Societas, in Prouincias omnino duas & triginta. Vniuersè conſtabat Capitibus decies mille quingentis. Belgica omnium numeroſiſſima, ſeptingentis & octoginta.

Annus Chriſti. Societ.

CAPVT XXVIII.

Ignatius inter Beatos. 1609. 70.

Sancti appellationem & honores, ei litteris dudum *Ita poſtularant Philippus II. Hiſp Rex.*
poſtulauerat ſemel iterumque à Clemente VIII. 1594. 55.
Pontifice Philippus II. Hiſpaniarum Rex, tum, *Et*
ſed verbis Regina Margareta, Ferrariæ, Nurus Philippi, & 1597. 58.
Maria Bauara, Parens Margaretæ: Filiam in Hiſpaniam du- *Regina Margareta, & Maria Bauara.*
cens, Philippo III. Regi deſponſam. Aderant ibi è Styriâ
Socij ad exercitia pietatis. Idem litteris quoque conten- 1598. 59.
derant Rudolphus Imper. Auguſta Maria, & Philippus III. *Philippus III.*
Hiſpaniarum Rex. Item Archiduces Auſtriæ, Duceſque Ba- 1603. 64. *Et*
uari, & Principum virorum ex omni gente. Ex vna quidem 1604. 65.
Hiſpania Archiepiſcopi tres, Epiſcopi quatuor, & Epiſcopo- *Et*
rum Madriti agentium Cœtus. Iam Caſtellę, Aragonię, Ca- 1609. 70.
talauniæ, Valentiæ Populi, Aſpeithiæ prę ſertim; atque So- *Synodus Terracon.*
cietas Vniuerſa, magno in vnam Ignatij gloriam ardore. Illis 1602. 63.
idem popularis erat, huic Pater. Pontificem tanta authoritatum pondera inclinarant. Sed operæ longæ negotium, & Paci congruum magis, Galliæ & Hungariæ bella ſuſpenderant. At Clementis ipſius, tum Leonis XI. paris cum illo

Annus
Chriſti. *Societ.*
1608. 69.

in Ignatium voluntate, non Pontificatûs diuturnitate, mors abrupit. Apud Paulum V. eadem in diem eorumdem ſtudia, quotidianis quippe prodigijs magis ac magis feruida. Noui quoque comprecatores litteras addidere. Henricus IV. Gallię, Sigiſmundus III. Polonię Reges & Terraconenſe Concilium rurſus grauiſſimas. Sed Paulum alia iam cauſa retardabat. Quorumdam Religioſorum Ordinum, pro alijs ſimul Sanctorum albo inſcribendis, contentio. Duodeni proferebantur. Glorioſa Eccleſiæ, tot hominum ſanctimoniâ excellentium, multitudo. Ingens pro morum & prodigiorum recognitione labor. Odioſus vnius præ cęteris ſelectus. Igitur tẽperari oportuit Societatis pro ſuo Parẽte vota, atq; interea Ignatio Beati modò nomen expoſci. Conceſſum eſt à Paulo beneuolè & largè. Orbem totum breuî ea de Ignatio fama peruagata eſt. Eius induſtriâ totus refloruerat. Tẽpla, Compita, Arces, Theatra eo nomine ſonabãt. Illuſtrauêre Reges, Principes, Clerus, Plebs, triumphos Heroïs, omnibus dum vixit, apprimè vtilis. Nec minùs, ex quo deſijt: nam ſimul demortuum magna miracula prędicarunt; nunc Beati titulo inſignitum maiora nobilitant.

CAPVT XXIX.

Cor Henrici IV. Regis, Flexiæ.

ITa dudum iuſſerat. Iuſſionem impleuit poſtridie mortis, Regina. Cor Sponſi obductæ auro Thecæ incluſit, & per Contium illius Patruelem Bartholomęo Iaquinotio tradidit, Pariſienſis Domus Præpoſito. Acceptum Pater deportauit eodem curru vectus, quo Rex occiſus. Proceſſit Domum verſus in candida veſte & ſtola, & cum Socijs haud paucis faces lucentibus inter Satellitium Regis. Inde Flexiam Prouincialis Armandus, & Socij viginti eodem cultu omnes. Comitabantur Monbazonius Dux, & Varennius Dynaſta noſtrorum amans, Regi perca-

rus. Circùm multa in equis Nobilitas. Obuiàm proceſsêre ex Vrbibus & Pagis, quà iter erat, Agreſtes cum Clero. At Flexiâ demum Incolæ omnes, ad milliare ſupplicâtium ritu. Vrbis Porta atrato lugebat panno: & Collegium totum. Dolorem teſtabantur Machinæ funebres, Arcus, Emblemata. Mœſta præſertim Aulæ ſpecies, qua tunc pro ſacello vtebantur, Collegij abhinc Triennium Incolæ. Hîc ad Aram Columnæ ingentes duæ. Ex earum Epiſtylijs prædiues Arcus, ab cuius initijs Tigillum hinc illuc tranſuerſum ibat. In Tigilli vmbilico floſculus, in quo magni Cor Regis inſeritur. Hęc eius ſedes non perpetua, quia nec ſatis digna. Apparabantur Vrnæ denis millibus aureorum, & Templum eius honori, cuius ęre ceperat. Sed Cor, amoris Regij pignus in Socios, non ſecuritatis fuit. Tanta innocentiæ noſtræ teſtificatio obſoletas vexationes reſuſcitat. De Principis Inſtitutione Liber ab Aduerſarijs profertur ad Regis vindictam, & Senatuſconſulto crematur. Authoris nomen Iudices preſſerant: at euulgauêre aduerſarij, tanquam ſuo ipſius, & Sociorum omnium ſenſu ſcribentis. Odioſarum rerum contagia facilè proferuntur. Contrà aſſerit Cottonus publicato Typis libello. In quem mox volumina Aduerſarij conferunt. Acerrimum Anticottonus, amariſſimi fellis Satyra. Latinè etiam prodijt. Lixiuio diluit Gretzerus. Regina Regis Ludouici Mater & Moderatrix, ne vltrà tenderetur, cauit. Cottono Filij animam credit ad religionis officia formandam. Socijs autem Pariſienſibus Scholas aperiendi ius dedit. Contrà inſurrexit Academia; diu apud Senatum dimicatur. Nec adiudicabitur noſtris poſſeſſio, priuſquam & ſerò, voluntas iuſſioque Regis acceſſerit.

Annus Chriſti. Societ.

Flexienſe Collegium habitari ceptum.

1607. 68.

Cor ibi deponitur.

1610. 71.

Aduerſa.

1611. 72.

Annus *Chriſti. Societ.*

CAPVT XXX.

De Expeditionibus ſub Claudio Reliquis.

§. 1. *Intra Europam Aliquæ.*

Socij in Indiam ſimul 62.

RArum numerus minor ardore. Prohibebantur, aut retardabantur Obſtaculis Hoſtium, aut auertebantur in Indias. Duos & Sexaginta Socios Oliſſi-
1602. 63. pone Goam Nauigatio vna ſubmiſit. Ij ex omni Europæ Gente conſtabant. Nec illam deſerebant alij, quando fas aut neceſſitas vocaret aut retineret. Benedictus Herbeſtus magnam vitæ Partem, Polonicis, Lithuanicis Expeditionibus, Weſphalicis Petrus Michaël Brilmeckerus triuêre: ambo ſcriptis & Lethi genere, vel teſtimonio nobiles. Veneno Michaël ab Hæreticis haud ſemel præbito perijt. Benedictus flexis humi genibus, proximè quàm exſpirauerat, inuentus eſt. Neque feruidè minùs eius Poſteri in vicinas ſeſe Prouincias effudêre: in Hungariam, Sileſiam, Voliniam, Moſchouiam. Maximæ ſpei hæc erat: quando in Demetrij Principis comitatu. Ab exilio reductus in Imperium Baſilij Patris, calidè reſtituebat ſua cum authoritate Religionem. Ad hanc Socijs, Germanico ad eam Satellitio vtebatur. V-
1606. 67. trumque à Moſchis ad iniuriam Gentis acceptum eſt: & Principis cæde vindicatum. Felix ſi moderatiora Sociorum conſilia audijſſet. Machinam ingentem per inæquale ſolum proſternas, ſi violentè impuleris. Croaticas, Dalmaticas, Dacicas, Styriæ Patres iniere: & nouâ Croatarum Metropoli Zagrabiæ poſuere ſedem. In Italiam quoque cum Archiduce Ferdinando; in Hiſpaniam, aliaque Regna cum Maria eius Matre Filias ad Reges nuptui ducente. Nec Sigiſmundus Mariæ bis Gener, per Poloniam facilè abſque Socijs ibat. Hungaricas hinc Poloni, inde obibant Auſtriaci. Atque per eas, Quinque-Eccleſienſe quoque Oppidum
1614. 75. inſedêre, & vltro, quod mirêre, à Turcis euocati. Mahometanos

Bened. Herbeſtus Pet. Mich. Brilmecker.

Polonorum. Moſchouitica &c.

Styriacum diuerſæ.

Hungaricæ.

Quinque-Eccleſienſis.

metanos prodigia, quæ noſtri Aſſilinduæ per cereas Agni ef- *Annus*
figies patrarant, excitauêre ad poſtulandum. Eadem opta- *Chriſti. Societ.*
bant, & à præſentibus obtinuêre: Dęmonis quoque de Tri-
bunorum aliquo depulſionem. Simul noſtrorum operâ
vtuntur Catholici, qui circum erant aut habebantur. Sed &
diuerſiſſimæ Sectæ Hæretici. At horum aliqui, proditionis
eos accuſant, quorum authoritate, ſuam accîdi querebâtur.
Accuſationis vanitas patuit. Et depulſioni Sociorum, etiam
Hæreticorum alij, etiam Bethlemus Gabor interceſſit. In *Tranſiluanicæ.*
Tranſiluanicum huius Regnum inibant ſenſim, nec multi
ſimul Socij, nec aduerſarium experiebantur, dum eum am-
bitio egit in tranſuerſum. Haud minùs, occiſo quamquam
Demetrio, Moſchi deſerti ſunt. Redibant ad illos Socij, &
imbrium more, ſuccum inſtillabant Romanæ Religionis.
Quidam eo adſperſi, vulnera Græcanici Schiſmatis permi- *In Moſcouiam nouæ.*
ſêre, offerentibus ſe Medicis, curanda. Extra Diſcriminis me-
tum inter eos Socij verſabantur. Smolenski per Polonum
expugnatio ſecuritatem quoque præſtabat. Periculoſiores
Caroli Sagerij, & Iacobi Saleſij per Galliam excurſiones *Gallicanæ.*
fuêre. Hunc Turnone cum Guillelmo Saltamochio perême-
re Caluiniſtæ, carnibus per diem Sabbati, abſtinentem. Sclo-
po, & enſibus Iacobus, Pugionibus Guillelmus tranſmiſſi, ad
Palmâm optatam. Eius gratiâ Iacobus ibat in Indiam ſi *Iac. Saleſij & Guill.*
Claudius ſiuiſſet: Guillelmus autem irruerat in Iacobi iam *Saltamochij cædes.*
iam perimendi complexum, ne eam ſolus obtineret, obſe- 1593. 54.
crans. Et eâ inter moriendum velut acceptâ, manus in
Crucis formam pectori appreſſit. Sagerium Turnone len- *Car. Sagerij.*
tum, haud ignobile Fatum extinxit. Veneno, vt fama eſt, 1596. 57.
Chalaconij à Caluiniſtis quoque procuratum. Sic erant
Tempora. Pòſt reſtitutis Galliæ Socijs, & extra eam à Gal-
lis Expeditiones ſuſceptæ ſunt. Conſtantinopolitana atque
Canadenſis, Henrici Regis authoritate & ſumptu. Illîc
inſtituta dudum Sedes nutabat, Catholicorum quoque ca-
lumnijs. Firmata per illum eſt, & ſimul in Colchidem Lu-
douicum Grangerium amiſit ad iuuandos Mingreliæ Chri- *Colchidenſis.*
ſtianos. Canadenſem, ſeu Franciæ Nouæ, ad Americæ Oram 1614. 75.

Burdigâ-

Annus Burdigalenſes Socij petiere: conceſſit Henricus, Petrus Biar-
Chriſti. Societ. dus, Edmunduſq; Maſſæus obtinuere. Canadam appellant
Canadenſis Decreta. à Flumine, Nouam Franciam quaſi à Detectoribus Francis.
1609. 70. Prope anni centum inde fluxêre. Regis Franciſci Primi auſ-
picijs detecta proditur. Nulladum Indigenis Præſidia ſalu-
tis. Vnus antea Sacerdos Ioſſæus, haud Socius, nec diu ap-
paruerat, octingentis circiter Chriſtiana Lege & Baptiſmo
præproperè tinctis. Illo mox in Galliam reuerſo, affuſæ ſibi
aquæ modò meminerant: Crucis formandæ veſtigium te-
Abrupta. nue; cetera euanuêre. Fluxos colores Lanæ citò deperdunt.
1610. 71. Conceſſam illuc Expeditionem, Henrici obitus abrupit: Re-
dintegrauit Regina Ludouici Regis Mater ac Tutrix: in ip-
Reſumpta. ſo limine ſiſtere conatus eſt Cacodæmon. Vnica nauis eo
1611. 72. anno ſolutura erat in Canadam. Et pertinebat ad Mercato-
res Dieppenſes duos, Socijs religione diſcordes. Itaque ad-
mittere eos nolebant in nauim. Pars eius ab illis empta eſt
Tandem procedit. Collatitio ære Aulicorum; Regium Canadæ Portum quar-
to nauigationis menſe tenentibus. Obex hic eis plurimus ad
Gentis culturam. Ignoratio linguarum, Penus & cõtubernij
cum milite cõmunio, Cibariorum defectus, Diſcordię Gallo-
rum, denique Anglorum incurſus. Præcipuos Obices ſuſtu-
lerat Regina, miſſo in Annum Socijs commeatu, & facul-
tate & nouæ Gallis Coloniæ, & nouæ Socijs figendæ Sedis.
Simul ad condendas ſupellectile Fabrili, & ad propugnan-
das, Bellicâ. Sed & duorum ſubſidio Sociorum. Noua de
S. Saluatoris nomine Sedes dicta eſt. Vix aſſurgentem, è Vir-
ginia irruperunt Angli, & tum hanc, tum Regij Portus ve-
terem euertêre. Gilbertus Thetius ſubſidiariorum alter So-
ciorum, nouam armis Coloniam propugnans occubuit. Al-
Deſinit. ter Quintinus & Sacerdos cum Biardo & Maſſæo captiuus
1613. 74. decimo infortunij menſe, remiſſus eſt ab Anglis in Galliam.
Præcipuus Biennalis Expeditionis fructus, Monbertouius
Senex. Chriſtianè mori doctus à Socijs eſt; at Chriſtianè vi-
uere, Indigenæ, nec multi. Pueris pluribus vita immortalis
Hiſpanica. Baptiſmo affuſa eſt, mortali fungentibus. Hiſpaniam vtram-
que ſuam percolebant Excurſionibus Hiſpani: ad vicinas
quoque

quoque Europæ Inſulas, & Africę littus obiectę crebro pro- **Annus**
greſſi, ſemel infortunio ingenti. E Balearico Portu ſoluerāt *Christi. Societ.*
Algeriū Deni. Ad inſtituendos redimendoſq́; captiuos ibāt, *Algerienſis Infortunata.*
ipſi mox captiui. Simon Dongerius mari deprehenſos om- 1608. 69.
nes comprehendit, & Algerium adducit. Perducere niſus *Algeriana.*
eſt & ad Mahometem, aut Lutherum, ſpe libertatis oblatâ. Dulcior eis viſa eſt ſeruitus Catholicæ Religionis, inter graues ærumnas. Et venditi ab eo Turcis duriſſimam ſeruierunt, ſquallorem, inediam, verbera experti & illecebras ad infanda. Litrum & amplius & celerius ſperabant Domini, à captiuis indigniùs vexatis. Nouem ferè aureorum millibus
ſtetit. Feliciùs Fortunatas ad Inſulas Sociorum quatuor Ex- *Ad Inſulas Fortunatas*
peditio ſucceſſit. Ducebat Epiſcopus Dięceſim ſecum om- 1614. 75.
nem inſpecturos. Admiſerunt Indigenæ perbenignè: & diuiſerunt inuiti. Attinere prohibiti, reditûs ſaltem ſponſione obligarunt. Conſuetis per ipſum Luſitaniæ Regnum, per Angolanum item & in Materiam, Tertiam, & S. Michaëlis Inſulas, par vix erat Luſitana Prouincia. Domicilia ibi certa obtinebat: in Indiam quoque & Braſiliam ſupplementis exhauſta. Ad Caput viride Expeditio, nouum onus acceſſit. Inſula eſt Gorgadum vna, atque præcipua. Socios eò poſtu-
lauit Philippus Rex III. à Claudio. Miſit hic Balthaſarem *Ad Gorgadas.*
Barreiram Angolanâ commoratione, & prodigijs nobilem. 1604. 65.
Nec ſenium retardauit, quin alacer Socios ternos duceret in conatus Cacodęmonis aduerſos. Oliſſiponenſi Portu ſoluturo remora obijcitur, Hominis, cuius nauigium erat, graue ab Hoſtibus diſcrimen. Ad ipſum Inſulæ Portum appulſos fęda tempeſtas. Eâ nauigium ferè abſorptum eſt. Atque intererat Satanæ, Socios arcere qui in eius vim & fraudem
Indigenas erudirent. Italiæ Socij in omnes propè Expe- *Chienſis.*
ditiones ſparſi ſunt. Anguſta erat eorum ardori ſua Ita- 1595. 56.
lia. Ad Maris Ægęi Inſulas iuêre iuſſu Clementis VIII. ad Chienſes Chriſtianos operâ iuuandos; reducendos autem Aduenas ab Errore Græcorum. Et prouidi Pontificis votum largè expletum eſt, collocatâ Societati per Chienſes Sede. Nam eos Turcæ viuere Chriſtianè ſinunt: & Tēplorum exſtructionem, pretio ſaltem, obtinere. Vnum

Annus Chriſti. Societ. nobis erectum eſt, ad publicæ Religionis officia: Latinas ad Diſciplinas Scholæ item duæ, Adoleſcentiæ gratiâ: Sodalitia etiam quina, inflammandæ magis virtuti. Laudauit Conſtantinopolitanus Patriarcha; & Chienſis Epiſcopatûs Metropolitam iuſſit Socijs opem adferre,& palàm honorem be-

Naxenſis. neuolentiamq; teſtari. Eadem ſalutis præſidia petierunt ab

1612. 73. illis vicinæ dudum Inſulæ. Naxus maximè ardenter, & tandem euicit. Præſentibus Sedem obtulêre; & diſceſſuris vim aliquâ obſtruxêre ad retinendum. Authoritatem quoque interpoſuêre Turcici Magiſtratûs. Quin pro reuocandis, litteras Romam ſuas ad Claudiũ Aquauiuam, Cardinalem Bellarminum,ipſumque Pontificem Paulum dedêre. In alijs Europæ Inſulis, neceſſitatis plus atque periculi. In Borealibus plurimum. In Angliam, Scotiam, Iberniam ſuam quæque Gens, ibãt. In hac magis Catholicâ,maior quàm alibi quies, ſed quam mox Bella, ad extremum inproſpera turbarunt.

§. 2: *Extra Europam, Plurimæ.*

PLures nimirum primo Seculi Decimi-ſexti Decennio, quàm totis triginta vel antecedentibus vel conſequentibus Annis. Eas adiuuabat Philippi III. Regis authoritas. Et Margareta Regina, Ariæ Saldaniæ,deſignato Indiæ Pro-

1600. 61. regi, ſoluturo Oliſſipone Goam, à Societate ſuſcipiendas maximè commendauit. Et valuit ea iuſſio apud Hominem noſtrî amantem, & Socios iam nouem ſecum auehentem.

Expeditionum Aſiaticarum Meridionales. Aſiaticarum Boreales Expeditiones eius auſpicijs, vel imperauit, vel ipſemet obijt Nicolaus Pimenta Societatis Inſpe-

1598. 59. ctor. Meridionales Eccleſias Biennali Excurſione iam antè obierat Cocini, Porcæ, Colani, & omni Orâ Piſcariâ. In vno Trauancoris Regno, ternas & tricenas: Tutucurini, Neophytos religione præſtantes. Florebant omni virtutum laude, felicia Henrici Henricij germina. Annis tribus & quinquaginta illos excoluerat, à Xauerio ibi conſtitutus pro Antonio Criminali. Demum & ſerò ſenem vita defecit. Meliapore Opera duo præclara; Seminarium, Badagarum, & Malabarũm Pubi poſitum à Pimenta: à Socijs eò cum Ale-

Meliaporenſis gemina. xio Meneſio Archiepiſcopo Goenſi profectis, reconciliatio

1599. 61. Georgij Archidiaconi cum Schiſmaticis S. Thomæ Chriſtianis.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

ſtianis. Dudum illis Epiſcopos Babylonienſis Patriarcha Neſtorianos dabat. Ac nuper Mar Ioſephum, Mar-Abrahamum, & Mar-Simeonem eiuſdem dignitatis Competitores. Omnes de Hęreſi ſuſpectos, & comprehenſos, Meneſius miſerat in Europam: Ioſephum Olιſſiponem, Romam alios ad dicendam ibi cauſam. Mortuo demum Abrahamo, Georgium illi Eccleſiæ Adminiſtratorem impoſuit, nuper Alexius, donec Catholicum Romanus Pontifex Epiſcopum deſignaſſet. Sed haud erudito ſatis, à conſilijs eſſe iuſſit Franciſcum de Roſſis, & Stephanum Britum Socios. Et ſubinde Franciſco, loci Inſulas dedit. Meneſium ipſum primò, tum pro eo Franciſcum Schiſmatici poſtularant à Clemente VIII. Philippi III. Regis interuentu. Meneſium Goenſe Pedum obtinere Pontifex; Meliaporitanum autem ſeu Angalamenſe, accipere Franciſcum iuſſit. Gaudebant & Luſitani, Diſcipulos Apoſtoli Thomæ, vni, vt vocant, Apoſtolo regendos tradi. Pacem haud ſecus in alias terras reduxit Pimenta. Et diu quæſitam armis, Naichum inter Madureum & Narſingæ, qui & Biſnagæ, Regem. Reductæ Præmium, promulgatio Chriſtianæ Regis, ſubſtructioq; Templorum. Eadem Obo, & Papus, Reguli; & Chaudegrini Rex, Simoni Sa Socio concedunt, & conſilium Indigenæ promouent, adiectione Fundorum. Et multò propenſiſſimè Calecutij Rex Zamorinus. Nouis eum officijs conciliauerant Socij. Additi fuerant Luſitanorum Caſtris in Cugnalem Zamorini Hoſtem euntibus. Et ſimultatum fomitem illos inter & Regem oppreſſerant. Templum apud ſe vnum, & in Regno quaterna condendi ius dedit. Ei vtiles erant Socij, Iacobus præſertim Fenicius: Hollandici fęderis apud Regem dehortator, idemque Luſitanos inter & Calecutios reſtitutor Pacis, violatæ iniurijs. Baptiſmum refugiebat Mahometanus Rex, poſtulabat cum Filio Regina, haud impetrauit ſubitario prohibente nimirum Fato. Haud expeditionum aliarum multæ aliter ſucceſsêre, ſolis nimirum Indigenis proſperè. Eiuſdem Fenicij Tanorica; Briti Malleanica; Trauancoria Emmanuelis Vegæ, &

Franc. Ros è Socio Epiſ. Chriſtianorum S. Thomæ. 1601. 62.

Expeditio Caſtrenſis in Cugnalem.

Calecutia. 1604. 65.

Tanorica. Malleanica. Trauancorica.

Annus Chriſti. Societ.

Madureenſis.

Andreæ Bucerij. Inuitabant Socios Reguli, condebantque Templa, & ſuos ad Chriſti Legem pelliciebant, quò non ſequerẽtur ipſi. Æternæ Fęlicitatis remoras egrè tẽporaria ſubmouet. Madureana Roberti Nobilij, & Ceilana Sociorum ſex proſperrimè, ſed per aduerſa. Miſerat eos Prorex, Ar-

Ceilana.

chiepiſcopus Goenſis & Epiſcopus Cocinenſis; conſiſtere

1603. 64. Philippus Rex iuſſit, & dimidium Inſulæ ſuſcipere colendum, dimidio Franciſcanis relicto. Impares erant ad cultu-

Bengalenſis. Peguana. Sionenſis.

ram nouem ibi Regnorum. Bengalenſis, Peguana, Sionenſis Bellicos inter ſtrepitus initium & progreſſum habuêre. Fructus earum, haud ſicut fulgure progeniti Flores, euani-

Molucenſes.

di. Molucenſes viginti minimùm annis quiêuere, Luſitanis

1600. 61. per Saracenos Indigenas Ternatenſi Arce, Amboinum Tidoremque depulſis: Abruptas redintegrauit euentu Pimenta diuerſo. Malacâ Chriſtophorum Vegam & Vaſcum de Cugna Socios primùm, mox & quatuor alios opportunè ſubmiſit. Aduenerant Amboinum ſolatio ſex Patrum duriter ibi viuentium, & curantium reliquias Chriſtianorum paucas. Campum, iam appulſi habebant anguſtum. Laxauit Hurtadus Mendoza, Claſſem Malacâ, & Socios aliquot eôdem adducens: Ittumque & Varanulam Inſulas eripiens Barbaris. Hollandi cum eis fędus vireſque iunxerant. Simul iam operam fundebant Socij, ſimul contraxêre, dedito Hollandis Tidore atque Amboino. Quies iniucunda non

1606. 67. longa. Philippinas ad Inſulas delati, rediêre cum Caſtellanâ & Luſitanâ Claſſe: & expugnationis Ternatinæ Adiutores, fructum participauêre victoriæ: In omnes iam Molucas ad fructum liberè prouecti. Amboinum, Morus, Cauripa, Sion, Bous Inſulæ, prima eorum cultura. Tolus, Morataus, Sanguinium, Regalarda, ad eam vltro ſe obtulêre: & fructum fecêre, quando præparatæ deſiderijs. Ma-

Malacenſis.

lacenſes curſum tenebant proſperum. Vna Ioannem Abre-

1605. 66. nium, & Blaſium Pereriam Socios inter proſpera occîdit. Inerant vni Luſitani carum Nauium, in Hollandicas & confęderatorum decem Regum plurimas, Malacam arctè cingentes. Hollandicarum vnam, & ardentem iam tenebat Luſitana,

ſitana,ſed victrix flammas ab ea concepit. Abreuius in cym- **Annus**
bam euadit, & eâ per vorticem in Prætoriam Hoſtilem a- *Chriſti. Societ.*
blatâ, Pater ſclopo traijcitur. Naui ardente Blaſius antè pe-
rierat. Paribus vtrumque damnis pugnatum & diſceſſum *Chinenſes,*
eſt. Chinenſes, ſucceſſus quoque diuerſus excepit. Prima *Nanchianenſis, Riccij.*
Riccij è Xauceana in Nanhiniam vrbem, Indigenas Christo 1592. 53.
quidem aliquot, at Sedem Socijs peperit nullam. Nanqui- *Nanquinenſis*
nenſis plus promittebat, quando ad vrbium Regiarum al- 1595. 56.
teram, & ſub Sceilani auſpicijs, ad concilium Bellicum
euocati Pequinum. Altera hæc eſt Vrbium Regiarum. Sed
Riccium expulit Magiſtratus: Deus ſolatus eſt, ſe oſten-
dens,& in vtraque Regia vrbe Propitium ſe fore promittens.
Nancianum Matthæus Nanquino rediens deflectit. Chiam-
ſienſis Prouinciæ Metropolis eſt. Ibi Arte memoriæ, & Zo-
diaci diſtinctionibus,tum de Amicitia Libello deliniti è ſan-
guine Regio Principes, Sedem ei iam nouam impetrant.
Pequinenſis maximè erat in votis. A Guano primi Tribu-
nalis Præſide procurata eſt. Promota autem à Nanchinenſi
Prorege. Vtrumque Riccius conciliauerat officijs & donis, *Pequinenſis, Riccij atque Lazari Cataneï.*
conciliaturus & eâdem arte Regem. In vrbem Guanus tan-
quam à famulitio ſuo binos, Riccium & Cataneum naui 1598. 59.
perduxit. Confectis negotijs egreſſo, egredi & Socios Pequi-
no oportuit. Ædibus eos recipere volebat nemo. Iaponas
ſuſpicabãtur,quibus iam Hoſtes erant. Nanquinum reuerſo
certũ eſt Pequinũ rurſus tentare. Nam & Nanquini & Sucei,
Sedes inſperatò ei oblatæ ſunt ad habitandum. Redijt ita- *Altera eiuſdem Pequinenſis cum Iacobo Pantoia, & Fratribus duobus.*
que Pequinum cum ijſdem alijſq́ue muneribus ad Regem.
Comites ei P. Didacus Pãtoia, ac Sebaſtianus & Emmanuel
Fratres. Expeditio proceſſit, quando Deo nixa. Nec euerſa 1600. 61.
eſt rapacitate Eunuchorum, muneribus inhiantium, adeo-
que acceſſum occludentium ad Regem. Quin hic ſponte
reſpondit accepto ſex abhinc Menſes Libello Sociorum, &
muneribus captus eſt ad eos vltro & in Regia vrbe retinen-
dos. Horariæ ſonantis Machinæ regendæ, & Clauicordij
pulſandi modum, Eunuchos iubens de Socijs diſcere. Tum *Sedes Pequini ampla.*
Ius concedens perpetuæ ibi Sedis figendæ, & cenſum ad vi- 1610. 71.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

ctum menſtruè. Demum ſublato viuis Riccio, villam eius ſepulturæ ſuburbanam & amplam conferens. Vaolias appellabatur, Triginta & octo Annorum Rex. Patronos quoque Paulum, Martinum, alioſque Doctores & Indigenas haud paucos eadem Expeditio, & Chriſtianæ Legi & Socijs aduexit.

Iaponicæ. 1598. 59. Iaponicæ quaſi per tenebras ibant, & pede furtiuo. Proſperauerat eas Taicoſamæ fatum, & Dayfuſamæ in Socios amor: Fyeorium illius deſignatum Heredem, regentis. Sed Principum in ipſum, ac inter ſe ſimultates, remoram attulêre iam ceptis. Ioannis Montani Oyania Chriſtianos tricies mille peperit ſemeſtri. Iateuxira breuî quinies

Procedunt. & vicies mille. Plurimos ceteræ. Et aduehebantur ex India Operæ, vnica naui denæ & quaternæ; Centenæ & vicenæ iam cenſebantur, ſparſæ Expeditionibus permultis ad Chriſtianos, Taicoſamæ vexationibus vacillantes. Bella interuenêre: & Franciſci Bungenſis Regis, & Auguſtini

Retardantur. 1603. 64. Mors: & vexationes nouæ Expeditionibus aduerſæ. Fluminum curſus feruida & diutina retardat Æſtas. Illarum quies in Imperio penitus nulla. Fingenſes Canzuenedonis Edicto turbantur. Arimenſes, Suringanæ, Iendenſes, Ozacenſes, Cubonis: Antè Dayfuſamæ, nunc Imperij ſucceſſu, vetus & excelſum nomen è merito reſumentis. Sed illuſtrem famam, Imperij inuaſione, & Edictis in Chriſtianos corrum-

1605. 66. pentis. Eius exemplo Amacuzanas Tarabaza, Amangucianas Moryus, Farimenſes Ditionis Princeps; Sed vniuerſas

1614. 75. nouis & rigidiſſimis demum prohibitionibus idem Cubo repreſſit. Non aliæ ijs parciùs & infeliciùs Expeditiones ibant. Non aliæ fortunatiùs Goanis, adiumento Indici Proregis. Tantum ad religionem, authoritas Politicorum Magiſtratuum valet. Quò propior eſt; eò illius res certiùs tendunt.

Excurſiones Goanæ. Motus circa cor, vegetiores, quàm circa remotas Partes,

1602. 63. *Et* ſunt. Sexies mille & ſexcentos, ad Goam Sociorum Excur-

1603. 64. ſiones Chriſto acquiſiuêre biennio. Vna Bazaino Goam ſuſcepta, Vincentium Aluarum cęlo tranſmiſit. Ad Dabuliam Oppidum cum Socio comprehenſum, Saraceni capite multauêre. Deum precabatur ad Proram, quando comis vi-

ctima

ctima impuro Mahometi cæſa eſt. Sacram Pſeudopropheтæ lucem illi agitabant. Truncum Corpus in vndas abiectum, numquam ad Mortalium adſpectum emerſit. Mogoricam antè tutiùs inierat P. Hieronymus Xauerius, & Patrui Franciſci virtute, & propriâ notus. Ei comites additi P. Emmanuël Pignerus, & Benedictus Goes Frater, antea miles. Sed ad Iesv militiam Trauancore eiuſdem lacteis Puerοli lacrymis adductus. Ante Deiparæ Iconem fundebat preces, ſcelerum ſuorum veniam expoſcens. Lacrymari cepit Benedicti dolore in vlnis Matris Diuinus Puſio, collacrymari ſuo Benedictus, & ei ſe tradere adeo tenerè inuitanti. Cum Hieronymo, & Pignero Lahorem Mogoriæ Metropolim quinto Mēſe progreſſus omnia inuênit, præter Regem qui aduocarat. Hic ille eſt Echebar cōſtanter inconſtans. Tertiam hanc, vt ingenuo impetu procurauit, ſic ſolitâ in vitiū procliuitate infructuoſam fecit. Libido, Leuitas, Diuinitatis affectatio, ceptis ſalutaribus obnitebantur. Religionum omnium cupidus captator, nullius cultor obijt præterquam Chriſtianæ. Sed colebat, quam ſeruare nollet, niſi ſuo arbitratu mitigatam. Eius rigorem, aliarum laxitate mollire conabatur demens, & monſtrum condere, vnâ præſertim Polygamiâ fœdum. Paternæ Filius inconſtantię vt Imperij, ſic Heres fuit. Quamquam, & obſeruaret Socios, & Auream Crucem geſtaret è collo. Illis nuper Franciſcus ſe Corſus addiderat, Goâ eorum leuamento profectus Echebaris accitu. Subduxerat autem ſe Goëſius ad Proregē Indię ab Echebare Legatus: & Liberis Luſitanorum donatus haud paucis, Goę mox Baptiſmo tingēdis. Eâ Expeditione egregiè perfuncto, magis moleſta imponitur à Prorege, Archiepiſcopo, & Societatis Indicę Pręſide. Exploratio nimirum Cathayi, ſitne Regnum aliud à China: reducine Romanam ad Eccleſiam poſſint eius Incolę Chriſtiani. Iuit Armeni habitu cum Iſaaco Armeno, Leone, & Demetrio Gręcis, ſingulis attamen Chriſtianis. Quinquennio peregrinatus eſt incognita inter loca, & ſolitudinum ęrumnas; Saracenorum inter atque Barbarorum Regum, Prędonumque vim atque inſidias:

Annus Chriſti. Societ.
Vinc. Aluari cædes. 1606. 67.
Expeditio Mogorica Tertia. Hier. Xauerij. Emm. Pigneri. & Bened. Goes. 1594. 55.
Cathayca Benedicti. 1602. 63.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

inſidias: etiam deſertus à duobus Græcis. Ad longiſſimum
Sinenſis Imperij murum, Peregrinationis; & vitæ finem
fecit. Moribundo Ioannes Fernandius adfuit, ad infirmum

Dienſis Gaſp. Suarij & Petri Paſij. 1600. 61.

Pequino amiſſus à Riccio. Dienſis crebro ſuſcepta eſt Æthio-
pici tranſitûs gratiâ, ideo & odioſiſſima Satanæ, & oppug-
nata diuersè. Gaſpari Suario iam abeunti pedes obrigeſ-
cunt; Petro Paſio, Suarij Socio, Bos vulnus infligit, nauis re-
trocedit vento repentè conuerſo. Inſpector Pimenta, &
Expeditionis author turbine demergitur; & vix demum

Æthiopica eiuſdem Paſij. 1603. 64.

emerſit. Inde Abaſſinæ ſunt reſumptæ. Prima per Paſium,
olim dum eas tentat, cum Antonio Monte-Serratenſi per
Turcas in vincula protractum, detentumque durè ſexen-
nio. Nunc Armenum mentitus, proſperè penetrat ſe, & co-
mitatus à Turcis. Aduentum gratulati, Melchior de Silua,
Indigenæ Chriſtiani, & Malaſequedus Imperator. Sed
ante omnes Leo, Æthiopiam ingreſſo prçter naturam blan-
diens. Impar iam erat illorum votis, ceu imbriculus aruo im-

Ant. Fernandij & Franc. ab Angelis. 1614. 75.

menſo, & dudum ſitienti. Auxiliares Antonius Fernandus,
Franciſcus ab Angelis; tum & Ludouicus Azebedius, &
Laurentius Romanus acceſſêre. Illi Armenâ, hi Arabica

Lud. Azebedij, & Laur. Romani. 1605. 66.

in veſte, vtrique in comitatu Turcarum. Subſidium op-
portunum Populis Dominum crebro mutantibus vnâ
Religionis causâ: Iacobum, Sauenquilium, Sazinum.

1607. 68.

Religionis hic Romanæ Propagator: tum ſponte tum
Sella-Chriſti fratris impulſu. Malaſequedi nomen te-

Monomotapica. 1608. 69.

nuit Abaſſinis Imperatoribus commune. Monomotapicæ &
Angolanæ cauſam Seditio dedit; Monomotapicorũ, in Re-
gem; Angolanorũ, in Luſitanos. Monomotapicus Rex ſub-
ſidia de Prorege Indiæ popoſcit; ſimul Sociorum ſubmiſſa
ſunt Franciſcus Suarius, Iacobus Rodericius, & Paulus Ro-
dericius Adiutor: Simul Mozambicanæ Sedis conſtructio

Angolana. 1606. 67.

cepta eſt. Angolanos domuêre Luſitani; Chriſto adiungi
Philippus III. Rex optabat. Socios itaque petijt; & miſit
Aquauina Franciſcum Goſſium, ac Eduardum Vazium,
& Antonium Barrium fratrem. Maris fluctibus elapſi, in
manus incidunt Hollandorum. Ab his impoſiti deſtitutæ

velis

velis naui, per tempeſtates Loandam tenuêre. Serra-Leo- **Annus**
nenſem interim obibat Balthaſar Barreira, è Capite viridi *Chriſti.* *Societ.*
profectus. Et Regem ſolers animarum Venator breuì ad *Serra-Leonenſis,*
Baptiſmum perduxit. Nomen Philippo datum eſt. Eum *Balthaſ. Barreira.*
Proles quaterna, & Fratrum par ſecutum eſt. Pagonenſis,
Bureenſis, Torenſis, Fatemenſis, Loguenſis inclinabant ad
ſequendum. Potentiſſimus omnium Benenſis iam iam ſe- *Eiuſdem Iacobea,*
quebatur, ſed adulationibus retro actus eſt. In Iacobęam *Alęnſis,*
Inſulam curas Barreira conuertit. Simul aduenienti tende- *Iolona,*
bãtur Indigenarum manus, & ipſe obuios quiſque vel à Ma- *Cacheoncuſis,* 1607. 68.
homete vel ab Idolis, vel à peccatis traducebat ad Chriſtum,
& integrã ſceleribus vitam. Braſilicas inter, Gaymuranã cæ- *Gaymurenſis in Braſilia.*
pit Fęmina, promouit Dominicus Rois, domeſticus Collegij *Dominici Rois Adiutori.*
Bayẽſis Adiutor. Illa Luſitano ſeruiens, ad ſuos noluit redire;
niſi vt reduceret ad vrbem & notitiam Numinis. Reductos 1600. 61.
Dominicus erudiebat, Patres expiabant. Barbara Gens eſt:
& crudeliſſimas Ferarum, ſubinde infirma conſtringunt vin-
cula. Carigios Ioannes Lobatus & Hieronymus mitigauêre, *Carigienſis.*
Indole magis quàm moribus aſperos. Et tractari ſe ſinebant, 1606. 67.
hoquoties præſertim, inopia, ærumnæ, Patrum laborem ho-
neſtabant. Aſperiores Tapuyas Franciſcus Pintus, nec præ-
ter deſiderium expertus eſt. Feritas, illicium feruido Seni ad *Tapuyenſis.*
pergendum. Ludouicus Figueira Socius eum & Neophyti 1607. 68.
comitabantur. Immo præceſſerant ad eliciendos è monte
Tapuyas ad Catechesin Patrum. Propior erat & monti & *Cædes P. Franciſci Pinti.*
morti Franciſcus. Eum fuſtibus trucidauêre Barbari per
Neophytorum necem. Ludouicus fugâ in nemus euaſit.
Peruanas diutiſſimè adminiſtrauit Alphonſus Barzena. *Obitus P. Alphonſi Barzenæ.*
Linguas ſex diuerſas vnus callebat. Et velut in Præmium,
moribundo Pueruli IESV imago locuta eſt. Eam alloqui ſo-
lebat Senex, & nutu indicauit Infirmorum Præfecto, eam
vt lecticæ appenderet. Sed ipſamet eò ſe tranſtulit, iacen-
tem ſolatura. Ad illius notitiam, Tucumanorum millia ſe-
na perduxerat.

Annus
Chriſti. *Societ.*

CAPVT XXXI.

Claudij Aquauiuæ Obitus.

HYemes haud paucas Catarrhorum copiâ infeſtas ſenſerat imbelle ſenis corpus. Initium ſupremæ, ſolito mitius; Anni autem vertentis, lethale magis quàm moleſtum extitit. Per dies tantùm ſeptem attinuit morbi vis: neque iacentem perculit inopinus nuntius mortis. Moribundum Cardinalis Bellarminus inuiſit interrogans, quàm cupidus eſſet immortalis vitæ. Reſpondit infirmus Diuorum Ambroſij & Martini verbis: immortalem ſibi in votis, nec mortalem admodum in faſtidio eſſe, ſi quidem è Numinis gloriâ. Tum paternam ſibi precationem poſtulat Cardinalis, Pontificiæ magis ſolicitum. Rogatus hanc per Internuntium, Aquauiuæ nomine, Paulus V. largam per Pauonium Cubiculi Magiſtrum remiſit. Quin rem ſacram in meridiem optimus Pontifex differt, demortui gratiâ facturus, ſi mors antè euenisſet. Interea quod petierat, ſibi impetrarat Bellarminus; & Societati Vniuerſę, Patrũ pręcipui. Sacramentis munitus, erexit ad hoc officium poſtremum, & animam, & dextram infirmus. Poſtridie facultate loquendi, mox & ſpirandi, ac vitâ priuatus exceſſit. Iuſta per-
1615. 76. ſoluêre Cardinales Bellarminus, Borgiâ; Lancillotus, Za-
31. Ianuarij. pata, & Commiſſarius Franciſcanorum Patrum Supremus. Pheretrum vi ſubmoueri per Socios debuit è Templo, & denſiſſimâ Hominum turbâ, & impetu flores adſpergentium, aut rapientium adſperſos: Quin, & præcidentium veſtimenti, aut corporis ſegmenta. Communi aliorum Generalium ſepulturâ conditus eſt, alter Societatis Parens. Genuiſſe Ignatius, educâſſe Claudius, per Vrbem dicebantur. Mox demortui Chirographum ſoluitur. Eô Ferdinandus Alberus Germaniæ Aſſiſtens, in Vicarium deſignabatur. Comitia igitur in proximum indicit Nouembrem.

CA-

Annus *Chriſti. Societ.*

CAPVT XXXII.

Status Societatis.

1615. 76.

Socij ſupra 13000. Domicilia 550. Prouinciæ 33.

MEridie Veſper ſępe ſerenior eſt. Sic Clauſula Præfecturę Claudij, pulchriorem quàm aliàs vnquam huius Militiæ ſpeciem oſtendit. Capitum vniuersè millia tredecim, in Domicilijs quingentis & quinquaginta, Prouincijſq́ue tribus & triginta. Plerarumq́ue Prouinciarum idem vultus, qui tranquillantis ſe Maris: at non derepente. Fluctus remurmurando ſubſidunt. Quin ſicubi lenteſcunt, violentiùs alibi exęſtuant. Ita quarumdam Pacem, aliarum tempeſtas obtundebat. Tametſi præterquam Italicas quinque, vix vllam, ſtabilis quies continebat. Fluminum ingentium capita placidè promunt ſe, progreſſiones cum ſtrepitu, & per cautes feruntur. Polonicas duas Belli vis, & inde peſtilens aura: Quatuor Germanicas, Hęreticorum in Catholicos inita Hallis, Hilbrunæ & Heidelbergæ fędera obturbarunt: Pòſt, Bohemorum in Præſules, motus; Matthiæ Cęſaris liberis orbi ſenium; Conſanguinei denique Ferdinandi Archiducis, odioſus Hęreticis amor in Socios; & inuidiæ patens, maioris ſpes fortunæ. Belgica in duas, Gallo-Belgicam, & Flandro-Belgicam ſecta tres abhinc Annos erat vno diſcrimine linguarum. Et placido curſu ambæ procedebant per Induciarum Archiducem Albertum inter, & confęderatos Ordines, quietem. Philoſophicarum Leodij Scholarum ad Humaniores adiunctio, Duacenſibus grauis incubuit. Sed abruptis illarum initijs, hæ perſtiterunt. Propria æuo controuerſia; quæ & Francicam diu exercuit. Dudum pendebat Gymnaſij Pariſijs pandendi negotium. Specioſa Sociorum; & apud æquos, facilis impetratu cauſa, quia de vindicando veteri iure. Olim eo, nondum Galliâ expulſi fruebantur. Poſtea Lutetiæ reſtitutos eodem rurſum donauerat Henricus Rex, & marito aſſentiens, Ludouici pòſt Tutrix, Regina. Nec ſponte id ſuâ tantùm, ſed & duorum

Florens Italicarum Status. Germanicarum, & Polonicarum, ſubturbidus.

Item & Belgicarum.

Gallicanarum ferè omnium, tranquillus.

Annus Chriſti. Societ.

Hiſpanicarum Felix.

Regni Ordinum poſtulatu, ad Academiæ priſtinum decus. At nondum ſuffragator acceſſerat Senatus Regis ſupremus. Moras aggerebant Aduerſarij, quas breui Ludouicus Rex diruet. Aggeſſit, & magnas Salmanticenſi Archigymnaſio, Margaretæ mors Reginæ. Trecentis illud Capitibus moliebatur ingentis animi, & conſilij Heroina. Ducentis, è Germanica præſertim Gente, Adoleſcētibus ad diſciplinas alendis; tum Magiſtris ac Famulis, vniuersè centum. Vtrique Orbi iuuentum vtile. Nam eruditi, ad Germaniam, & Indias diſceſſiſſent in Idololatriam, & Hæreſim. Immaturâ religioſiſſimæ Principis morte optimi facti pars concidit. Partem adſtruxit Philippi III. Regis benignitas è Coniugis voto. Huius certa mens erat. Teſtamento dudum octoginta aureorum millia legarat Salmanticenſi Collegio. Puerperij tempus, & mortis periculum interuênit. Itaque per Codicillares Tabulas tantumdem addiderat. Sed erant ea ſine robore, quando infrà puræ, & ſine ſigillo teſtantis. Suppleuit amantiſſimus, & Coniugis, & Societatis, Rex; & Summam vtramque, demum addixit. Ipſe & Regina Salmanticenſis Collegij fundatores dicti. Noua quoque iam fundato appellatio à Sancto Spiritu, è deſignatione Reginæ, quamquam dos eâ anguſtior. Tria, & viginti annua aureorum millia cogitarat, octo conflata ſunt. Iam in Cracouienſibus Scholis adhuc turbatio. Hanc Socij, ſed ſerò component, quibus pacis, quàm iuris ſui ſeruandi potior cura eſt. Cæterarum in Hiſpania Galliaque, ſed & Luſitanicæ, Prouinciarum, maior in dies maiorque ſerenitas. Eam Luſitanica in Aſiaticas, Braſilicamque, & Africæ Socios; in Americanarum reliquas atque Philippinenſem, Hiſpanicæ proferebant. In Abaſſia, firmabatur Romanâ cum Religione Societas Imperatoris Cequedi victorijs, & Sela-Chriſti Fratris adiumento. Guineenſis, Angolana, Congenſis, largam legebant Meſſem animarum. Operas optabat, Gens doceri auida. Legatum Congi Rex miſerat Romam. Legationis capita, Obedientiam præſtare Pontifici, mittentis nomine, tum è Societate Cultores, & Epiſcopos poſtulare. Peruênit, ſed

Item & Luſitanicæ.

Et Africanæ Societatis.

ſed infirmus. Ac tantæ Peregrinationis fructus, Chriſtiana eius Mors in Sancta Vrbe, & Palatio ſummi Antiſtitis. Iacentem hic inuiſit haud ſemel. Mortuum illuſtriſſimo extulit funere. Goana, Malabarica, Philippina Prouinciæ Spatijs amplæ, officijs ampliores. Ad Aſiæ extrema, in Africæ intima, curas promittebant, & Socios. Iaponica incedebat quaſi per lubricum. Capitibus conſtabat Triginta. Nec tutò prodibat. Adeo omnia offendiculis obſita: per nouiſſimum Xoguni in Chriſtianos, & Socios Edictum. Sçuiebat, & ab hinc biennium exemplo Dayfuzamæ Parentis, & ſuâ ipſius indole ſubacerbâ. Sociorum neminem occiderat Parẽs; Chriſtianorum autem pauciores quinquaginta ſexennio. Taicoſama autem tantodem ſpatio fere triginta, Sociorum verò tres. Ea damna reparabat ſubinde interueniens quies Chriſtianę rei. Tum & opera Sociorum, & Petri Martini atque Ludouici Cerqueiræ. E Socijs aſſumpti fuerant ad Infulas Iaponiæ gerendas. Et Petrus dudum Taicoſamâ, Ludouicus nuper Xogunô ſęuiente obierant, afflicti Gregis dolore. Epiſcopi partes interea curare iuſſi Hieronymus Rodericius, & Carolus Spinola, poſtmodum Gentis atque Ligurum, per pulcherrimam mortem, gloria. At ſupplicijs ceu falculis vites acciſæ, ſic Religio pullulabat. Adeo Societatis Iaponicæ operâ per annos quindecim Neophyti ad centies, & quadragies mille ſuccreuerant. Sinenſis autem pergebat more inſidias metuentis. Diuerſę tendebantur ab Eunuchis, & Chimo Mandarinos inter nobili. Hunc Religio, illos inſuper odium agebat; datâ per Regem Socijs Villâ Eunuchi ad Pequinũ ſuburbanâ. Retegebant Noſtris eas Mandarini quidam, impares tamen ipſi ad repellendas. Pudor ex vano inconſtantiæ metu retardabat, ne agnitam amplecterentur veritatem, aut impugnatæ authoritatem præberent. Præbuêre quatuor ſnodò, Paulus, Martinus, Michaël, Leo, Doctores: & Chriſtiani vniuersè ſeptingenti. Numerus pro mobilitate Indolis, & in Exteros odio, magnus. Ad augendum, multos ex Europa Chriſtus illuc adduxerat. E Belgio Nicolaum Trigautium, Petrum à Vineâ, Nicolaum Caucium.

Annus Chriſti. Societ. Item & Indicarum Prouinciarum.

Iaponica turbatiſſima.

Sinica diuerſa.

Chriſtiani 700.

Annus Chriſti. Societ.

cium. Petrum è medio nauigationis curſu mors ſuſtulit. Diu pôſt, Caucium ſed Goæ, & Mogoricâ Expeditione perfunctum. Trigautium Prouidentia, Terrâ, & incognitis adhuc vijs è China in Europam reduxit. Sodalitia interim Mariana Pequini, & Nauchiani florebant: & Religionis officia in Sedibus quoque alijs tribus. Inſidię tamen adhuc vigebant. Adeo Franciſcus Martinius calumnijs onuſtus eſt apud Indicem, & inter diriſſimas verberationes extinctus. Mexicani & Peruani paſſim, & abſque offendiculo per vicina vrbium loca currebant. Solum molliuerant ſanguine, annos abhinc viginti Conſaluus de Tapia; abhinc duos Martinus Aranda, & Horatius Veski. Chinaloenſes Taporanę ad oſculandam Conſalui manum progreſſi, caput eius clauâ contudêre: mox alij abſcidêre ferro. Tum omnes Cranium potu plenum inter epulas circumferũt, obiurgationum vindictâ, quibus eorum crapulam antè perſtrinxerat. Digitos quoque à moribundo in Crucis formam compoſitos diuellere fruſtra tentarunt. Chilenſe in Peruuio Solum Aranda, & Veskius ſanguine fecundarũt à Barbaris perempti, ad quos ierant. Paraquarię Socios Deus aptabat ad Barbarorũ lucra. Et Iacobum Martinium Chriſtus ipſemet de cruce colloquens. Theologiæ Limano in Gymnaſio dabat operam homo neruoſus ac valens. Quid is à ſe maximè exigat, quærit. Hominum ſalutem reſpondente Chriſto, ſimul ſcripta omnia inijcit flammis. Mox leuior fertur in nemora. Hebetes erant ac tardi. Inſpirata ei, & reliquis ſolertia multiplex eſt ad animarum ſalutem. Difficilior earum cura eſt, quàm Corporum. Natiuus illas vinciebat ſtupor: nec emicare ſinebat obtuſas; nec ab auribus ad intelligentiam trahere documenta. Per oculos offerri oportuit. Hâc breuior, & Fidelior via introrſum eſt: & imaginibus rerum animus procliuiùs ducitur. Itaq; Chriſtianæ legis capita pingebant in tabulis. Barathri flammas altiùs imprimebat minio expreſſus earum horror; Cęli gaudia, carnis, Liborum ſpecies ac vini.

Mexicana.

Peruana.

Paraquarienſis Braſilica.

Finis Libri Quinti.

SY-

SYNOPSIS
PRÆCIPVARVM RERVM
A SOCIETATE IESV
GESTARVM
SECVLO EIVS PRIMO.
LIBER SEXTVS
SIVE
VITELLESCVS.

CAPVT PRIMVM.

Congregatio Generalis Septima.

Annus
Chriſti. *Societ.*
1615. 76.

MVtius Vitelleſcus, Patriâ Romanus eſt. Romanam dudum Prouinciam rexerat Claudij Aquauiuæ iuſſu. Eâ præclarè functo, Congregatio Sexta Societatem Italicam per Aſſiſtentis munus tradidit, nunc Septima Vniuerſam. Nouam Ciuis ſui Dignitatem Roma & ſibi, & Vitelliorum Genti gratulabatur. Sed Fabiorum excidium luxit in vltimo Capite antiquiſſimę ſtirpis. Fabius de Fabijs hic erat, exercitatiſſimæ probitatis Vir. Prima Societatis munia geſſerat ipſe

Obitus Fabij de Fabijs.

Annus Chriſti. Societ.

ipſe alius numquam. Adeo in euentibus ſemper ei vultus idem, ſed & animus. Domo progreſſum ferociens Taurus proſtrauit, confecitq; Comitiorum tempore. Conſtabant ea Capitibus ſeptem & ſeptuaginta. Numeri paritatē impleſſet Franciſcus Flerontinus, alterè Gallo-Belgica miſſus Elector. Sed Maceratæ, morbo extinctus, Romanæ ſimul & mortalis huius peregrinationis finem fecit. Pro vno ſex ab Aſiâ atque Americâ Procuratores, ex alijs quàm Comitiorum cauſis, Romam inſperatò perueniunt. Quamquam ipſi prouidè ad ea quoque frequentanda ſuis à Prouincijs lecti, ſi fortè haberi contingeret. Admiſſi igitur ad ſuffragandum Goanus, Malabaricus, Peruanus, Paraquarienſis, Mexicanus. At Nicolaus Trigautius Sinenſis, ad negotia tantùm & extra ordinem: quippe Miſſionis, non Prouinciæ Procurator. Suppetias quiſque poſcebat ad amplam vbique Meſſem. Quiſque Comitijs & eatenus gratus; & exitu Peregrinationis adęque difficilis ac longæ. Goanus præterea S. Xauerij Brachio: illuſtri ad Claudium dono. Contractos in volam ſtringebat digitos etiamnum carnoſum: & ad beneficia vegetum atque extentum Nauarchus ſenſit, qui vehebat in naui non magnâ. Hanc Piratica ingens toto perſequens die, propè attigerat. Deſperabat ille de fugâ. Ingenium & confidentiam dedit neceſſitas. Ciſtam extulit loco: & Diuum contentâ voce aduocat, cuius Brachium condebatur. Ventus continuò vertitur; & nauim vtramque idem momento differt. Vectoria breuî ſacro cúm onere, Portum; Piratica curſus haud proſperos tenuit, attentati facinoris vindictâ.

In Congregatione Societatis 77.

Nic. Trigautius Romæ.

Et Brachium S. Franc. Xauerij.

CAPVT II.

Præpoſitus Generalis Mutius Vitelleſcus.

CRepuſculum ſi nubem rubore accenderit, tempeſtatem diſcimus. Sic Interregnum, Ioannis Ogilbęi ſanguine inhorreſcens. Inde omen, nec vanum vexationis continuandæ ſub Mutio, quæ paſſim ſub Claudio

dio ceperat. Quamquam illa iam non Vniuerſam, vt antea, ſed partes eius ſingulas & ſtrictim petijt. Scotici (quod in Duacenſi Academia eſt) Seminarij alumnus quondam, Ogilbæus extiterat. Tum Socius, pòſt & diu, ſed tectus & acer, Romanæ Religionis in Patria propugnator. Sed velut ignis ſuâ ſe luce, ſic ille officijs prodidit, adſpirante Aduerſariorum perfidiâ. Glaſquæ nobili vrbe defertur apud Iudicem ab vno eorum, qui ad reconciliationem cum Eccleſię Capite ineundam, illuc eum aduocarant. Comprehenſi quatuordecim ſimul cum eo Catholici. Vinctum alapâ Pſeudo-Archiepiſcopus cędit; huius exemplo, Satellites. Maximè inuerecundi, nudant, pudoris impetu repugnantem. Sed ita Chriſti Pugil comparabatur ad luctam. Campus ei alter, & ad tantam virtutem amplus, Metropolis Edinburga. Eò ad Tribunal ſummum Glaſquenſes duxerant. Silentio ibi facetijſque in tormenta conflixit, Catholicorum interim nomina tenaciter premens. Alter & iterum Campus, Glaſqua. Hic ſermone, & diſceptatione pugnatum eſt debilitatæ octiduanis inſomnijs menti. Artus interim Intelligentiæ adminiſtros, ſtylis, aciculis cruentos inedia ſtrauerat. Sic quoque Victori, tertium certamen offertur ſed blandum, & in molles acerrimum: Vxoris, & Sacrorum bonorum promiſſio. Riſit, caſtimoniæ, & paupertatis religione adſtrictus. Vis extrema ſupererat. Abſtrahitur laqueo anima (non aliter potuerat:) & velut Campiani in Anglia; ſic Ogilbæi in Scotia, & è Societate prima euolat in celum. At hinc eadem, ceu polaris Stella, Socios haud paucos ad parem mortis cupiditatem attraxit. Cupidis, eam parciùs Hęreſis indulgebat, quia inuida, & ſic minimè victrix. De Idololatria maior ſpes. Miſſiones igitur extra Europam petunt. Omnibus haud æquè annuit Vitelleſcus. Quamquam eò litteris quoque hortator: ſed commiſerationem in Barbaros ſuam prudentiâ temperans. Europæis quoque Nationibus ſeruandæ erant Operæ nondum ſat cultis; neque exhaurienda ibi Societas, aliarum Orbis Partium culturę ſuffectura. Improuidè in pedes deriuatur ſanguis, cuius cor egeat. Succus debetur

Cedes Io. Ogilbæi in Scotia.

Annus Chriſti. Societ.

huic primus, tum reliquo nutriantur vegetè, & vinciantur arctè membra. Vigorem hunc Mutius litteris primùm ternis intendit in Corpore quod regebat. Primis ad Socios omnes, ſuggerens piæ precationis ſuccum, & nexûs quibus Deo cohæreat quiſque; Ad Præſides alteris, quî ſibi cōmiſſos adſtringant; Poſtremis ad Prouincialium Congregationum Patres, indicia de Prouinciarum ſtatu poſtulans, quibus ipſe omnes inter ſe aptè contineat. Opportunæ poſtulationes, & monita Socijs, diſcordes inter Populos, breuî ſpargendis. Et hortamenta factis ſanciuit. Adeò per medios Europæ motus, Societatis Pacem prouida Mutij cura, & efficax humanitas firmat.

CAPVT III.

Expeditiones.

PRimas Romæ apud Vitelleſcum vrgebant Procuratores Prouinciarum, quæ extra Europam ſunt. Nec parcè is concedebat, aut ſegniter illi comparabant. In omnem propè Americæ Partem deſtinati ſeptem ſimul, & triginta. E Dunkerkano Belgij Portu, Nouemdecim, Gallo-Belgæ plerique. Ad hos Propempticum Mutius ſcripſit. Cæteri Flandri aut Germani. Italis in Hiſpania iuncti diſperguntur, & diuerſi nauigant in Paraquariam, Peruuium, Mexicum. Omnes ſollicitabat ſpes meſſis, & Martyrij Palma. Paraquarienſes, inſuper Prouinciæ longitudo leucarum mille: Indigenarum ſolitudo, quos ſoli, & ſinguli curabant Socij. Tum Tucumanorum feritas. Maximè autem Chilenſium idonei ad Chriſtianam religionem mores, quia politi legibus, aſperi bellis. Hiſpanis dudum repugnabant, pari fortunâ. Pacem inter Partes nuperrimè Ludouicus Valdiuia ſanxerat. Negotium ei crediderat Philippus Rex. Leges ille perſcripſit. Quando æquas, Barbari admiſêre. Fanebant tamen Regi, & Deo. Ita per eas penetrarunt illuc Socij, & religionem promouêre. Peruuio deſtinatos acuebat

præter

præter alia Apoſtoli Thomæ vaticinium. Iam inde ab eius **Annus**
æuo per ætates ad ſe tranſmiſſum Tucumani, Paraquarij- *Chriſti. Societ.*
que iactabant. Venturos iſtuc Sacerdotes ex alio Orbe. Cru- *De Societate vatici-*
ces pro Scipionibus geſturos. Monogamiam vnum Legis *nium.*
quam docerent, Caput. Omnia quadrabant Socijs. Et eò auidiùs audiebantur. Cæteros Mexicum appulſos accendit Nuntius de patrata iam cæde, quam longè quærerent. Eam Socijs octo intulerāt Tepeguani maximè feri. Curauerat dudum, & egrè Conſaluus Tapia, nullodum auſo tentare. Adeo immanes erant famâ. Mollierat tamen præceptis, & demum ſanguine Conſaluus natiuam ad rabiem fortè reuerſos. Innocentis victimæ cruore ſubacta eſt duriſſima Gentis indoles. Et breuî ad vitalem Baptiſmi laticem capita obtulit quinquagies mille. Quinquaginta eos Socij curabant, Hiſpani ſumptu Regis. Sed velut è cineribus ignis, adſpirante ſimul vento; ſic eorum feritas, Arioli hortamētis. Solis Filium ferebat ſe, Chriſtianę legis deſertor. Miniſtrum adiuuabat Cacodæmon ſplendido vultu, & minaci ad illos, ni Patres occîdant. Sternuntur ab armatis Templa, & conficitur ſagittis Hernandus Thouarius, & lanceâ per pectus *Hern. Thouarij cædes.*
mediâ. Ita Puer de ſe prædixerat matri, argenteam gerenti 1616. *77.*
Thecam ad includendum Tapiæ cranium. Eam ſibi filio ſeruaret petijt, aliquando Martyri. Et cædes matri ſignificata eſt iam Sanctimoniali, in Mexicana vrbe longè agenti. Creuit huius nece Tepecuanorū in Socios, & Hiſpanos om- *Item Io. à Valle.*
nes cepta coniuratio. Ioānem à Valle, Hieronymū Moron- *Hier. Morontæ,*
tam, Ludouicū Aluareſium, Ioānem à Fonte diuerſos eadem *Lud. Aluareſij. Jo. à Fonte.*
inuoluit. Nec longo interuallo temporis Hernandum Sāta-
renum, Bernardum Ciſnerum, Iacobum de Oroſco vectibus *Hern. Santareni*
aut lanceis oppreſſit. Oppreſſura & Guillelmum Ottonem *Bern. Cineros, & Jac. de Oroſco.*
Gallo-Belgam, admodum nuper aduectū. Sed inopina eum per viam mora, glorioſæ neci ſubmouit. Ibat in Cinaloæ ſolitudinem Tepeguanis confinem, cum Mexicano Rectore. Miſſionem illam hic dudum & fruſtra contenderat ſenex à Claudio. Conceſſerat tandem Vitelleſcus. Peregrinatio *Guill. Ottonis labores.*
eos tenuit quadrimeſtri, & infelici errore, de via diuertit

Annus Chriſti. Societ.

martyrij cupidos. Breuem,& præclaram necem longa & laborioſa ſuppleuit vita. Eo proceſſu in Americam Cultores, Mutij auſpicijs ſufficiebat Europęa Societas. In Æthiopiam, Mozambicum, Cafrariam, Goana. In Guineam, Congum, Angolam Luſitana. Terræ multarum quidem Indigæ Operarum, non capaces. Corrumpebatur bellis Æthiopia; cęli, ingenij vitio reliquæ. Quamquam plerarumque Indigenæ tenderent manus, pluriumque poſcerent culturam, quorum incolumitatem tueri non poſſent. Expeditio interim apparabatur in Aſiam. Atque vt lentè, ita magnificentiſſimè. Binas in naues diuiduntur, qui ſuſceperant. In vnam Nicolaus Trigautius, & Socij vnus ac viginti, qui Sinas: in alteram Iacobus Valentius Epiſcopus, Gabriel Matoſius & alij decem, qui Iaponas petebant. Sinenſi nauigio nomen à Bono-Ieſu; Iaponenſi, à S. Mauro. Sociorum in Prætoria naui nulli, inſtinctu id quidem Numinis. Ab Anglicanis ſex, damnum ingens ac fędum in medio curſu paſſa eſt. Cum Nicolao Elias, nunc Philippus, eâ quoque virtutis parte Frater, ibat. Eôdem adſpirabat & Michael, Michaelis eorum Fratris Filius: ſed Olyſſipone detentus eſt ad firmandum ętate corpus, diſciplinis ſublimioribus ingenium. Vtriq; manipulo Sociorum animus ingens, & Sinenſi, munera inſuper ad Regem. A Pontifice Paulo librorum ingens copia, & facultas multiplex ad inflectendum mori Gentis, rigorem Eccleſiaſtici ritûs. Ab Hiſpano Rege Autographæ litteræ pro fundandis per illud Regnum Domicilijs quindecim, & victu Sociorum ter centum. Donum Alberti & Iſabellæ Principum Belgicorum, duplex opus ſolertiſſimæ Gentis, cui imperabant. Picturæ dilutis animatæ coloribus, & ſacræ veſtes ſubtili acu textæ. Aliam eiuſdem gloriam miſit Regina Galliarum Regis Mater: Tapetes picturarum æmulos, artis Flandricæ radio. Sed ad Tagi oſtium prouectos intercepêre Piratæ. Hetruriæ Dux Coſmus ſtupendum Satyri formâ Horologium; per menſam deambulantis, ſagittamque vibrantis, quoties horam Gnomon attigerat. At ſerò aduectum ex Italia, procedenti iam Naui ſecundus nimiùm ventus,

Nic. Trigautius, alijq; 30. in Indiam.

Sinenſem ad Regem Munera.

Pauli V. Pont.

Alberti & Iſabellæ Principum Belgicorum.

Reginæ Galliarum.

Ducis Hetruriæ.

tus, vetuit inferri. Archiepiſcoporum Colonienſis atq; Treuirenſis donum, ſacræ vtriuſque dignitati conueniens: Theca illuſtris Vrſulçarum Virginum oſſibus plena. Cęterorum propè Principum Europæ, Horologia diuerſiſſimæ molis & formæ. Bauari Ducis eximium. Arcula ex Ebeno, Naturæ & Artis Cōpendium. Loculi in ea plurimi tot prodigiorum quot rerum: mole quidem tenuium, non induſtriæ gloriâ. Pleræque ex argento, quod auro pluris eſt Sinis. Elementa, Piſces, volucres, feræ, vnguenta, flores, omnia. Mobiles item rotulis ſtatuæ blandè fallentes obtutum: Diuerſiſſimaque ſenſûs, vt mentis oblectamenta, materiâ, opere, vſu. Aſpectabilia recedebant per concauum aut conum: vel accedebant è conuexo. Auribus Pneumatica atque Hydraulica miro concentu. Guſtatui Bellaria; odores naribus; Tactui omnis propè Artis ſupellex. Nec otiabatur mens, diſtractis ſua per illicia ſenſibus. Icones, Emblemata, Horologia, Dioptræ, Mathematicorum machinæ Sinis iucundæ. Habebant ex ea Gente Scribæ, Chirurgi, Pharmacopolæ, Coqui, Fabrefactos totidem Artium Magiſtros, & muta documenta. Inerant & Chriſti geſta ſignis impreſſa, & Euangeliorum Codiculo. Arcula omnis, tres pedes alta, totidem longa. Magna ſingulorum munerum vis. Et gratiam eis breui conciliaturus, nauem Bonus Ieſus quinto pòſt menſe Goam promouit. Ceterę tardiùs appulſę. Sed non eadem incolumitas hominum, quę rerum. Corporibus maligna febris incubuit, nec Sociorum, nec Trigautiorum abſtinens. Horum vterque ad extrema perducti, quinquageſimo aſſultûs die eluctantur. Illorum oppreſſi quinque, Sacerdotes omnes, Matheſeon, Muſices aut Medicinę clari. Quintinus Couſinius, Hubertus à S. Laurentio, Ioannes à Cellis Gallo-Belgę. E Germanis Ioannes Albericus, Paulus Cauallinus ex Italis. Sed Goę referbuit eadem. Eliam Trigautium modò in naui tentauerat. Appulſum extinxit, virium robore fruſtra repugnantem. Europę interim Europęi non deerant Socij. Suis etiam egebat. Et intentos in Miſſiones Indicas, Germanos prohibebat clarus vaticinijs Iacobus Rhemius.

Annus Chriſti. Societ.

Archiep. Colon. & Treuir.

Bauari Ducis.

Morbi.

Iac. Rhem. Vaticinia.

Annus Chriſti. Societ.

Rhemius. Quippe Indiam inuenturos in Patriâ. Id poſtea euênit. Nūc parari ſat fuit in Holſatiam, Daniam, Sueciam, per Germaniæ intima, & vltima perrupturos. In Hollandica fructus in præſens maior per Induciarum quietem. Gallicanarum matura nôndum Meſſis. Scotica Ogilbæi ſanguine humefacta quiddam oſtendit. Et Socios exciuit nobile mortis exemplum. Sed per diſcrimina ingreſſos, inſidiæ conijciebant in latebras: & vias ad laborem claudebant. In Italicis atque Hiſpanicis materia magis deficiebat, quàm animus. Omnis ibi ditio florebat officijs pietatis. Quod ſupererat ad continuationem culturæ, communes Operæ pręſtabant. Et Gens vtraque pariter querebatur, è ſuis pauciores in vtramuis Indiam aſſumi. Contentio Digna Populis commodo aliorum natis. Exemplum inter Italos vnum Iulius Mancinellus, omnes propemodum Europæ Terras peregrinationibus & prodigijs peruagatus. Omnium diuinitus linguas edoctus. Italiam, Sardiniam, Maioricam, Thraciam Sclauoniam luſtrauit, infractus animarum Venator. Et cum Leonibus Feriſque verſabatur impunè, Innocentiæ argumento. Hungari quoque, Valachi, Poloni, Bohemi, Germani Apoſtolo hoc vno gloriabantur. Nunc emeritus exſpectabat Neapoli coronam; in effętum quoque corpus duriter ſęuiens, dum menti celeſtia oſtenta blandirentur. Et ſeni mortis vt percupido, ſic pręſago. Demum illa ſignato temporis momento nihil fallens aduênit.

Iul. Mancinelli Peregrinationes.

CAPVT IV.

Cultus Deiparæ.

CVm Societate ad Lutetiam ortus, cum eâdem creuit; nunc maximè, & ex eius felicitate, vigebat. Naſcentem Primi Patres fouerunt officijs, & ibi inſtaurando Vota, & inter peregrinādum promouendo. Quin velut pulcherrimę religionis oſtentu & exemplo, precatorias eius coronas è collo gerebant. Poſt adoleſcere eſt viſus

Borgiæ

Borgiæ curâ, Sanctæ Mariæ Maioris expreſſas Icones ad venerationem ſpargentis. Ioannis autem Leonis induſtriâ, in Sodalitia tranſlatus, extulit ſe etiam vſque ad viros ac ſenes, odorem latè fundens. Quibuſnon Virginis appellationibus ea ſurrexêre? Quibuſnon & Templa in alio etiam Orbe, operâ Sociorum? Vna Prȩſentatæ obſoleſcebat è Kalendario per Pium V. expuncta. Reſtitui curauit Franciſcus Turrianus. Feſti antiquitatem ſanctorum ſcriptis Patrum, manifeſtè aſſeruit apud Pontificem. Tituli Deiparæ cæteri grata ſcriptoribus noſtris argumenta: Abſque maculâ Conceptæ, dudum quinquaginta. Totidem Iacobus Granadus enumerat, extra numerum ipſe. Scriptis hi quidem, & horum exemplo alij ad hunc Annum plures. Templorum autem Inſcriptione, Neapolitani dudum Patres, & Aſiatici atque Americani in vtrâque Indiâ. Declamatione quàm acri Synodum ad Tridentinam Iacobus Lainius! Nec quartana contentionem infregit, tres horas copioſo ardore dicentis. Eamdem Deiparæ gloriam multipliciter Alphonſus Rodericius aſſeruit. Laicus hic Socios inter, Maioricæ vixit ſanctimoniæ famâ, aſſeuerandi parcus. Aſſeuerationem facto firmauit. Quotidiana eius, quadraginta per annos precatio, 1617. 78. Officium de Immaculatæ Conceptionis laudibus. Placere id ſibi, oſtendens ei ſe, Deipara reſpondit, eatenus Clienti conſentiens. Aliàs amiciſſimè diſcordabant, diſceptantes vter plus alterum amaret. Nunc velut huius prærogatiuæ Marianæ causâ vixerit; ſic altero poſt Pauli Prohibitionem menſe, fungitur vitâ. At binas poſt hebdomades Franciſcus Suarius. Cupido longioris æui nulla, Diſcipulo vindicatæ triumphantis ſic Magiſtræ. Multa eum docuit Tomos ſcribentem quatuor & viginti. Nec Chriſtus docendi minus largus quàm Mater. E Cathedrâ Crucis, Magiſtrum egit. Nam hinc radios viſus eſt vibrare in faciem precantis, & ab terrâ, cubito altiùs in aëre ſuſpenſi. Diſciplinas Franciſcus ſummas Segouiæ, Romæ, Compluti, Conimbricæ, tradidit. Nec vni Academiæ modò lucere tantum debuit ſidus. Magiſtrum qui communem appellarunt

In eam ſtudia Sociorum.

De ea Scriptores.

Alphonſ. Rodericius.

Franc. Suarez.

runt Epiſcopi. Laudauit gemino Diplomate Pontifex Paulus, Eccleſiæ iura in Angliæ Regem, & in Olyſſiponenſium quoſdam, tuentem. Scripta per eum Concertatio non in illo tantùm Regno, flammam & publicè tulit. At fumi pura, lucem intendit. Contrà Catholicus Rex longiùs proferendę, & comparandis libris, cenſu Scriptorem annuo donauit. Antea nebulæ tranſuolantis quiddam in Vrbe obrepſerat. Quin velut fatales anni Deiparæ Clientibus currerent; ita Andreas Ortizius in Peruuio; Bernardinus Realinus in Italia, & Sebaſtianus Baradius in Luſitania. Paulò pòſt Hieronymus Xauerius in Mogoria, Franciſcus Coſterus in Belgio, Iacobus Rhemius in Germania moriuntur. Singulis propria laus quædam è Virginis cultu, quaſi è radice nobili flores formâ diuerſi. Ortizio Innocentia, quam & incorruptio corporis menſe poſt mortem decimo teſtata eſt: Realino ſanctimonia, prodigiorumque effectio: Sebaſtiano integritas & eruditio; Hieronymo conſtantia, Coſtero puritas mentis vt corporis, Rhemio vaticinatio & commiſeratio in Animas peccata purgantes. Et confidebant ſimplicitati Senis. Sæpe de Cęmeterio interpellabant ad precem. Sæpe ad cubiculi ianuam, pęnarum dolore progreſſę, pręſentem pulſu poſcebant opem. Nec colloquium fugiebat Deipara, Sodalitium ſuum regentis. Perſeuerauit Ingolſtadij in eo munere plus annis viginti, Magnificis eam ſemper nouiſque titulis appellans. Quo potiſſimùm & gratioſiſſimè, dubitauit. Auſus quoque hoc de ea quærere. Dubitationem ſuſtulit delapſa celo vox, Matrem Admirabilem clarè ingeminans. Audijt, & palàm recantari appellationem Rhemius iuſſit. Ita Societas erat in Virginem. Neque hæc in illam beneuolè minùs. Quin officijs certabant, altera in alterius vtilitates intentę. Sic nauis prouehit vela, quæ ſimul & ipſam prouehunt.

And. Ortizius,
Bernardinus Realinus,
Sebaſt. Baradius,
Hier. Xauerius,
Franc. Coſterus,
Iacobus Rhemius,
Deiparæ Studioſi.

CAPVT

Annus *Chriſti. Societ.*

CAPVT V.

Bellum Bohemicum.

ET Ferdinandi Regis, & proprio ſuî odio, Bellum hoc Socios afflixit. Vt quiſque Rebellium Regno illum, ita hos Sedibus depulit. Bohemi primùm Pragâ, Noua-Domo, Crumlouiâ, Commotouiâ, Glatzio. Moraui anno pòſt Olomutio, & Brunâ. Ad extremum Caſſouiâ, atque Tyrnauiâ, Bethlemo fauentes Hungari: Niſsâ Sileſij. Facilis improborum in probos conſenſio eſt: Et Caluiniſtarum in Socios. Sed qualis tot Gentium bis ac tertiò coniuratarum! Non alia vſquam in eos adeo erudita conſilijs; poteſtatiſque publicæ præſidijs armata. Simul depulſi, ſimul reditu prohibentur. Vtrumque reputes leue, niſi cautionibus aggrauetur. Fas nulli pro recipiendis, nedum reuocandis, ad Comitia referre. Odioſa interdictio. Redintegrata tamen haud ſemel, ſecundo infamis Fęderis capite in imbellem Turbam, & commeatu inter abeundum vacuam: Comitatu autem nudam, præterquam aduerſariorum maledicentiâ, imprecatione, comminatione, violentiâ. Brunâ egreſſi retrahuntur ad carcerem, & pęnam. Nam in pomerio ad prædium noſtrum, Villatici hominis caſa ſubitò exarſit. Sat cauſæ id Hoſtibus fuit ad torquendos, velut incendij reos. At feminæ plus roboris fuit ad liberandos inſontes, authorem, ſed caſu, ſe palàm profeſſæ. Non damnari, in exilium permitti, gratia miſeris duplex viſa eſt. Melchiori Grodecio, & Stephano Pungratzio Patribus, breuis Exilij Sedes. Hungaria eis Præſidum deſignatione obtigerat. Caſſouiam ingreſſis, eôdem Bethlemus irrumpit. Simul Caluiniſtæ Ciues in Hoſpitium Patrum, & mox in vitam. Nam Diuos pro pulpito execrari nolentium corpora conficiunt gladijs, tum in cloacam abijciunt, immanitatem latebrâ tecturi. Sed eam, cædis locus ſeruauit. Rubuerunt innocentiũ ſanguine adſperſi parietes. Pudẽdi facinoris horrorẽ

Depellitur è Bohemiâ Societas.

1618. 79.

Melch. Groderij & Steph. Pungratzij cædes.

1619. 80.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

interpretabantur Catholici. Nec obtegi calce is color, & crudelitatis monimentum potuit. Hæc terrâ euenêre. Aquâ aliud æquè truculentum. Cum Orthodoxis haud paucis ſecundo nauigabat Rheno Godefridus Thelen Socius. Hinc, & hinc ad ripas Hæretici milites, imminente in Frederici Palatinatũ inferiorem Spinolæ Exercitu. Illi Baccharaco, vnâ vini gloriâ ſat celebri Oppido, erumpunt in nauim. Hanc cõtrà, Vectores ad Cubiam Arcem ei obiectam, & mortem infelices remigant. Nam comprehenſi, à Præſidiarijs trahuntur vicinum ad Collem, & plerique glandibus ſcloporum tranſuerberati exſpirant. Expiauerat eos Godefridus à noxis. Officij & conditionis merces, mors acerbior. Eorum capulis machęriſque mactatur. Ita per fugæ, & exilij neceſſitatem Socij conſtantes. At per Matthiæ, & Ferdinandi Caſtra quàm fortes! Dampirio quoſdam fugientium, iunxit occurſus. Buquoio quoſdam ſed paucos Gallo-Belgica; Auſtriaca plures è proximo addidit. Nec alijs Viennæ detentis, occaſio virtutis defuit. Obſeſſos Turrenſis Comes extrà minax terrebat, intrà occultus Hoſtis. In vtrumque Socij armant aſſuetam Scholis Pubem, armati & ipſi. Suſtinuere raro cum milite: dum Buquoij per Bohemiam victoria multiplex, Francofurtum vſque Regi Ferdinando viam laxaret. Nondum inde redierat iam Cæſar, quando pari haud numero Viennenſes ad Pontes confligitur. Ea Buquoij nec incruenta victoria campum, aperuit benignitati Sociorum. Non modò animorum iam Medici erant, in vulnera corporum, & morbos intenti. Continuatus labor Maximilianum Marſilium oppreſſit: Haud cæteros auertit à bene ceptis.

Et Godefridi Thelen.

Miſſio Caſtrenſis.

Reſtitutio Societatis Bohemicæ, Morauicæ, &c.
1620. 81.

Interim è Bauariâ plurimi cum Duce in Auſtriam vtramque & Bohemiam ſeſe infuderant. Mediam militi opitulantium partem, contagioſa lues accîdit animas longiori dignas fato. Superſtitêre cæteri extinctorum funeribus, dum recuperaretur Praga. Ad victoriam Gallo Belgarum vnus, auxiliare Deiparæ Carmen præcinuit. Simul authoritate Cæſaris Societatis reſtituta eſt Pragæ. Mox & in alijs Bohemię vrbibus, Metropolis fatum ſequentibus. In Morauicis, atque Hungaricis,

garicis. Alius iam vrbium vultus. Occurrebant redeuntibus Socijs gratulantium ſpecie Ciues, qui expulerant. Amicos faciebat, fingebatue victoria Cæſaris. Ea quoque Socios Tillio additos ſequebatur. Nec citra verecundiam colebat optimus ſenex; Partem quoque victoriarum ſuetus eis aſſignare. Ternas ei de Durlacenſi, Mansfeldio, Halberſtadio Æſtas eadem peperit, Socijs autem in vtroque Palatinatu Collegia. Paderbornenſe Halberſtadius, Sacerdotum Flagellum, afflixerat. & Socijs Multam Dalerorum decies mille imperarat Weſphaliæ Vaſtator. Innumerabilis ſumma tenuiſſimis cenſibus. Ad prꝑſtandam, noſtrorum quinos vinculis ſtringit, & deducit Lippiam. Ad accelerandam, mors denuntiatur in certum diem. Quadrantem ſummæ oblatum repudiat; ſed totam perdidit. Nam à Tillio victus ad Mꝑnum, fugâ ſibi dum conſulit, recuperantur Patres captiui. Ducenta paſſuum millia emenſi erant ærumnis. Recuperatis litrum facetè impoſuit Tillius: Sed Catholico dignum Duce, precationes & vota. Huius repræſentatio, & pauperibus facilior, & vtilior Creditori.

Annus Chriſti. Societ.

Vexatio Weſphaliæ.

CAPVT VI.

Mors Card. Bellarmini & Ioannis Berkmanni.

Aetatem & pauca diſpares, plurima ꝑquarunt: Mortis genus, tempeſtas, locus. Tum & accuratꝑ Probitatis, & fama, & Partes: Modeſtia, pudor, Innocentia, Sanctitas. Hæ tantùm laudis ſcaturigines, inania cætera, vt rara. Leonis æſtiui caloribus geminum hoc ſidus Romæ extinguitur, Tirones inter Bellarminus, Collegas Berkmannus. Hic prior, & præter naturæ Ordinem, quia iunior. Citiùs occumbunt Aſtra, quibus breuiorem curſum naturæ Author definijt. Philoſophicum Brabantus Romæ confecerat, benigniſſimè Diſcipulis adlucens morum exem- 1621. 82.

Berkmanni in Collegio Romano.

 plo.

Annus Chriſti. Societ.

plo. Theologicum initurus, rapitur. Athletis adſcripſerat properata maturitas. Non alium Bellarminus ad Celum comitem optaſſet, ſuum in eo Aloyſium agnoſcens. Simillimum fatebantur, qui vtrumque attenderant. At Cardinalis, metæ iam proximus; ad Probationis Domum, velut ad carceres Tiro, redierat. Diutiſſimè ſub Purpurâ vixit vt Socius in Collegij Romani viciniâ. Intra eius latebram maluiſſet. Temporis ratio iunxit ſaltem, loco ſecretum. Ad Collegij nolam partiebatur horas; agitans haud diuerſa, cùm poſſet. Tantillam communis vitæ participationem Gregorius Pontifex nuper ademerat, ſuum in Palatium abſtracto. Migratio iniucunda: ſed vtilis, inde ad Domicilium Societatis aliquod reuerſuro. Deſiderium hoc ſuum Pontificiæ familiaritatis adiumento promit, & cõfidentiùs deponit iam domeſticus in Principis pectore. Bina illius capita: exuere Purpuram, repetere Societatem liceat homini iam ſeni. Dignitatem attinere iuſſus, transferre in Probationis Domum ſinitur honeſtamento mortis. Ad eam anni, & labores inclinabant: Nec diu diſtulêre. Menſe pòſt, nec toto, Eccleſiæ Columna ſternitur febre. Iacentem inuiſit Pontifex; mortuum luxit Catholicus Orbis. Teſtamentum pridem condiderat neceſſitatis ſupremæ prouidus, officij magis quàm largitionis gratiâ. Heres, Domus Romæ Profeſſa inſtituitur à filio mater, & pauper. Neque ſic ditior quamquam ex aſſe. Totus is, funeris ſumptu minor apparuit. Tenue ſibi præſcripſerat, ne oneroſa hereditas eſſet, & propè quale Socijs. Sed quale Eccleſiæ Principi Vitelleſcus dedit. Eruditionis monumenta, virtutum exempla, diues Hereditas. Prodigia mortem conſecuta, vitæ famam auxerunt, & Bellarmino, & Berkmanno, eatenus quoque ſimilibus.

Bellarminus in Romana Probationis Domo.

CA-

CAPVT VII.

Ignatius, & Xauerius Sancti.

Beatos dixerat Pontifex Paulus: Ignatium pridem, Xauerium autem à triennio. Nec diutius intra medios honores merita ſumma ſteterunt. Altiùs nitebatur rerum vtrique vtilium Orbi, tum & per eos ſanctè prodigioſeque geſtarum, congeries. Miracula, Teſtimonia Probitatis, omnium Ordinum vota, totidem linguę erāt Sancti Apellationem poſcentes. Teſtes pro Ignatio plures centum, & ſeptuaginta: pro Xauerio, & ipſi dignitati illuſtres quadraginta. Pro vtroque ſupplices Philippus Hiſpaniarum, & Indiarum Rex, & Societas omnis, & dudum. At nuper Ferdinandus Cęſar, Ludouicus Galliç Rex affectu Henrici Patris, & ſuo. Tum, & Sigiſmundus Poloniæ. Maximilianus item Bauarus. Et Gallus ſui in Hæreſim Belli auſpicium; Bauarus ſuæ ad Pragam victoriæ præmium, eam Ignatio gloriam poſtulans. At Xauerio Clerus omnis in India. Gregorium diſciplinæ quoque memoria vrgebat, Pontificem noſtris è Scholis primum. Gratiam reddere iam dudum ceperat Rotæ Auditor, & huic adeo cauſæ fauens. Ceperat, & Ludouicus Ludouiſius, Gregorij Nepos ex fratre. Periclitantem vitâ Bononiæ ſanarat Ignatius. Et beneficium vetus adiuuerat voti religio. Deliberantibus de Pauli ſucceſſore in Comitio Patribus purpuratis, Honores ſe, Ignatio Summos curaturum ſpoponderat, ſi Patruus legeretur. Lectus eſt: & poteſtatem poſtulandi Ludouicus, definiendi Gregorius iunxêre. Sacra Magno Gregorio lux deſignatur ad Triumphum, quantum adhuc Roma non viderat. Quinq; velut Soles Vrbem ſimul illuſtrarunt. Tota hæc plauſibus ſonuit Gregorio totidem Sanctorum Indigetum nouæ gloriæ faciente. Supellex myſterio tanto, & celebritati par collata eſt. Omnem Pontifex Bononiam, ad primarium Ciuitatis Templum, ibi quondam Archiepiſcopus

Gregor. XV. è Societatis Diſcipulis Pontifex Primus.

1622. 83. 12. Martij.

Annus Chriſti. Societ. dono miſit. Calicem aureum modò quotidiana ſibi ad ſacra, memoriamque glorioſiſſimi facti ſeruabit. Illum Luſitani Xauerio dederant. Chriſtianorum Principum, idem in celebrandis honoribus, qui pro obtinendis ardor. Nec ſumptui, nec operæ, neque religioni parcitum eſt. Orbis ferè totus in donaria, & officia funditur. Europæis certabant Partium Orbis cæterarum Incolæ. Feſtiuis Ignibus, Facibus, Aulæis muri, Turres collucent. In Arcus, Obeliſcos, Theatra, Vici conſurgunt. Circi, Littora, Campi, multiplici certamine perſtrepunt. Grata Celicolis munificentia, gratulatioque mortalium.

CAPVT VIII.

Beati è Societate Ceteri.

SOli, ſiderum Regi Planetæ duo circumacti gloriæ ſunt. Ignatio tres per Occidentem Beati, totidemque per Orientem Xauerio. Simul ferè, & Sanctorum appellatione; & Staniſlaus, Aloyſius, Borgia, tum Paulus, Ioannes, Iacobus Iapones, Beatorum Honoribus ornantur. Pulcher nexus Annorum, quo Sanctorum Patrum

B. Staniſlaus Koſka. *B. Aloyſius Gonzaga.*

gloriæ, ſuam congeneres filij innxêre. Staniſlai, dudum Beati, cauſam agitari Paulus Pontifex iuſſit ad Sancti appellationem. Aloyſij, rem inter ſacram, Inuocatio Româ, & Gonzaguarum Ditionibus, in reliquum Orbem prolata anno pòſt altero. Rurſum altero, Solennis quoque Precationis additur cultus. In hoc Beatorum Iuuenum pari, Pontifices, ortæ Diei, ſenſimque per gradus ſurgentis, ſpeciem oſtendêre.

B. Franciſcus Borgia.
1624. 85.
BB. Paulus, Ioannes, Iacobus Iapones.
1628. 89.

At Franciſcus Borgia adultæ ſimilis, ſerò, & ſimul ad omnes Beati honores attollitur. Paulus, Ioannes, Iacobus plenâ quoque Martyrum luce fulſerunt. Hos, vt Borgiam, Vrbanus idem VIII. Gregorij ſucceſſor extulit.

CAPVT

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT IX.

Societatis in Cælo Triumphantis Miracula.

NEc Indigetum gloria, manus eorum ad benefaciendum contraxit. Mortalitatis vitium eſt, dignitate benignitatem minui; & deficientiæ ſignum, Ignem calefacere lentiùs è longinquo. Contrà, longiùs ex alto radios Aſtra diffundunt. Sic malo duplici Orbis morti & morbo, Cęlites illi infeſtiora, quàm adhuc, ſidera apparuêre. Sed benigniora in Populos quibus rectà incumberent. Quot in vno Monobregæ Oppido Ignatij Hiſpani beneficia? Morbi nec vnius quotidiana curatio. In Aulam in qua verſatus quondam erat Borgia, eius nunc fauor intulit ſe. Deſperabant de Infante Regis Filio, Medici. Audijt prodigioſas Beati paſſim curationes Regina: Eo opitulante, mater haud pridem. Infirmum Beato obtulit, à quo viuum acceperat. Momento ſanatum recipit ingenti gaudio Regis, Imperij ingentis commodo. Celerem ſoſpitatori gratiam Parens vterque retulit. Ad eius Corpus, Profeſſæ in Domus Templo, proſtratos Madritum vidit. Religionem adiuuêre præſentiâ Carolus & Ferdinandus Fratres. Xauerius in ſuâ præſertim Indiâ munificus extitit: mortis quoque plus vicies domitor. Staniſlai in eandem vis ſupra morem certa: Sed intra Poloniam. Multis eum ibi vitam reddidiſſe fama eſt. Aloyſij & aliorum, magis indiſcretè, vbi vbi inuocata, fundebatur. Et Oſtrogij Poloniæ Vrbe, faſſus eſt Dęmon hoſtes ſibi maximè infenſos Ignatium, Xauerium, Borgiam. Nec mendaciter locutum ſe, mendacij Parens oſtendit. Aduocatis ijs, tandem abſceſſit Energumenæ corpore. Quin velut Balſami ſuccus manat in corticem, ita vis prodigiorum effectrix, in Ignatij Togam & Chirographum; & in ſacrum è lino amictum, Flagellumque Xauerij.

S. Ignatij. *B. Franc. Borgiæ.* *S. Franc. Xauerij.* *B. Staniſlai.* *B. Aloyſij.*

1627. 88.

CA-

Annus
Chriſti. Societ.

CAPVT X.

Militantis vniuerſæ Status iam florens.

QVippe virentibus blandâ veris temperie campis ſimillimæ. Nec nudè florebat, atque ſteriliter. Nam contrà quàm natura, amœnitatem pariebat fecun-
1626. 87. ditas; & ad vtramqne idoneos imbres mittebant Patres Cœlo recepti. Pars tantæ felicitatis prima, numerus, aduersùm innumerabiles vndique Hoſtes. Prouincias ſex & triginta publicatus hoc anno Catalogus Societatis poſtremus, exhibet. Domicilia octies centum, Capita ſupra decies qninies mille. Multitudo, præ illâ, quam Ignatius moriens reliquit, Prouinciarum triplo maior; Domiciliorum, octuplo; Sociorum, decuplo-quintuplo. Felicitatis pars altera, vigor ad gerendas res, geſtarumque ſucceſſus. Vna deerat vitæ perennitas. Neque moriendi neceſſitate ſublatis, fas erat promouere quæ ceperant. At ſobolem ſemper nouam ſuggerebat fecunditas matris, quæ Patrum cepta reſumeret. Tum & labores ſuos eorum exemplis, & vitam conſpecto eorumdem nobili fato ſolaretur. Sub plerorumque mortem dotes emicare ſunt viſæ, quas vita, lapſûs timida, cautè preſſerat. Quamquam vel inuitis quædam, vel incurijs (velut per rimam lux) ſeſe extulerant. Infinitus ſim ſi omnes cenſeam. Sat erunt è quaque propemodum Gente ſinguli. Iulius Mancinellus in Italia. Supremum vitæ tempus exſpectabat rectè factorum conſcientiâ; & iuxtà prouidit mentis acie, quâ dudum res multas, & in futurum, & procùl. Derepente pulſari nolam Neapoli iuſſit, & acciri Socios quaſi ad moribundum. Valebat tamen, octogenario haud paullò prouectior. Fidem ſubitæ prædictioni Socij addidêre, ex aliarum euentu; & mors coràm adueniens firmauit. Haud alius Gregorij Roſephij in Germania Superiori obitus. Pranſus erat Auguſtæ in communi menſa. Cœnam ſe haud æquè ſumpturum dixit. Eundem diei & vitæ ſibi veſperum fore. Lecto ſe condit. Euchariſtiæ

Socij decies-quinies mille.
Domicilia octies centum.
Prouinciæ ſex & triginta,
Italicæ,
Romana,
Veneta,
Mediolanenſis,
Neapolitana,
Sicula Occidentalis,
Sicula Orientalis,
Sardinia.
Hiſpanicæ,
Luſitanica,
Toletana,
Caſtellana,
Aragonenſis
Betica.
Gallicanæ,
Francica,
Aquitanica.
Toloſana,
Lugdunenſis,
Campanica.
Belgicæ
Gallo-Belgica,
Flandro-Belgica.
Anglicana.
Germanicæ,
Rhenana Inferior,
Rhenana Superior,
Germanica Superior,
Auſtriaca,
Bohemica,
Polonica,

Annus Chriſti. Societ.

Lituanica.
Indicæ Orientales.
Goana.
Malabarica.
Philippinenſis.
Iaponica.
Indicæ Occidentales.
Braſilica.
Mexicana.
Nouo-Granatenſis.
Peruana.
Paraquaria.

riſtiæ poſcit Viaticum, cęleſtem in Patriam profecturus. Ac-
ceptâ lętus, & breuî cõmigrat. Catholicam in ea Vrbe Re-
ligionem diu ſuſtinuerat: eatenus quoque & dicendi vi, &
Prouinciæ adminiſtratione Petro Caniſio par. In Inferioris
quoque Germaniæ ſocio, quamquam extra eam, par vici-
nę mortis præſenſio. Trigautio longè, & inter Sinas iniecta
eſt. Sacræ rei faciendę ſimul & mortis tẽpus aduenerat. Sen-
ſit, & velut poſtremâ, ſic eluit accuratâ confeſſione noxas.
Elutum & pro pulpito ſupplicantem Deo, vita defecit. At
intra ipſam, Leonardus Leſſius & Louanij fato fungitur.
Nec occupator, in afflictiſſimo dudum morbis & doloribus
corpore, certus mortalitatis animus. Vitam ſuſtentauit re-
medijs temperantiæ, & Diſciplinarum, quas callebat, tra-
ctatione. Adeo ſapientia & corpus vegetat patientiæ robore. *Obitus Sociorum.*
Huius materia Leonardo nulla defuit; famæ quoque malis
exercito. Sed aſſuetudine obduruerat ad reſiſtendum. Ob-
duruerat & Petrus Cottonus in Gallia. Maledicentiæ impe-
tus, vt labentis ex alto ſagittæ, ſic ad extremum maximè ve-
hemens. Tolerantiam in Curiæ ęſtu didicerat. Fortitudinis
Gymnaſium eſt ſub neceſſitatis magiſterio. Perſeuerauit fe-
rendo, dum religionis negotia promouet quaſi per lubri-
cum. Magnanimi ſenis fato ingemuêre etiam qui authorita-
tem oderant. Quorumdam Sociorum virtus per fata iam
purior, prodigijs quoque vehit ad lucem. Corporum incor-
ruptione Patres Gauronskius & Iacobus Aluares de Paz Pro-
uinciarum Rectores. Ille Polonicę, hic Peruanę, & celeber-
rimus Myſticę Theologię Scriptor. Eâ excelluit. Quam-
quam & inter Scholaſticę tumultum, Frãciſco Suario quon-
dam, nec impar, congreſſus. Ad myſticæ quietem tranſijt
inſpirante ſic Deo, excepturus Deiparæ documenta. Magi-
ſtram aſſiduè geſtabat in Icone; & conſulebat quoties dubi-
tatio incidiſſet. Docebatur autem vſquè ad extaſes mentiş.
Haud infrequentiùs eędem Lodouicum de Ponte, & Iaco- 1624. 85.
bum Cardonam Hiſpanos abſtraxerunt à ſenſibus. Et Lu-
douicus experientiâ didicit diuinæ contemplationis Artem.
Tum abſolutiſſimam voluminibus complexus eſt, & Typis

Annus Chriſti. Societ.

publico dedit. Marinæ autem Scobartiæ, celeberrimæ Virgini, viuæ vocis efficaciâ. Digna Magiſtro Diſcipula, ſed & laudatore ad fata tendenti. Errabat in labris anima moribundi ſenis, premens plurima de Marinę dotibus. Vulgari voluit Numen ac iuſſit, migrandi copiâ non antè conceſsâ. Officio aliquot per horas functæ, tum verò licuit. Cardonæ ſanctimonia latebat magis. Tegebatur & ſponte occultantis; & Sacerdotium, & auitę nobilitatis commemorationem, fugientis. Ea demum per mortem effulſit.

Pro iis Tirones.

Et plerorumque virtus, ſobolem nouam exemplis trahebat in Probationis Domos. Sic deciſis aut cadentibus arborū ramis, ſurculi florentes pullulant. Nec vulgaris aut infimæ notæ Iuuenes dubitabant ſequi, quò genere illuſtres pręirent, & vbi omnes ęquantur. Ad honeſti pulcritudinem ab naturâ formatos, potētiùs allexit cōſpecta virtus. Non opes, non vlla dignitas attinuêre. Quin propoſiti tenacitate, compulêre quidam ſuas etiam coniuges in ſanctimonialium clauſtra. Iam ſacra dignitas, quamquam religioſæ conditioni ſimilior, non potentiùs Societatis candidatos attinuit. Illâ & genere quoque, fulgebant

Franc. Montmorencius.

Franciſcus Montmorencius & Carolus Lotharingus. Ille
1618. 79. Decanus Leodij Magnus, & nuper Æterræ ac Morbecæ Comes. Gemina & ampla Hereditas. Omnem tamen, & certas honorū ſpes, Tornaci in Probationis Domo abdidit.

Carol. Lotharingicus.

At Carolus Lotharingici ſanguinis Princeps, Epiſcopuſque
1622. 83. Virduni, in petenda Societate quàm vehemens & ſanctè contumax! Peditem ſe in Iaponiam vſque perrecturum iactabat, ſi vnicum eius ibi domicilium eſſet. Tantum ardorem, nec temperare Gregorius Pontifex, nec ſuſtinere diu ipſemet potuit. Romanum illius aſſenſu Tirocinium ingreſſus, ceu in fornace, magis exarſit. Simul domeſticos accendit omnis exemplo virtutis. Quin & externos, foras exiliens mendicabuli habitu, & manticam gerens. Creſcentibus cum æuo flammis, breuī extinguitur. Satis Europæ fuerat vidiſſe tantum contemptorem gloriæ præſentis, ac futurę auidum vt dignum. Delibabant alij Principes, quoad licebat, & raptim, Inſtituti huius gaudia. Leopoldus Archi-

chidux

chidux haud ſemel, ac Romæ nuper Profeſſos inter Patres, **Annus**
Lauretum religionis cauſâ profectus. Pôſt Caſimirus, fi- *Chriſti.* *Societ.*
lius Polonici Regis Tibure. Guillelmus autem Bauariæ
Dux tractim. Stupebat Germania ſupremum Principem, 1625. 86.
iam Monachij Socium vſu,domicilio,moribus.Durare ęter-
num decebat ea exempla, ſi non mortalium. Extremum *Obitus Guill. Bauariæ Ducis.*
in vſque ſenium Guillelmus ea produxit. Et mortuum So-
cij, ceu è ſuis vnum, luxêre. Mętorem tamen minuit tran- 1626. 87.
quillitas morientis. Tum & virtus ad ſecuritatem & am-
pliorem famam fato aſſurgens, & multos ad ſequendum
prouocans. Horum ſucceſſu, ceu nouorum ſemper ac ſem-
per florum hortus, ſuum Societas, Vigorem tenuit.

CAPVT XI.

Idem Europaæ.

ROmę quidem, præquam antè florentior,& augmē-
to Maieſtatis auguſtus. Cuiuſmodi Templum in
Collegio nouum, moliebatur Ludouicus Ludoui- *Nouum Romani*
ſius Cardinalis. Moliendi cauſæ eædem, quæ cooptandi in *Collegij Templum.*
Sanctos Ignatij. Tum Patrui Pontificis, ibi quondam ad
gloriam per diſciplinas adoleſcentis, memoria. Simul illa-
rum adiumentum per exercitia Pietatis. Denique Sancti
Ignatij, cui conſecrabatur, veneratio. Æquaturum ſal-
tem pulcherrima Societatis Templa, promiſerat artifi-
cioſa delineatio, & fundamentorum præſtructio omnium
ſcientiarum inuentis celebrata. Magno animo ceptum, ma- *Ceptum.*
gno adęquè ſumptu ducentis nempe aureorum millibus 1626. 87.
aſſignatis perfectum eſt. Neque hîc, aut Romæ, Ludouiſij
liberalitas ſtetit. Singula ferè Societatis Vrbanæ, & Bono-
nienſis Domicilia, dono aliquo Teſtator adſperſit. Et Iber-
norum Contubernium Socijs credens,oſtendit quàm dignis
ſua conferret. Patrocinio remotiſſimæ Gentis ſumptum *Item & Colleg. Ibernorum Romæ.*
haud leuem adiecit, ne curis tantùm, & viuus prodeſſet. 1629. 90.

Annus Chriſti. Societ.

Græcorum reſtituitur.

1623. 84.

Græcorum quoque, reſtitutum nuper erat Socijs in eadem Vrbe. Ita contendêre, quorum intererat: & qui ademptum, nec admodum inuitis, gemuerant. Iam in Italiâ reliquâ Sedes pleræque ad vſum auctæ, & Parmæ ad Academiæ gloriam Dux moriens Collegium euexit. Poſtremarum optimæ curarum, de religione & eruditione ſunt. Maximè his Probitas conſtat. Sicilienſis autem Societas Prouinciâ creuit. Ortus atque Occaſus, vtrique nomen dedêre. Grata viciſſitudo nunc in geminam ſectæ, nunc in vnam redactæ, è commodo publicæ rei diuerſo. Germanica etiam Prouincijs. Nimirum in qua maior bello ſtrages. Terrarum quædam purgato flammis ſolo, magis germinant. Ita ex Auſtriacâ exilijs quoque diſtractâ, Bohemica nuper excerpta eſt. Rhenana in duas ſuprà & infrà ſcinditur. Germanica ſuperior, parem Prouinciæ Appendicem protulit in Palatinatu Superiori & Neoburgico. Quin felicitas in membra propemodum quæque manauit, prioris commutatione fortunæ. Viennæ & Pragæ vexatio antè maxima, & domicilia ſingula. Nunc ſigillatim terna: & Academiæ in ijs binæ, & Viennenſe in Archiducalem infertur ſuâ ipſius gloriâ. Hinc magni in vtrâque motus. Prouinciç reliquũ, vt in calamitatis partem, ita & felicitatis poſtmodum venit. In Illyrico ipſo ad Maris Adriatici, in Styriâ ad Murç ripas, Collegia effloruêre. In cçteras Germaniç Partes cum fortuna Cçſaris, Societatis quoque & religionis protulit ſe vſque in Saxoniç viſcera. Tillius quoque & Fridlandus euntem authoritate tegebant ſuâ: ſucceſſu Deus proſperabat. Huius vis vt occultior, ſic, præquam arma, fortis. Et illa in Sueciam vſque perrexit, quò non Cæſaris Copiæ. Rigâ, Liuoniæ Metropoli antè deceſſerat, occupante vrbem, Sueciç Rege Guſtauo, & exilium imperante. Neque Laurentium Noruegum ætas octogenaria ſeruarat. Quin liber cum illo de Religione congreſſus, profectionem accelerauit ſeni. Collegium breui redditum: ac interim Pergæ, vicino Collegij Prædio, ſedes poſita eſt. Ad citerius Balthici Maris littus libertas maior, fructus amplior Lubecç, Fridericopoli, Tonningæ, Hãburgi. Ad hãc Holſatiç

Prouincia Auſtriaca parit Bohemicam; Rhenana in duas ſcinditur.

Colleg. Rigenſis depulſio.

1621. 82.

Reſtitutio.

Metro-

Metropolim ſuus quoq; fortitudine maturus. Materiam Danici Equites dedêre. Altênæ domum habebant Socij duo Germanus & Belga. Et fortè ducentos ad Catholicos, ſacris de rebus ſermonem. Mercatores erant Angli plerique & Hollandi, tenaces pariter auitæ religionis. Congregatos Dani inuadunt armis. Repugnant Catholici confidenter, Sociorum magis cauſâ, quàm ſuâ. Sed impares vincuntur, peremptis ſuorum tribus. Nudantur cæteri; euadunt Socij per tumultum. Non eadem in Palatinatu vel vtroque Bauari Ducis, vel Neoburgico, Hæreticorum audacia. Refloreſcebat Sociorum ope antiqua religio, velut Horti poſt frigora. Adlucebat Principum fauor inuitantium Incolas. Wolfangi primum Neoburgici temperata benignitate vis: & Catholici recens exemplum. Ciuitates quatuor, oppida nouem, Pagos quingētos, Capita vicies & nouies mille idem annus adduxit. Felix commutatio, & ex more Gentis, ad Principum religionem vnà cum dominio facilè tranſeuntis. Is mos etiam in vtroque Friderici Palatinatu valuit. Tam diu incerti religionis, quàm Domini hærebant Indigenæ. Simul Bauarum Cæſar, & Septemuiri dedêre, conuerſio facilis. Leuiter impulſi ſequebantur. Domicilia mox Ambergæ, Chambi, Neumarchiæ. Simul Heidelbergæ infami Caluiniſticarum præceptionum emporio. Illa conſtituit Bauarus. Crutzenaci Sedē Hiſpanus. Operæ iam deſunt. Luxemburgo, Gallo-Belgæ ſubmiſſi, Simmeram percoluere. Plures erant in votis. Obſtinatior Colmaria fuit, quia quaſi ſine Domino. Odioſa libertas, per quam Hæreſi ſeruitur. Authoritate ſummâ actum eſt Cæſaris, & pręſentiâ Leopoldi. Socios hic Epiſcopus pro Caluiniſtis impoſuit. Nec deprecantibus, ad Lutheri partes tranſitum conceſſit: Molshemienſis Academię fructus, & in Socios amor ad vim addendam impulerat Principem. Illam in viciniâ cōdidit rei litterarię atq; Catholicę. Opus Auſtriacâ dignum religione, ſed & munificentiâ, quando ędificijs & cenſu firmum. Placidè quoque ad Inferiorem Rheni plagam, Duſſeldorpij Collegium Wolfangus idem Dux dedit. Neoburgi aliud, & elegans dederat,

Annus Chriſti. | Societ.

Expeditiones in Germania vltima.

In vtroque Palatinatu Domicilia.

1624. | 85.

Et Colmariæ.

1628. | 89.

Duſſeldorpij. Neoburgi.

Annus Chriſti. Societ.

vnde Palatinatui nomen. At Duſſeldopienſe, ad Ducatus Montenſis perennem culturam. Pronè in ea Principis Conſilia Ciues ibant iam Catholici: & velut in æmulationem, è ſacro ordine vir grauis, Seminarium Duſſeldorpij adſtruens Iuuenibus centum. Facillimè Sedes admiſit, immò expetijt Gens ad medium eiuſdem fluminis Tractum ſita, Noueſij, Bonnæ, Sigenij. Et ad Mœnum Aſchenburgi. Quippe Moguntino, Colonienſi, Ioanni Naſſouio Comiti Catholicis parens. Quin Vormatiæ conceſſa Epiſcopi reſpectu. Et conſeruatum Embricæ Collegium authoritate Auraici Principis. Antoniæ Cliuiæ Ducis curâ dudum, & munificentiâ ſtetit. Numquam aliàs adeo læta Societatis in Germania facies. In Polonia dudum florens, & vegeta. Igitur in miſſiones effudit ſe. Eas intra Regnum diu redegerat longum cum Moſcho Bellum. Secuta Pax, eas per vaſtos Lithuaniæ Campos, & vltrà reſperſit. Sed mox ab Aquilone Turbo: In Liuoniam Pruſſiamque Suecus irrumpens. Eo velut gelidi ſideris malignitate, decutiuntur Sociorum fructus exorti. Sedem in Collegium Dantiſci vertere molientibus, adſtipulabatur Epiſcopus, & Sigiſmundus Rex. Obſtitit & repugnauit Plebs Catholicis infeſta, Socijs multò infeſtior. Tranſyluanicæ rei ſtatus ſub Ragotzio nunc Principe, idem qui antè ſub Bethlemo. Eadem vtrique Religio. Claudiopoli & Albæ-Iuliæ pauculi tantùm Socij priuatim vtiles. Catharina tamen Brandenburgica, eis vna procedendi ſpes. Catholicam nuper fecerant, exempto viuis Bethlemo coniuge. Hungaricæ maior, ſed adhuc lenta progreſſio. Poſonij adhuc Sedes, Hommonæ Collegium. Tyrnauienſi Seminarium acceſſit, aliquot pòſt annis Academiæ decus addetur. Cætera Regni amplitudo Miſſionibus vt patens, ſic nauiter exculta. Per Belgium, & opera tutiùs poſita eſt, & durabilior fructus per Induciarum quietem. Collegia Ariæ nuper Heſdinijque; Bethuniæ nuper, Malbodij, Athi, ſunt cepta. Hui, & Armenteriæ, Domus Tertiæ Probationis. Tenuibus initijs ſingula: Bethunienſe etiam duris. Quinquennio ipſo nutauit. Occupata præiudicijs ingenia, dedocentur patientiâ

Noueſij. Aſchaffenburgi. Bonnæ. Sigenij.

Item Embricæ.

Domicilia Ariæ, Heſdinij, Bethuniæ, Athi.

patientiâ, & ſerò. Dedocta, ſuſpiciones in laudem & amicitiam vertunt. Athenſe multa & validè concuſsêre. Arienſe contrà breuî ad præclarum & commodum ędificium ac dotem emerſit. Illud officioſâ & promptâ liberalitate Senatus præſtitit. Dotem Ioannes Montmorencius Vice-Comes Arienſis, pòſt Robekanus Princeps. Ita deſignauerat animo Franciſcus Frater, iam Socius, & Robertus Sanct-Audomarenſis, Morbecæ Comes, Patruelis. Duacenſe Theologorum Seminarium Franciſcus fundandum ſibi ſeruauit. Vtile hoc Duacenſi Collegio: at Gymnaſij Marchianenſis acceſſio etiam glorioſa. Aquicinctinum ab ipſo Academiæ ortu inſedimus. Alterum tunc è Regione conditum eſt, ab altera Benedictinorum familiâ, & quaſi ad eandem Sociorum ex facili plateolæ traiectu, operam. Tradidit nunc Ioannes Ionquoius Antiſtes pari in eos & diſciplinas ſtudio. Iam Flandro-Belgicæ geminum in vna Antuerpia incrementum: Profeſſa Domus Socijs, at externæ Iuuentuti excolendæ, Seminarium. In alijs Vrbibus nec paucis Domicilia, Caſleti, *Caſleti.* Bellioli, Aldenardæ, Aloſti, Hallæ. Hîc diuerſis acriter *Bellioli.* *Aldenardæ.* ſtudijs certatum eſt. Haud tantùm, nec pręcipuè de Collegio *Aloſti.* agebatur. Pluris ęſtimabatur celeberrimæ famâ Virginis *Hallæ.* Sacellum, Socijs tradendum. Euicit pro his Principis Alberti, & Franciſci Vander-Burgij Archiepiſcopi Cameracenſis authoritas. Illuc ea ſe Diœceſis extendit. Quin per reſumpta in Hollandos arma, & receptam de ijs Bredam Collegium ibi conditur. Sed longâ obſidione partum, breuiore vicinum Silųęducenſe perdi conſpexit, ipſum breuiſſimâ denique *Siluæducenſe deperditur.* perdendum. At non cum Inducijs, Sociorum in Hollandia ardor exſpirat. 1629. 90. Quin magis acuitur & proſperè, Arminiorum & Gomariſtarum inter ſe diſcordijs. Anglicanæ Societatis *Anglicana Prouincia.* res plerumque ſplendida, etiam extra Regnum. Collegium Leodij vnum, & breui aſſurrexit, & Fundatore Bauaro dignum. Gandaui Domus Tertiæ Probationis vna cepta eſt. Secundæ autem, Watenis ad Audomarum iam pridem ſtabat. At intra Regnum Collegia duo. Eorum appellatio notior quàm locus. A S. Xauerio & B. Aloyſio data eſt.

Annus Chriſti. Societ.

eſt. Tum ingens Miſſionum numerus & fructus, at non diutinus. Tantę felicitatis cauſa, Catholicæ religionis ſpes, & veterum in illam Edictorum obſeruatio iam lenta. Silebant odioſæ leges inter Coniugij cepti negotia. Sponſam Walliæ Princeps Carolus, Iacobi Filius Regis in Hiſpaniam ipſe quęſierat. Reducturus cum ea Pacem Catholicis Angliæ ſperabatur. Redijt Princeps & ſolus, & pro Pace grauior in miſeros vexatio. Eccleſiæ interim annus idem reconciliauerat bis mille ſexcentos. Nunc in peius omnia. Capitalis quoque ſententia in Edmundū Aroſmitium ſtringitur. Lancaſtriæ laqueo ſuſpenſus, tum ſectus eſt. Supplicij vſitatum genus in Anglia. Cauſa, indebitum Regi Sacramentum. Cętera ferè, præter ius & morem: Iudicis duritia, teſtes Reo ſiſtere nolentis ad refellendum; tum & inediam iureiurando aſſumentis, dum Reus pendeat; Dein Carnifex, quippe miles, & captiuus, quia tranſfuga. Manum is vnus elocare iniquę neci voluit, pretio libertatis. Florenos quinquaginta repudiarat Lanij famulus. Denique in truncum caput porrecta crudelitas, qualis ferè Herodis. Huic prandenti Ioannis, illi pranſuro Edmundi ad oſtentationem, & ſęuitiæ ferculum deportatur. Cęterum vnius ſanguine, ceu ignis frigidâ, ſic Hęreticorum in Socios ardor extinguitur. Catholicorum quorundam diuturnior atque moleſtior. Dudum & ſtrenuè laborantes cohibere nitebantur arbitratu ſuo. Iuris obtentui acceſſêre calumniæ. Spongia deterſit: at non perinde omnem acrimoniam. Extra Inſulam quoque peruaſit. Per alia Iacobi Regna Socijs libertas bene diuerſa. Per Scotiam quaſi nulla; & quanta, amico carcere, & interdiu clauſis. Latebant ferè ſinguli in Catholicorum Procerum aut Ciuium ędibus. Sępe clàm Domeſticorum nonnullis, & ipſa Matrefamilias, quia religionis diuerſæ. Noctu prodeuntibus, periculorum partem tegebant vmbræ. Pedem interdiu, nec vitâ functos efferre, viuis licebat. In Georgij Chriſtij funere, diſcrimen feliciter contemptum eſt. Tanquam alienigena palàm elatus eſt proſequentibus ad tumulum vſque Hęreticis. In externos Gens officioſa, in populares

Edmundi Aroſmitij cædes in Anglia. 1628. 89.

Turbæ.

Item & in Scotia.

Catholicos

Catholicos dura: adeo totum per Regnum Operæ numquam vicenæ. In Ibernia triplo aut quadruplo plures, & libertas maior & fructus. Quaquauerſum itum eſt. Maximè ad Occaſum & Auſtrum. Quin & ad vicinas Scotiæ Inſulas. Indigenæ vt à Regno, ſic & humanitate, & Sacerdotum conſortio diuulſi. Tres abhinc annos viderant nullum. Obtulêre Iberni Socij ſe ad milliaria centum, gaudio Gentis & commodo. Hinc retro in Vltoniam Iberniæ Partem, ſed incultam. Ab milliaribus ſedecim confluxêre in Siluam audiendorum gratiâ. Extemporale Templum, Rami: pulpitum, arboris truncus. Fructus quaſi non è Silua, ſed ex amœno & felici Solo. Ad eius perennitatem Miſſio inſtituitur. Libertatem per Vrbes magnanimus laxarat ardor. Sed metu & iuſto, prudentia breuî reſtrinxit. Hiſpanicæ atque Gallicæ maieſtas eadem; & Prouinciarum numerus. Par quoque ſplēdor vtriuſque Regiæ Vrbis. Terna in ſingulis Domicilia. Reſtitutum Lutetiæ, inſtitutum Madriti Collegium & Regum voluntate, & ſummo vtrobique iure, quando in potentium aduerſariorum vim. Et Hiſpano, patrimonij quoque Regij damnum obiectabant. Poſthabuit hoc ſapientiſſimus Rex ornamento & commodo cariſſimæ vrbis. Magiſtri è Societate dantur duo & viginti, ad totidem tum Diſciplinas, tum linguas. Logicæ tantùm ac Theologicæ (quas vocant Scholaſticas) tantiſper ſubmotæ ſunt ſpinæ. Ijs ſolæ horrere ſe maluerunt aliæ in proximo ſitæ. Vbi, nec Pariſijs, earum exors Societas eſt. Madritanæ Patronus, Regij ſanguinis Princeps Carolus Archidux tunc præſens, ab ipſa longè Germaniâ. Mox vitâ functo Rex ipſe. Palàm hoc ei ius delatum eſt in Templo, luce S. Ignatio ſacrâ. Admiſit benignè, & iucundè: tum Auunculi, tum Societatis causâ, amantiſſimū ſuî Principem lugentis. Sed Regem & ſua inclinabat in beneuolentiam Indoles, & ſuprema Philippi III. Patris voluntas. Ei quondam infirmo reſtitutam à Xauerio valetudinem filius credebat. Madritana Societas omnis pro eo ſupplex per vrbem ierat. At ſanati gloria, inter Beatos, jam nunc adſcripto ſeruabatur. Simul adeſt Pontificis Pauli

In Ibernia tranquillitas.

Pariſienſe Gymnaſium.

1618. 79.

Annus Chriſti. Societ.

de nouo Honore Diploma. Acceptum capiti Rex ęger imponit. Imponunt Principes filij tres exemplo Patris meliùs iam habentis: & celebritatem differentis dum reualuerit. Biennale hoc beneficium fuit. Pòſt in ægritudinem & ſupremam relapſo, ſuum quoque Ignatius & maius præſtitit. Augebatur optima Principis mens ęternę ſalutis metu. Adijt

Hieron. à Florentia. 1621. 82.

& tertiùm aduocatus Hieronymus à Florentia Socius. Hortatur opportunè pauca. Nempe vt Regna, vitam, augores animi, ad Ieſu Crucifixi pedes ponat. Ponit infirmus; & magnanimiter, Ignatij Chirographum Hieronymo interim admouente. Simul inquies mentis abſceſſit: & liber modò Rex poſtulare eum mercedem iubet. At ille Reipublicæ vtilia & Immaculatæ Virginis Cōceptioni glorioſa efflagitat. Spondet omnia Rex, in eą dudū propenſus. Tum Societatē filio, mox Regi; filios Hieronymo alios commendat. Illam quidē in tempore. Id breui Madritenſe Collegium oſtendit. Neque

Gymnaſium Madritenſe adſtruitur. 1627. 88.

calumnię immutarunt in nos animum Regis. Quin ſollicitarunt ad ornādam virtutem malis exercitam. Regina fauet & ſponte, & editi in lucem filij Principis, & eiuſdem B. Borgiâ

Profeſſæ Domus Templum.

opitulante ſanati, memoriâ. Illīc Profeſſæ Domui Templum Lermæus poſuit Cardinalis. Ornamentū non religionis modò, ſed & ſanguinis. Templum, Borgiæ Aui cultui, ſtat. Et

B. Borgiæ Corpus.

Beati corpus illuc Româ tranſlatū prodigijs claret, frequentatur votis. Brachium & Mentum ad proprios cultus, Romę ſeruantur ex ipſius Borgiæ et honore, ſic voto. Ne non virtus ibi coleretur vbi micuerat: aut ne totus à Præfectis Societatis reliquis abeſſet, qui Ignatio Lainioque iungi, tumuli viciniâ optarat. Pari ſtudio Minoreſſani Ciues, in Ignatium fuêre. Xenodochium quod cōmoratione ſua nobilitauit, in Collegium; Specum quā duriſſimo vitę genere, in Templum vertêre. At per Hiſpaniæ Prouincias; Præſules, Proceres, Populi, domicilia veluti certatim ponunt. Societas Luſitania iam ad perfectam Inſtituti formam, & velut virile robur peruenerat. Itaque creſcere demum deſijt, quia breuî cepit. Gallicana contra ſerò ceperat, Edictis, Proſcriptione, Litibus diu adſtricta. Tandem ſub Henrico Rege ad augmentum

Annus Chriſti. Societ.

ğmentum eniſa, ſub Ludouico maximè aſſurrexit. Eius fauore & Victorijs ad extrema Regni perducta eſt. Nouum Pariſinæ Domui Templum iam ponit, Toloſanæ antè poſuerat. Vtrique perinde, Diuum Ludouicum Patres Patronum optarant è conditoris nomine. Diuidere maluit Rex. Vetus Pariſinæ domus appellatio, nouum ad Templum producta eſt. Toloſano, ac ſuis in Rebelles Hæreticos Bellis eundē Ignatium dedit. Fundamenta ipſemet Trullâ iecit Tubarum inter clangores, & Epiſcoporum cœtum. Et proſperè geſta ſunt Duce Ignatio, verę Religionis Hoſtibus dudum infenſo. Simul cum Caſtris ibant Socij in eandem fortunam. E Vicenis ad Montalbanum, quaternos lues abſumpſit. Ad Cleriacum res noxię minùs. Intra vrbem nefariç in Heruęum Maluefium. Fortè ibi concluſus erat per obſidionis initia. Ad ſolatium quidem Catholicorum, velut interpretabatur ipſe. Sed & ad glorioſam necem, velut euẽtus oſtendit. Aſſultum parabant in Oppidum Regij. Orthodoxos interim expiabat intus Heruęus. Repulſi illi ſunt. Et Hęretici eâ vice victores, Patrem ad mortem & triumphi appendicem quęritant. Repertum inſolentiſſimè perimunt. Peremptum tumulo cum quingentis ſuorum mandant nullo diſcrimine. Diſcreuit Deus. Exêſis cęterorum corporibus, diu pòſt, Heruęi integrum manſit. Diſparem mortis cauſam, diſpar cadauerum ſpecies conſecuta eſt: mortem, Oppidi deditio & breuî. Tardiùs, obſtinatæ magis in Religionem, ac Regem, Rupellæ. Ideo is Domicilium primò Sociorum mox Collegiũ imponit, Catholicę Inſtitutionis Arcem. Pali, Benearnenſium Vrbium Matre, eadē doctrinæ ſinceræ neceſſitas. Idem Remedium; immo potentius, Academiâ cum cenſu, & magnâ librorum vi. Deprecata eſt, quinquaginta iam annis Hæretica. Sed preces neglexit Rex, ceu medicus, inſanientis infirmi. Aquitanis, Xantonibus, Pictauijs addita eadem præſidia Religionis, quamquam primò reluctantibus. Vſu remedia probantur. Ea ambierunt experti, quæ inexperti defugerant. Pontiſaræ tamen ac Trecis, conſtituere nondum fas. Hîc breuî, & ſub Mutio

Templum Domus Profeſſæ Toloſæ atque Pariſijs.

Collег. Rupellanum.

1628. 89.

Item Palenſe.

Et alia haud pauca.

 licebit.

Annus Chriſti. Societ. licebit. Illuc in præſens prorogata Miſſio eſt. Obſtitit Academia Gallicarum prima, incommodo viciniç. At Regni ferè omnes, Turnonēſis Collegij noſtri incremēto. Iura vtrimq; agitauit Curia Toloſæ. In Scriptores quoque iterum turbatum eſt. Et fauit Rex tum more ſuo, tum S. Ignatij reſpectu.

Digitus S. Ignatij. Huius ad illum Mutius, Româ vnum digitorum eius miſerat incluſum argento. Prouincia Sardicēſis inamęno in Solo amęna quoque extitit. Saſſaritano & Calaritano Collegijs

1623. 84.

Sardiniæ Seminaria. adſtructa Seminaria, & in hęc flos Sardiæ Iuuentutis. Fundarunt Archiepiſcopi totidem Canopolius & Eſquiuellus. Quiddam Magiſtratus, & priuati contulêre: Plurimum Rex ipſe, liberalitatis haud intra Hiſpaniam conſtrictæ. Hanc inter & Mediolanenſem Prouincias, Inſula iacet Corſica. Miſſiones illuc plurimæ ſed temporariæ. Fructus igitur vt lætus, cum illis tamen exſpirabat. Poſtrema perpetui nuper

Colleg. Baſtiæ, & Melitæ. ſpem peperit, & eò Collegium condidit Baſtiæ. Conditum aliud, at dudum, Melitæ, ad Siculam pertinet. Ita Religio Chriſti non magis eâ parte Europę, quàm Societas IESV extenditur.

CAPVT XII.

Idem & Aſiatica.

HVius etiam vigor, ingenuus: & Iaponicæ, conſtans ſanguine Sociorum. Ioannis Baptiſtæ Machadi primùm fuſus eſt à Filio Dayfuſamæ Xoguno, nunc per nouiſſimam Principis Fideyorij cladem, & conſecutam Victoris Dayfuſamæ mortem, rerum potiente. Quadrin-

Duorum Ozacæ pericula. genta Bellatorum millia concurrerunt, centena inter confligendum cecidêre, & Ozaca nobilis vrbs tota conflagrauit. Socij duo eas inter flammas euaſêre, Iaponio comite ad

1616. 77.

alterius latus occiſo. Euaſit & Fideyorius: Taicoſamæ Patris Imperium perfido Tutori Dayfuſamę, fugâ relinquens. Victoriæ fructus ad Xogunum breui, Parentis obitu peruênit. Tantâ felicitate nouus Imperator Chriſtianos afflixit:

& Machado

& Machado ceruices auulſit Omurę, ſimili Præcurſoris fa- **Annus**
to, cuius nomen gerebat. Illam ei gloriam pręripere Ca- *Chriſti. Societ.*
rolus Spinola ſperabat. Secutus proximè eſt Ambroſius *P. Io. Baptiſtæ Machadi, cædes.*
Fernandus, Nangazachienſi in carcere Spinolæ Comes, ęta-
te quoque prouectior. Diuturnior Carolum Carcer, & nobi- 1617. 78.
lius Lethi genus manebat excelſam ſeptuagenarij virtutem. *Ambroſij Fernandi.* 1620. 81.
Illius vmbris anguſtijſque quadriennio preſſa toto latuerat:
per quinos iam & vicenos dudum annos ad pulchræ mortis
decus erecta. Tantumdem eſt, cùm eius gratiâ primùm pe-
tierat Oliſſipone Iaponiam. Triennio autem pòſt, vndidem
ac iterum. Primâ quippe nauigatione, Braſiliam vſque &
vltrâ prouectus, capitur ab Anglis; & Arthmudiam Oppidũ
Regni abducitur. Retardatus eo infortunio curſor ad palmã
contentiùs perrexit. Nec repetitæ profectionis moleſtia, aut
febris Goę collecta, ſacrum temperauit ardorem. Non aqua *Caroli Spinolæ.*
per Xogunum propoſita Europęis in Iaponia reſtantibus. 1622. 83.
Secundus iam & vigeſimus laboris ibat annus, quãdo durata
defatigationibus anima damnatur ad rogum. Palo adſtrictus
eſt, ſed lenibus vinculis, & elabendi facilitate ſolicitatus ad
fugam Eò quoque innitabat ignis longè & mitiùs, ſed diutiſ-
ſimè ſęuiens. Præcipuus in ſuſtinendo labor, perſeuerantia
eſt. Grauiſſimum quodque tormentum dum breue, ſatis è
facili perferas. Diuturnitate vt ſtillicidij Saxum, ſic dolo-
rum, animus perſępe frangitur. Carolus contrà flammis
duratus eſt, aliorum quoque ad perſiſtendum hortator.
Propè tres toſtus horas, membris concidit. Stetit mens ad
extremum, & tunc verbis etiam, comitum quoſdam nutan-
tes erexit. Pòſt nec multò, Conſtantium Camillum Cala- *Camilli Calabri.*
brum, Petrum Paulum Nauarrum, & Iaponicos quatuor *Petri Pauli Nauarri, & aliorum quatuor.*
Socios imitandi deſiderio ſuccendit. Omnes idem ſuppli-
cium non vna in Vrbe abſtulit. Hieronymus de Angelis per-
tuus Caroli ab ipſâ lõgè Italiâ comes, moleſtè ſeiunctionem
illam ferebat. Infeliciter latuit, & contra ſpem. Alteri ſęuitiæ
victima videbatur. Certus vincere, victum ſe Chriſtianorum
patientiâ, Xogunus fremebat. Igitur ignominiam tegit nouæ
& excelſæ appellationis maieſtate. Nomen Cubonis aſſumit:

 & Xoguni,

Annus Chriſti. Societ. & Xoguni, transfert in Filium: ſimul Chriſtianæ religionis, & Societatis præſertimq́ odium, in Iuuenem naturâ ſatis immitem. Inauguratio fortunata Hieronymo. Comprehenditur, damnatur; & nouæ Poteſtatis æſtu, ceu torrente, funera corripiuntur centum & ſexaginta. Totidem Chriſtianorum ſanguine primus nouelli Xoguni annus conſecratur. Eorum Duces Hieronymus & Simon Iempo, Socij. Ille

P. Hieron. de Angelis, & Simonis Iempi.

1623. 84. Carolo permulta ſimilis, Indolem, Ætatem, Inſtitutum, mortis genus & cauſam. Locus modò, & tempus anni interuallo diſcreuit. Iaponum ſubinde plurimis permixti, conceſſêre Caruallij duo ad diuerſas neces. Ad venti, niuium, &

Iac. Caruallij.

1625. 86. foſſæ lethale frigus Iacobus, Cochinnæ Expeditionis malis præparatus. Ad Rogum Michael, cum Dominicano ſimul vno & Franciſcanis tribus. Quies iam per annum Chriſtianis aliqua. Sed qualem concedit Feris Venator. Nimirum vt confidentiùs per eam, prodeuntium plures occupet. Xoguno ceſſit diſſimulatio ex animi ſententiâ. Capitibus inhiabat. Cepit, Societatis, Prouincialem Franciſcum Pacecum, & Iaponicæ Nobilitatis, Iemonium. Ambos ſuis cum familijs: Ambos ſenectute & authoritate conſpicuos, Paralyſi inſuper Pacecum. Iemonius generis prærogatiuâ & eius domeſtici viginti, ferro periêre. Franciſcus cum Socijs octo, Nangazachij flammis. Ærumnis autem Ioannes Ba-

Franc. Paceci, & Sociorum decem aliorum.

1626. 87. ptiſta de Baëza & Gaſpar de Caſtro. Triginta noſtros ad hunc vſque annum, Xoguni vtriuſque ſæuities abſtulit. Et ea miſſione ſanguinis, reliquum Societatis corpus vt tenue, magis vigebat. Ad octodecim tota redierat, ſed adueniebant in dies ſupplementa. Numeroſum adduxit Sebaſtianus Viera Societatis Iesv Sacerdos. Dudum è Iaponia ſoluenti Epiſtolas Chriſtiani tradiderant ad Pontificem Paulum. Per eas Pontifici habebant gratiam pro conſolatoria, quam ad ſe crudeliter à Xoguno vexatos, miſerat. Demortuo interim Paulo, cui erant inſcriptæ ſucceſſit demũ Vrbanus. Ijs igitur perlectis, quinas ad eos reſcripſit in varia Iaponiç Regna diſperſos, paternæ commiſerationis & adhortationis plenas: quas reuertentem illuc Sebaſtianum perferre, & ſuas qui-

buſque

buſque reddere Populis iuſſit. At illi ſufficiebant ſibiipſis,
vim ad reſiſtendum. Et è Sodalitijs ſub Deiparæ & S. Igna-
tij Patrocinio conflatis, ad fortitudinem incitamenta colli-
gebant. Sinenſis quoque Societas vexationibus fiebat in
dies valentior. Diuerſas dudum ſenſerat infenſiſſimi Chimi
violentiâ. Dignitate is nouâ, nec otiosè, fruens, Proſcriptio-
nis noſtræ Diploma de Senatu Pequinenſi expreſſerat. Præ-
cipuæ Sedes Pequini, Nanquinij Regijs vrbibus: Tum Can-
toniæ & Kiamnij. Atque hîc pauculi dies, Sinas centum Ba-
ptiſmo luſtrarát. Nanquinij & maxima religionis Propaga-
tio, vt Chimi authoritas ſummi Tribunaliũ Præſidis. Et eam
vi aduerſarius armauit. Humanam Diploma dimiſſionem *Depulſio Sociorum.*
imperabat. Ignominioſam Chimus effecit raptis Nanqui- 1617. 78.
nieſes per vicos in carcerem Socijs tribus. Ex his vnus Sinen-
ſis & Laicus; Europæi alij duo Semedus atque Vaſonius.
Comitabantur captiuos tria militum millia. Carcer crudeli-
tatem infamiæ addidit. Verberatus fœdè Vazonius eſt. Se-
medum languor exemit. Cibus eis omnis, orizæ pauxillum.
Loci fœtor atque anguſtiæ, maximum tormentorum. Om-
nia Chimus curabat: ſed & miſerorum necem Pequini apud
Regem vrgebat, ope Eunuchorum. Dimiſſioni exterorum
modò Rex ſubſcripſit. Laicus manſit, quia indigena. At Di-
miſſionem aduerſarius, cædi, quã non impetrarat, æquauit.
Ligneis ſingulos ciſtis includit ferarũ more. Incluſos depor-
tari Cantoniã iubet, & vexari per viam. Nanquino Nicolaus
Lõgobardus Præſes cum Socio Pequinum ſubduxerat ſeſe in
tempore. Ibi manſerat Sinenſis quidam velut ad cuſtodiam
Ricciani ſepulcri. Cæteri ex ea Sede benignè deducti, Can-
toniam peruenêre. Simul omnes compinguntur in vetus
Cœnobium Bonziorum. Solatium eis vnum, conſpectus &
colloquium. Opportunitas expectabatur ad Philippinam
nauigandi. Serò aduênit. Ergo Amacaum deportantur. Cæ-
teros per Regnum diſperſos Doctor Michael ſuas in ædes
collegit. Anno ibi latuêre. Pòſt & prodière ex mente Van-
liæ Regis. Nam Apologiâ eorum perlectâ, de Proſcriptione *Reſtitutio.*
ſiluerat. Ringebatur Chimus. Ad vindictam, vnum Colaicæ 1619. 80.
dignitatis

Annus Chriſti. Societ. dignitatis ſubſidiū optabat. Sed ambitioſè petens, repellitur primùm; tum largitionibus obtinet; at impotenter gerens, ponere cogitur. Hinc dolor & lethalis in vaniſſimi hominis pectore: Inde noſtris lux rebus affulſit. Et ſimul medius tenebris dies inhorruerat Pequini. Expulſæ lucis Chriſtianæ pęnam, interpretabantur plerique. Cometę item gemini, oberrantes cęlo globi, ac terræ monſtra, ad Tartarorum

Prodigia. irruptiones referebantur. Terribiles erant & infortunatæ Sinis. At Soles ſimul tres, Regum eo anno totidem funera deſignabant. Nec ſine motibus, Filij Regnum à Patribus accepêre. Magnos conciuit Vanlias, quinquagenarij prope Imperij infelix, Chriſtianæ veritatis depulſione, corruptor. Illud minori tradens Filio, penè perdidit. Maior occupauit, Magiſtratuum factione; & Taikami nomen accepit à florem copiâ. Ominoſa appellatio menſem modò

Reges eodem anno tres. 1621. 82. vnum regnaturo. Filius ſucceſſit, Thienkium ab aperto ſe dicens celo. Quàm idoneè, reducta ſerenitas prodet: At non Regno, niſi Socijs primùm & Chriſtianę rei. Tartaris proſperè ibant, & quaſi occurrebant omnia. Sinenſibus contrà, peruerſè: caligo, ſtupor, diſcordia. Profligati primùm ad centum millia. Pòſt conciſi ad quinquaginta. Vaſtatę armis Prouincię binę. Patebant tanti Imperij viſcera. Exigua in Ducibus Belli peritia, magnanimitas, fides. Summa hęc omnia in Paulo Chriſtiano Doctore, & adeo ſpes omnis. Exercitui & Palatio Regis tutando pręficitur. Per hunc felicitas, & Sociorum reditus in Chinam. Tentarant illi nuper tripſici conatu. Perroperat Vremannus Dalmata triduum in ſentina nauigij latitans; Fętor inde languenti, animam demum & ſpiritus altos oppreſſit. Tutiùs alij cum Luſitanis Amacaenſibus & Tormentis. Hęc poſtularat Paulus in Tartaros. Quaterna illi conceſsêre: obſidionis metum religione vincente. Hollandicę naues ſeptemdecim infeſtè coibant ad Inſulam. Tartaricus Tormentis hiſce curſus reprimitur; Euangelicus ope Doctoris Pauli prouehitur, ſed lentè & qualis Aquęductuum, per latebras & occultos canales. Nam reditum Thienkius Rex noſtrum patiebatur

modò,

modò, non ſanxerat. Obnitebantur Aduerſarij potentes. Vnius præſertim Academię, Chriſtianis infenſæ, Litterati. Tum, Pequinenſe Palatium noſtrum repetentes Eunuchi. Deniqne Proreges, Hollandorum Piratarum causâ. Captos plexuerant capite in Regia Vrbe, & Socios illis conſilio & religione, vt ſpecie concolores querebantur. Nec ſilebat Chimi Vidua, Maritales iras femina gerens in pectore. Patronorum iam noſtrorum authoritatem vel infortunia, vel priuatæ vitæ amor, aut neceſſitas minuebat. Dignitates tempore definiuntur: Et ſuam Doctor Paulus ſponte quoque poſuerat. Opportuniſſimus videbatur Trigautij ex Europa Legati reditus. Chinâ ſeptennio toto abfuerat. Sed velut participanti eius Regni fortunam, ſic ei plurima ibant retro. Socios, è duobus ac viginti, ſeptenos fato amiſerat. Denos reliquerat Goæ. Cæteros quatuor feſtinus rapuerat ternas in naues. Tempeſtas omnes pariter inuadit: ſed innoxiè. Trigautiana, triginta ſaccorum frumenti abiectione; altera, Sanctis Vrſulearum Sodalium; tertia S. Xauerij prolatis oſſibus, ſeruantur. Amacaum appulſis gaudium ingens, Socij Chinâ Iaponiâque depulſi. Et qui Chinâ, Trigautij conſpectu iniêre ſpem cum eo illuc redeundi. Rediêre & Semedus atque Vazonius, ſed ſub nouæ quiſque appellationis tegumento. Trigautius ſua Neophytis dona deprompſit. Salutem & Iubileum à Pontifice Paulo: tum copiam, tecto capite ſacris operandi. Gentis hic mos eſt. A Cardinale Bellarmino, Hortatorias ad fortitudinem Chriſtianam. Reſponſorias certatim Sinę multi ſcripsêre: Et Doctor Paulus elegantiâ & venerationis teſtificatione pleniſſimas. Quæ autem Europæi Principes deſtinarant ad Regem, Nicolaus preſſit in præſens. Nutabat eius in Socios animus: & ad eum vias obſidebant Harpyiæ vel Hoſtes. Igitur in Miſſiones operam vertit. In Xinſianam vtiliſſimè, quamquam ibi ſemeſtri morbo attentus. Priuatorum interim commoda variè curabat; pòſt valens, publica. Argumentum eius induſtriæ vnum, vetus Inſcriptio. Dudum inciſa fuerat marmori longo, nouiſſimè inter fodiendum fortè inuento. E Sinenſi

Nic. Trigautij reditus Amacaum.
1620. 81.

Iactatio.

Donaria.

Expeditiones.
1625. 86.

Annus Chriſti. Societ.

Romanum in ſermonem Trigautius vertit. Hęc eius Summa. Ante annos plus mille ducentos, perlatam illuc à Paleſtina fuiſſe Chriſtianam Legem. Acceptam autem benignè à Regibus, & Populis Sinarum. Acceptę Capita ſparſim & magnificè inſeruntur. Rurſum admittendę deſiderium, Inſcriptio hæc in Poſterorum multis accendit. Simul publicandæ, Prouincias aperit tres. Quindecim Regnum omne continet. At Thienkij animum, Charræ iam Regiæ, & Faſti veteres, Orthodoxæ religionis indices, inclinarant. Nec protetuè obluctabatur ingenua, & alta Principis mens. Sed tardè in noua quæque, & prudenter incumbens. Idola breuì omnia deſtruet, in Socios quoque beneuolus. Quin fundum attribuet ad habitandum. Mandarini autem atque Indigenæ multo propenſiùs. Adeo in vna Pequinenſi Prouincia, quadraginta eorum millia biennium ad Baptiſma perducet. Pares labori deſunt Operæ. Nec in præſens Socij tanta in meſſe plures triginta in Domicilijs decem. Sinenſis autem atque Iaponica Societas, Philippinam, Malabaricam, Goanamque Prouincias, vt Matres Filiæ, honeſtabant. Nec propriâ quæque ſpecie tantùm, ſed & aliarum inſuper Gentium, quas ipſę Chriſto pepererant, iam Matres. Iaponica, Iezianam freto, nec magno diuulſam. Regnum hoc, omnes Inſulam dicerent, niſi Continentis præiudicium adferret amplitudo. Menſium quinque iter longa eſt. Eò Tartariæ Partem quidam appellant. Hanc, & Iapponiam, & Hiſpaniam nouam interiacet ad Aniani fretum. Situs, appellatione certior; & Sociorum animus ingens illuc Legem inferentium, quam in Iaponia egrè ſuſtinerent. At conſilium prudens, in Iezianis Principem nullum ſcientibus, reparare damna, quæ à Xoguno illic religio patiebatur. Quin gloria ingens, eâ Sacrorum communione, vtrumque Orbem iungere. Conatum acuebat ſimplicitas Gentis, & integritas, vitijs haud multis corruptæ. Politiæ & Dominationis vt litterarum, notitia apud eam nulla. Diuinitatis obſcura; & maiorum more, Soli, Lunæ, malis Montium, & Marium Genijs, impenſę. Cruces in veſtibus ignotâ gerebant causâ. Ad edocendam Hieronymus de Angelis, & Iacobus Caruallius iſtuc è Iaponiæ Portu ſoluêre. Fructus mox vber velut

Vetus Chriſtianæ Legis Monimentum.

Sedes in China.
1626. 87.
Pequini, Nanciani, Kienciani, Nanhaimi, Samkiami, Nancenij, Kiatini, Xanſij, Fokieni, Xinſij.

Excurſiones in Iezi Regnum.
1617. 78.
1620. 81.
1622. 83.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

veluт è ſubactâ facilè terrâ. Sed ambo ad Iaponicos labores, & palmare fatum vocati, percolendam alijs reliquêre. Cochinchina verò & Tunquimia, Chinæ vectigales ſunt, etiam nomine religionis acceptæ. *Sedes in Cochinchina.* 1621. 82. Amacao eam accepêre per Socios, & Luſitanici occaſione commercij. Cochinchina per Franciſcum Buzomium Genuenſem, annis abhinc paucis. Chriſtiani in ea rari & rudes. Nam oſcitanter inſtructi degenerabant in Ethnicos. Inſtruxerant Sacerdotes aut Caſtellani Manilâ, aut Luſitani Malacâ cum Mercatoribus per interualla eò profecti. Repoliuit Buzomius. Tum alios aggreſſus, Baptiſmi & cupidos & idoneos fecit. Accepêre permulti; & vno dumtaxat anno plures quingentis. Condita mox Domicilia & Templa Taifi & Pullocambi Regiâ vrbe. *Taifenſis & Pullocambenſis.* Ad Patrem vtrique imparem acceſſit Amacao Franciſcus Pinna cum Socio. Authoritas è numero creuit. Sed aufertur ex futili cauſâ, & caſu redditur. Arentibus æſtiuo ardore campis, pluuiam Idololatræ ab eis poſtulant. Non impetratâ, depellunt aucturi quoque Amacaum. Prohibuit aura ijs aduerſa, Petro autem Marqueſio, & Chriſtophoro Barrio Socijs inde Cochinchinam adnauigantibus, ſecunda. Subſidio mittebantur opportunè; & appulſis, opportuniſſimè nimbus, & per eum ſeditio concidit. Prodigioſum, & ſanctæ religionis indicem, arbitrari ſunt. Plures hinc eam ſequuntur præiudicio veritatis, plurimi eclipſeon prædictione. Triſtis & vana ſuperſtitio Anami Regis ac Populi, quoties ea Soli vel Lunæ obuênit. Lugubri veſte omnes prodeunt. *Eclipſes.* Tum clamore, Tympanorum, fiſtularum ſonitu, æneorum fragore Tormentorum, Draconem ſidereum precari, increpare, terrere, totum vt ne Planetam deuoret. At Parallaxeon penitus ignari, & Aſtronomiæ periti non ſatis, quibus defectio Terris aut Horis oſtendet ſe, vagè definiunt. Præſtitêre id haud ſemel Socij: & Diſcipulos iam eos diuinarum etiam habent rerum. Ad has à ſidereis facilis traductio eſt. Plebæos ſuæ quoque illecebræ conciliarunt: ſpectrorum depulſio, atque monſtrorum oſtenta. Regem, Luſitani maximè continuatio commercij. Vile pretium pretioſiſſimæ religionis. Communis Aſiaticorum ſordities, Animas haud ſatis *Expeditio Tunquinenſis.* æſtumantium. Eâdem hac eſcâ magnus Tunquimij Rex allectus 1626. 87.

Annus Chriſti. Societ. eſt ad offerendam Socijs Sedem. Eâdem Amacaenſi vrbe, & Luſitanorum comes, iſtuc ſoluerat Iulianus Baldinottus cum Socio. Accipiuntur benignè Præſidio, muneribus, epulis à Rege. Quin & magnificè, Elephantum, Equorum, Triremium inter ſe confligentium Ludis. Quater mille expeditas, ac Tormentis inſtructas Rex habet: Ipſe ſpectaculi quoque Pars in immani Elephante ſublimis. Deprehenſis Animal in Circo militibus eripiebat arma, porrigebatq; ſeſſori. Eadem eruditiores equi ſuis præſtabant. Conſpecta ea Tunquimenſium Elephantorum ſolertia, fidem ijs adſtruxit, quæ de Cochinchinis timidè fama vulgarat. Par vtrorumque Indoles: ſed & hominum; culta, vegeta, fortis. Nec Barbarie, vt plerorumque per Aſiam, aut perfidiâ vitiatur. Quin etiam in exterorum conſortium offert ſe deſiderio ſciendi. Populi ſitu & multis confines, Imperio diſcrepant. Cochinchinæ nuper Prorex veterem Tunquimij dominationem excuſſit, Regem ſe gerens. Cochinchinus Sociorum Sedes perpetuas habet binas; Tunquimius multas deſignarat, ſui non tantùm Regni, ſed & Laiſenſis & Sinenſis commodo. Nam illac facile & breue ad Sinas iter eſt. Laiſenſe Alexander Rhodius excolit, vice-Prouinciâ Sinenſi Operas illuc magnanimiter mittente, ipsâ vix ſatis tutâ. At Goënſis Prouincia proprijs quoque ſudoribus auguſta dudum apparuerat. Speciem ei dignam conciliabant Æthiopica, Mozambica, Cafraria per Africam

Tres in Mogoria ſedes.

1624. 85. Miſſiones; Mogoria atque Cathaica per Aſiam. In Mogorica vetus labor. Spes ſemper plurima, ſed ex parte fallens. Sedes modò tres, Laorij, Sambariæ, Agræ. Sociorum quoſdam Rex ipſe, quoſdam Myrza Chriſtianus & munificus Princeps Armenus, lateri affixos habebant. Suſtentabat ferè hic vniuerſos, Inopum quoque omnium Pater. Collegium illis perpetuum molientem adiuuabât, Regis & conſanguineus Capaquanus, & natu filius minor. Sed & Socios Rex ipſe, præterquam ſuſceptione Baptiſmi: ſuſcepturum ſe profeſſus haud ſemel, ſimul illius ſe, Chriſtus dormientem moneret. Ad euocandum, Sanctorum oſſa noctu geſtabat

infelix.

infelix. Diuina & damnoſa tarditas iam ſeneſcentis. Quamquam remorabatur, & maximi natu filij nuper concitata defectio. In eum frater, tum Parens ipſe exercitum mouit ingentem: nongenta hominum millia, Elephantorum ſeptem, Camelorum quinquaginta, Equorum trecenta, Boum centum. Tantæ armatorum multitudi, Sociorum vnus addidit ſe; alter Antonius Andrada & omnium moderator, ſubduxit ſe ad Cathaium explorandum. Arcta vox intra Regiæ vrbis, in Sopenſi, ſeu Tartarico Regno, appellationem. Pòſt, eam ad magni Imperij amplitudinem fama extendit. Tibetum maius Aſiatici nominant. Minus, Idololatræ dudum tenuêre: nuper ad Mahometem damnoſâ commutatione perducti. Maius illud, Regna admodum multa complectitur Chriſtianæ Religionis communione, ſed vetuſtate & culturę abruptione, obſoletæ. Deus apud omnium Incolas, Vnus ac Trinus: cuius Filius, & homo. Angelorũ Boni & Mali quidam; Ordines nouem. Baptiſmi & Confeſſionis noxarum aſſimulatio quædam magis quàm forma. Aquę luſtralis vſus, Catholico vero propior. Lamarum ſeu Sacerdotum multiplex genus. Omnium vna religio, non Inſtitutum. Mahometica ſuperſtitio horrori eſt, Idololatrica, ludibrio. Idonea cultui terra. Andrada cultor acceſſit. Longum iter menſes omnino ſeptem; moleſtum anguſtijs & iugis Montium, Gangis fluuij vorticibus, maximè autem ſolitudine, frigore & perpetua niuium oculos hebetantium copiâ. Comites euntis, Emmanuel Marqueſius Socius, & famuli duo Chriſtiani. Commeatus, oriza toſta, aquis maceranda, vel niuibus. Nam hæ illis frequentiores. Tempeſtas verna ſed importuna. Campi gelu obriguerant: & eo digiti pars, Andradæ excidit nec ſentienti. Famulis atque Marqueſio, oculorum, membrorum, pedum ſenſus obſtupuit, vita propè ipſa. Per tot ærumnas Chaparangam, Coguenſis Regni Metropolim, attingunt, & ab Rege, Regina, Indigenis benignè excipiuntur; ac primùm velut Mercatores Indici. Ita indicabat corporis cultus. At quando beatæ Magiſtros vitæ dixerunt ſe, tum verò multò beni-

Cathaium ſeu Tibetum maius.

Chriſtianæ Religionis veſtigia.

Expeditio illuc Prima. 1624. 85.

Annus Chriſti. Societ. benigniùs. Moleſtè id audierat Maurus Interpres. Igitur malignè ſermonem Patris truncare vel peruertere. At increpans Andrada, comminatus eſt pœnam, ni fidem præſtaret. Præſtitit metu. Tum magis Principes agnitâ veritate lætari, ceu qui lucem antè per rimam, poſtea plenam & ſub dio perſpiciunt. Simul acceptas de Patre Cruces collo appendere, & appenſâ antiquæ religionis notâ gloriari. Nec dimittere niſi obſecrantes, & reditum iureiurando pollicitos in proximè ſequentem Annum. Contrà obligauit & Regem Andrada: leuitatis Aſiaticæ, aut Mahometanæ in eum fraudis, metuens. Itaque Rex & lubens, Diploma tradidit poſtulanti. Securitas in Tibetum redituro præſtabatur; tum & poteſtas prædicandi toto Regno Chriſti, & condendi in Regia vrbe Templi. Agram, Mogoriæ Metropolim, reuerſo cura cæterarum prima, expeditio illuc noua. Eam decreuit Goanæ Societatis Prouincialis. Suſcepit idem Andrada eodem cum Socio: & alijs ſeptem proximè Goâ ſequentibus viam munijt. Hos Franciſcus Godiniùs ducebat. Veredarios obuiàm Rex miſit, numero Sociorum aduentantium maximè lætus. Chaparangæ Domus, & Templum ſtruitur. Huic nomen à ſpei Matre. Incolas inter contentio eſt eruditionis, & Baptiſmi. Sed dilatione, multorum deſiderium decebat accendi religionis, hinc in alia latè Regna longèque fundendæ. Goanæ Prouinciæ reliquum, vineæ ſimile, propagines multas hinc atque hinc mittenti, & totidem in vites formanti. Malabaricam, Oræ Piſcariæ; Philippinam, Boolanæ Sedis recuperatio hilarabat. Piſcaria, primus extra Goam Xauerij labor. Pòſt alij ex alijs Socij coluêre. Demum eâ, quaſi operæ longioris non indigâ, per vim extrudimur. Vim inuidia aut auarities fecit. Et obſtinatio prohibuit reditu per annos quindecim. Sed qui per quadraginta coluerat Gondiſaluus Fernandus, illum prædixit. Nec vana ſenis vaticinatio. Diploma affertur ab Hiſpania. Eo Reſtitui nos iubebat Rex. Miſſionem eam ambiunt præcipui Patrum. Sordebant iam Diſciplinarum illuſtrium exedræ, præ Parauarum caſis. Pluris erat Gens hæc ſimplex, atque vix

Proſpera.

Altera. 1625. 86.

Reſtitutio Oræ Piſcariæ. 1621. 82.

ſuper

ſuper Chriſtiana, Philoſophorum & Theologorum cœtibus. Lecti ſunt quindecim. Et Condiſaluus octoginta ſex natus annos, lecticâ inferri voluit in nauim, qua vehebantur. Exceperunt eos Parauę gaudio ingenti: Et Ora omnis illa felicitatem ſuam. Nam ipſo, reditûs die, Margaritæ rurſum in Littore apparuerunt. Per annos abſentiæ noſtræ quindecim, planè latuerant quaſi diſceſſum dolituræ. Gaudij eo reditu concepti temperamentum, Condiſalui mors. Quartâ die inuaſit voto fruentem ſupremo. Boolanam Sedem Socijs, aſtus Cacodæmonis & furor euerterat. Xauerij nuper in Beatos relati celebritas agebatur. Inuidit inſaturabilis inimicitiæ Genius. Barbaris qui in vicinia erant, cãdida in veſte ſiſtit ſe Diuinitatis iam affectans. Templum ſibi moliri eos iubet. Moliuntur, attollunt, perficiunt pœnarum metu. Ab Socijs illuc concurritur, & Chriſtianorum aduocatâ ope fanum concidit. At exarſit in vindictam ſuperbus. Noſtras & ædes & Templa diruunt eius inſtinctu Barbari, alia permulta Tartareo numini ponunt. Dei, Diuorumque ſimulacra pedibus calcantur aut diſſiliunt in partes. Pueri quoque IESV Icuncula, vulneris capax apparuit. Simul impietatem, rebellione in Regem cumulant. Ad vindictam mirâ conſenſio Sociorum, Chriſtianorum, militum Hiſpanorum. Quin infirmior etiam ſexus inſurrexit: & Cœlites ipſi in Societatem Belli deſcendêre. Puer è cœlo aliquis hærentibus abrupta per loca Cohortibus, ducem ſe obtulit. At corollas maritis texuerant feminę è Palmarum folijs, victoriæ velut præſagio. Eas in fortitudinis quoque pignus, non felicitatis modò viri accepêre. Et cruentâ confirmauêre ſponſione ſanguinis alter ex alterius venis educto, & ad ora ſingulorum admoto. Ita proceſsêre coronati, velut ad triumphum. Laudabant magis quàm animabant Socij de ſucceſſu certi. Tuiturum ſe in Scloporum globos Barbaris Cacodæmon ſolitâ fide ſpoponderat. Nam primo illorum iactu plurimi corruêre. Nimbum ſuperbus Genius in ſubeuntes effudit Hiſpanos. Sed quaſi elementum cum noſtris conſpiraſſet, ſic eo nitreus puluis magis ardebat. Ingenti clade effecti ſunt Barbari:

Annus Christi. Societ.

Item Boolanæ Sedis. 1622. 83.

Barbari: & meliorem in ordinem ipſi, & Boolana Sedes redacta.

CAPVT XIII.

Africana Eſſloreſcens.

SEd velut floriditate laborans ſuâ: Et quaſi nimiam mater Prolem, aut gemmas vitis pariat, quot alere non poſſit. Chriſto geniti per omnem Africam nunc plurimi. Abaſſia, Pars eius intima, eos non iam per capita, ſed per Populos, & Regna cenſet. At Prouincia Sociorum nulla: vix Collegium. Nam Mozambicenſe, ad Goanam pertinet: Angolanum autem & Congenſe, egrè vnius numerum, & ſpeciem oſtendũt. Plura non erant Domicilia, nec in ſe collecta; ſed ſingula in aliquot diſtracta Sedes. Socios vniuersè quadraginta nõ continebat tanta Pars Orbis.

Socij per Abaſſiam haud plures octo.

1620. 81. Nec plures octo Abaſſiæ amplitudo, ſuffectura octingentis. Numerum tantillum carpebat mors, & egrè ſupplebat Goana Societas, obſidentibus tranſitum Cafribus, & Turcis.

Ducentos & Patriarcham poſtulat Sequedus Imperator.

Tredecim iam annos, clàm Catholicus, id palàm profitetur.

Ducentos, atque Patriarcham poſtularat Sultanus Sequedus Imperator, Romanã Religionem, tredecim iam annis mente complexus. Quin eandem palàm profeſſus iam erat. Tanti operis hortator Antonius Ferdinandus: Adiutor ad per-
1623. 84. ficiendum Petrus Pazius, Socij. Ad huius aures, & pedes Princeps noſtro in templo accidit: & abſolutus à noxis, ſacram Hoſtiam roconciliationis argumento ſumpſit. Eadem præſtitere Procerum multi, & Plebęi plures. Simul propoſita Capitis pęna alteram in Chriſto naturam negantibus.

Prohibet Eutychetis de Chriſto Dogma; tum Circumciſionem & Sabbatum &c.

Sublatum Circumciſionis probrum; & ſuperſtitio Sabbati. Ieiunij autem verni, & Paſchæ tempus ac ratio, reducitur ad Romanum morem. Fernando autem tradita Sacrorum cura in aduentum Patriarchæ. Sera & cepta à Sæculis quinque tractatio. Ab vno autem toto, & ſub Imperatoribus quinque, Dauide, Claudio, Adamante, Sauenquilio, Iacobo, fruſtra reſumptum. Abruptum quippe Inconſtãtiâ Claudij,

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Adamantis in Catholicos odio, aliorum Dominatione breui vel bellis turbatâ. Sultanus demum Sequedus perfecit. Imperium ei diutinum ab anno huius ſeculi ſexto, & conueniens tantæ rei indoles, moderatione conſilia promouenti. Contrà Zela-Chriſto Fratri prompta, & erecta, impetu magis negotia quàm patientiâ vrgenti. Altera tamen alterius adiutrix. Quæ Sequedus prouidè, conſultoq; definierat, Zela-Chriſtus agebat ſtrenuè, eximens inuidiæ & ſimultatibus Fratrem; quidquid ſiniſtrè eueniſſet. Iam ille plus quater Reconciliationis Legatos miſerat Romam. Multos retro egerant Maurorum & Turcarum inſidiæ tenentium Africæ Portus. Patriarcham & Sacerdotes è Societate poſcenti Gregorius XV. Pontifex conceſſit; Alphonſum Mendium, & Epiſcopos Adiutores duos. Operas alias Mutius addixit. Opportunum Genti ſubſidium, ac propè iam ſerum. Maximæ res morâ depereunt; nutarunt Æthiopicæ. Suſtinuit Deus cui concidiſſent, & victoriarum prodigioſis euentibus: de Iulio Sequedi Genero; de Simone Pſeudo-Patriarchâ, & Ionaële exercituum Duce, coniuratis. Elloſij antè victi & glorioſè. Sequedianorum deſideratus eſt nemo. Comprehenſa vel cæſa pleraque motuum Capita. Extremi & violentiſſimi ſurrexêre. Caprael Dioſcorita cum Monachis. Moniales quoque incondita multitudo, debilis ſexus, præterquã ad nequitias & cõtumaciam. Tum Gedeon cum Iudæis, mõtium horrore & animorũ altitudine erectis. Omniũ vis à Zela-Chriſto eluſa magis quàm fracta. Nondũ aderat Patriarcha. Victoriam habebat comitem is, cuius gratiâ bellabatur. Triennalis Profectio eum tenuit in via, Sequedum in metu: Schiſmaticos ad audendum impulit. Ab Alexandrino Patriarcha Epiſcopum ſibi poſtulant. Simul impetratur, ſimul adfuit, & vna grauis ſeditio eorum qui aduocarant. Excitatam feliciter reprimit Sequedus; authorum ceruices demetit ferro. At Rebellionis metuens, Pſeudo-Epiſcopum patiebatur in latebris, veri Patriarchæ aduentu fugiturũ. Longa ſpes Principis. Et timentis, ne ceu è ſpinis ſerpens, ſic ille cum ſtrepitu prodiret, Mendio tranſi-

Raſius ſeu Zela-Chriſtus eius Frater.

Eiuſdem Legati Romam expediti.

Alphonſus Mendius è Socio, Æthiopiæ Patriarcha.

1622. 83.

Bellum Religionis causâ multiplex.

Turbæ ab Alexandrino Patriarchâ.

Annus Chriſti. *Societ.*

tum explorarant, Socij viâ & euentu diuerſis. Franciſcus Macchiadus & Bernardus Pereira, ſanguine. Ab Mauro Principe, Capraëlis amico, deprehenſi necantur. Eo infortunio triſtis, ſed doctus Alphonſus, aliâ & feliciter tendit, & demum Fremonam ad Ouiedi ſepulcrum perducitur. Socij modò cum eo ſex. Iacobum Epiſcopum mordus inter nauigandum rapuerat. Simul Patriarchæ conſpectu, ceu Sole exorto nubes, ſic Imperatoris hoſtes non Pſeudo-Epiſcopus tantùm, fugantur. Capraelem & Gedeonem Zela-Chriſtus penitus cędit iam quadragies acie victor religionis causâ. Imperatoribus tribus reſtiterat Gedeon. Caprael autem, Legatis Sequedi totidem. Ad hunc, cęſorum delata ſunt Capita; & mulâ argento phaleratâ Mendius. Occurrerunt armatorum millia ſeptemdecim: Tum Zela-Chriſtus, atque Faciladas, & Claudius, Filij Sequedi. Frænum iumenti tenebat manu Præfectus Regiæ ſummus: extremum Lori nodum, Melca Chriſtus Prorex. Proreges alij tres, & Principes totidem; Conopęum ſuper inſidentis caput. Pontificio fulgebat habitu. Innumerabiles, quàm longiſſimè oculus tenderet, Populi circùm. Semimortuis dies hic vitæ primus videbatur, maximè Sequedo. Sedebat in Templo, & purpureo in Throno, & in gemmis totus. Eruperunt gaudio lacrymæ, nullâ iniuriâ maieſtatis. Dixit Patriarcha Romanus celebritati opportuna, ad hunc omnem Cœtum. Inſuetum Alexandrinis officium, authoritatem ſilentio venantibus. Inde acclamationes, Ludi, Donaria. Triduum ijs teritur. Tum verò in Aulam itur Regiæ maximam. Sacramentum hîc publicum poſtulat Patriarcha reconciliatæ Abaſſinorum Eccleſiæ cum Romanâ. Præſtat palàm atque hilariter Sequedus, Principes Filij, Proreges octo, Ordinum omnium plerique. Præſtituri pôſt erant Plebęij inter Proregum manus. Reipublicæ & Religioni acceſſit firmamentum, Faciladæ in Imperatorem deſignatio. Tum & nexus vtriuſque Poteſtatis Eccleſiaſticos inter, & Laicos. Illorum immunitas ſancitur, & vera Sacramentorum forma. Promulgant

Victoriæ Sequedi ductu Zela-Chriſti.
1624. 85.

Reconciliatio Eccleſiæ Abaſſinæ cum Romanâ.
1625. 86.

mulgant Tubicines omnia Feſto clangore. Patrum vultus *Annus*
eo audito maduêre. Fletum ciebat lętitia, &, præſens la- *Chriſti. Societ.*
borum fructus, & vberioris ſpes. Centum mox Schiſ-
maticorum millia conſequens reduxit annus. At nebula
reſtabat in tanta ſerenitate, Auguſta adhuc Schiſmatica,
& pertinaciter. Ne tempeſtatem, Faciladæ filij facilitate,
cieret, verebantur Patres. Nam Sequedum in fata ſe-
nium inclinabat. Stationes ideo plures condidêre. Vni- *Societatis in Abaßia Sedes.*
uersè nunc cenſebant vndecim. Ita eorum ope Religio
in medio Africæ, ceu vita Medicorum fomentis in reua- 1628. 89.
leſcentium cordibus, reſpirabat. In Partibus eius extremis *Dancaſia ſeu Aulica,*
vigor adhuc ſublanguidus. Curari penitus ſeſe haud ſine- *Fremonenſis,* *Ganetenſis,*
bat in Mozambico, & Monomotapiæ Regno feritas Ca- *Gorgorrenſis,*
frum: haud Thuneti atque Algerij ſeuera Turcarum Edi- *Bagamedrenſis,* *Agaenſis,*
cta. Illuc ac Chriſtianos ibant Socij redimendis captiui- *Collelenſis,*
tate corporibus, ſimul in animas iacenti. Indigenis quo- *Ligenegaſia,* *Encberenſis.*
que furtim iniecêre ſemina religionis. Sed velut in rudi
ſolo, & minimè maceratò imbribus, ſic illa rarò germi-
nabat. In Guinea, in Congi & Angolæ Regnis religio,
qualis vita grauium craſſo humore corporum. Ab Regi-
bus, & Sobis lentè ea perferebatur in Plebem indolis tar-
dæ. Egrè per meatus obſtructos, ſpirituum copiam Ca-
put digerit in membra. Fouebatur tamen, & excitabatur
is ſtupor à Socijs: Binis nunc demum Sedibus Angolana,
& Congenſi, in totidem Collegia conuerſis. Maſſagganen-
ſis quæ & in Angola, & alia quæ Heſperidibus in Inſulis eſt,
nondum ad illud decus emersêre.

Annus
Chriſti. *Societ.*

CAPVT XIV.

Americanæ ſat Florens.

DVbites, vegetiorné an fęcundior ea ſit. Amazonem, diceres maſculâ ſpecie, & ſucco, ſed fertilem. Quinque iam Prouincias cenſebat; & Vice-Prouinciam, Chilenſem. Hanc & Paraquarienſem, & Nouograuatenſem Prouincias peperit Peruana. Stationum autem, tum ipſæ ſingulæ, tum Mexicana atque Braſilica, numerorum ingentem. Vnum Chinaloenſe Collegium ternas, & vicenas. Sacerdotes in ſingulis ſinguli: & quibus animus paucitate erectior. Nec Populis contenti, quibus pares non eſſent, ibant vltrà ad Occaſum, & Boream. Nouales hîc alij ex alijs abſque numero deteguntur. Meſſis culturam minimè fallens. Celebritas vna, Baptiſmum contulit ſeptuaginta millibus Barbarorum. Realenſe Collegium authoritas plurima reddidit Socijs. Senatus Regius, Prætor, Epiſcopus. Reſpublica ſimul, & petitorias ad Regem, vt is impetraret Vitelleſci conſenſum. Nihil opus tot mediatorum interuentu. Vtilitatis ſpes præſens, veteres è Patrum mentibus iniurias abolebat. Similis in Prouinciæ Mexicanæ Partes reliquas eorum ardor, ad leucas octingentas longè porrectæ. Peruanæ nihilò breuior, quamquam per alias tertiò acciſæ. Braſilicæ minor longitudo, maior latitas ad intima tendentis. Colonias per eam nouas quatuor, Miſſiones ſplendidas tres, idem incepit Annus: Per Paraquariam Biennium modò, vndenas. In his, Europæorum, præter pauculos Socios, nullus. Eorum vtilitas, vt raritas, quanta fontium per arenoſa ſparſim loca ad ferarum potum. Simillimi his Barbari, niſi quòd homines. Auidi tamen cognitionis diuinarum rerum, nec ad religionem admittendam proterui. Flexibilior ętas quę morti propior. Senes quadringenti ſimul expiati baptiſmo. Centeſimum multi annum attigerant. Et quidam mox in fata conceſsêre vel opportuni beneficij memoriâ,

Prouinciæ Mexicanæ vigor.
1617. 78.

In Paraquaria Senes 400. baptizantur.
1626. 87.

moriâ, vel ſenij pondere. Eôdem ætatis Pater Hieronymus Velloſus in Braſilia proceſſit, nihil laboribus diuturnis attritus. Senis Corpore abſtinebant, tam ſalubriter animis egentium impenſo. Sed & pluuia, Pauli Catualtij veſte, per denſiſſimos imbres ad nemora pergentis. Ita operarum paucitatem Prodigijs Deus, & ſuis Anchieta ſupplebat è Cœlo. Prompta aderat ope quoties ferè aduocabatur à Barbaris. Et numerum minuit infortunium. Socij decem ad Baiam incidêre in Hollandorum manus. Illuc à Ianuarienſi Collegio eos Dominicus Coelhus Prouincialis ducebat; ſecurus hoſtium; neſcius occupatæ per eos vrbis. Grata Victoribus Præda. Captos in Hollandiam auehunt ſecum. Biennio illic detentos Iſabella Princeps redemit. Redemptos beneuolè excepêre Socij Belgæ, & Magnatũ primi. Cætera interim Braſilienſis Prouincia, quaſi nauis abſque Rectore & clauo. Iacturam haud perpetuam, neceſſitatis contemplatione Socij ſolabantur. Quin ex breui damno fenus quoque emerſit neque leue: Plures eò ſecum Coelho reuehente quàm auexiſſent Hollandi. Paraquarienſium numerum grauior mors accidit Rochi Gonzalij, Alphonſi Rodericij, Ioannis Caſtelli. Rochum ſuos in Populares amor effuderat in Vruai Prouinciam. Apoſtolum primò ſuum dixêre. Ij nimirum quibus profuerat idiomatis patrij, patientiæ, benignitatis Officijs. Septenas in Sedes vagos redegerat, ad Chriſti ouile priùs adductos. Exarſit damno Cacodæmon. Et maius ſubuerteri cepit, profectis ab Hiſpaniâ Socijs quatuor, & quadraginta. Rochi cædem Nezubio imperat digno ſe miniſtro. Vterque pro Numine gerebat ſe: & locuſtarum, ſerpentium, fulminum prænuntiatione, diuinitatem ſimplices apud Populos aſſerebat. Facinus ijs perſuasêre; ſed differri oportere dum ſparſi eſſent per Sedes illi, ab Hiſpaniâ nuper aduecti. Iam & in ſuâ quiſque rem curabat; quando à Nezúbio aduenêre ſicarij: Primò Rochum, & adiunctum ei Alphonſum Rodericium clauâ proſternunt. Rochò iam ſtrato caput auelli-tur. Sed corpus truncum Parricidas claro, & longo ſermone increpat, ſceleris pœnã prædicens. Cordis vocem, per medium pectus loquentis audijt magna præſentium multitudo. Et eorum plures quinquaginta pòſt capti, id ſanctè iurarunt. Iam inſolitâ

Braſilicæ.

Decem Socij ab Hollandis ad Bayam comprehenſi, & in Hollandiam abducti.

1625. 86.

Paraquariæ.

Cædes Rochi Gonzalez, Alphonſi Rodriguez, & Ioan Caſtelli.

1628. 89.

 monitione

monitione furentes, loquens cor diripiunt coſtis, & cum corpore iniecêre flammis. Nihil Rochi læditur, neque Alphonſi quidpiam. Pariter vtrũque rogo immiſerant. Ioanni Caſtello Inueni lentior, & durior mors; & cuius patiens ipſe ætatis firmitudine. Pugnis contuſum ſagittis configunt. Dein ſeminecem trahunt per montes; affiguntque Cruci, & fuſtibus trucidant. Inde ad Alphonſum Aragonium, Petrum Romerum, & alios Patrum. Sed omnes periculo eripuêre, exilientes è Pagis Neophyti; è Boni Aëris Oppido Hiſpani. Tum ſimul in Parricidas. Bacchabantur incerti, & inquieti patratæ cædis horrore. Paucos diſpulit fuga. Cæterorum crimen, ipſorum eluitur ſanguine. Qui ex Authoribus capti, vitam corporum laqueo amisêre: vnicus ſimul & animę, quam reliqui ſeruauêre baptiſmo: & eorum exemplo plurimi Incolarum. Nezubius fugâ elapſus quærebatur ad necem. Cacodæmonis fidem repoſcebat infelix, ſimplices Barbaros multipliciter fallentis. Quot veteratori fraudes, tot formæ, volucrum, ferarum, Senum. Impudentiſſimo etiam, Sociorum aſſumpta eſt ſpecies, ad dedocenda quæ illi docuerant. Guanchatanis Peruuij Populis, Pilati diuinitatem perſuaſit. Credidêrę: aliàs in Chriſtum ei poteſtatis nihil futurum fuiſſe: Iam Guayranis Paraquariæ Incolis Cacodæmon, militis ſpecie, & cultu apparuit. Tympanum, & Sclopum gerebat, Terræ Celique Dominum ſeſe appellans. Patres autem omnes, mendacijs conſutos. Igitur abigant eos ſimul cum Hiſpanis. Ni faciant; fulgura, peſtem, æterna incendia minatur. Sed riſêre Guayrani, quamquam nuper Chriſtiani: S. Ignatij patrocinio nitebantur. Audito Diui nomine fugit Sycophanta, & fugientem, lapidum coniectu proſecuti ſunt Indi. Tepecuanis autem Nouæ Hiſpaniæ Populis ſuaſit in Socios, Regem, Deum rebellionem. Sed petiti ſunt armis, & bello victi. Tum Socijs traditi ad erudiendum. Iam, ceu captæ Syluis feræ, ſic illi bello, faciliùs cicurantur. Et multo facillimè, ſi à pluribus. Sed deſunt Operæ. Plures in poſterum prouidit Rex. Seminaria per Mexicum atque Peruuium, Alumnis condidit haud pauca,

Parricidarum Pœna & reſipiſcentia.

Præſtigiæ per Socios detectæ.

qui in eam ſpem adoleſcant curâ Sociorum. Viridi omnes in veſte prodeunt. Cuſquenſes cum argentea Icone Regis collo appenſa. At Mexicani ſtatim ducenti in S. Ildephonſi Collegio. Ceream facem Proregi, rem inter ſacram tradidit Rector Fundationis Regiæ monimentum. At nondum ſic, lanæ, ſacchari, argenti officinis proſpectum eſt. Sacerdotes hîc deerant. Vlteriora vocabant incitatos opis maximè indiga. Et ſingulis eorum iam votum, & mos, Chriſto non capita ſigillatim, ſed Gentes vniuerſim quærere. In Borealem Americæ Partem nondum id licet. Viritim petendi erant Indigenæ à Socijs linguarum ignaris. In Nouo-Franciam ſuam Galli reuerterant. In Nouo-Angliam Angli mox ibunt. Et ſimul cum vtriſque pauculi Noſtrorum. Suorum Ditionibus Principum, Chriſti Regnum æquare pariter mens erat. Tum reparare in America damnum, quod graue Gallia, grauius Anglia, Europææ ſentiebant ab Hæreſi. Sed qui linguas addiſcas tot propè, quot Gentium? & quinto quolibet menſe mutantium Sedes? Huronicam breuî delibauit Breboeuius noſter. Gens minùs cæteris vaga eſt, & Gallis iuncta commercio. Merx eius ferè omnis, Caſtorum pelles. Ille in pretioſiores animas erectus eos Kebecâ cum Nouefio viſebat. Primo Barbaros conciliauit anno, altero docuit, linguâ iam ſatis inſtructus. Ad reparandam veterem Sedem Carolus Alemannus Kebecæ manſit. Sociorum erat Præſes, & pueris Incolarum, Contubernium parabat. Sed cœpta ſuperueniens Anglus iterum diſiecit. Simul Propugnaculum à victore conditur. At Regum iuſſu redditur id Gallis. Reſurgit & Domicilij ſpes noſtri, non diu Perſtituri niſi commoratione Gallorum. Sed raræ illuc Coloniæ, vnde lucellum tenue.

Seminaria Mexicanum & Cuſquenſe.

Expeditio in Nouo-Franciam altera.

1625. 86.

CA-

Annus
Chriſti. *Societ.*

CAPVT XV.

Nouo-Inuenta.

PRæſentis Complementum felicitatis ea fuêre. Quantum, multiplicitas, fructus, propagatio, indicant. Ad ſacras pleraſque res varia offerebantur à Socijs, & arripiebantur à Populis auidè, atque vtiliter vrgebantur. Vſurpata autem vſpiam, fundebantur latè more Torrentis, Primum, atque precipuum; Euchariſticæ menſæ aditio menſtrua. Illius frequentationem dudum Orbi Catholico reſtituerant Patres. Sed eius, vt mellis ſaties; multos affecerat. Rarò iam adire, & velut nauſeabundè, quia ſine illecebra, nec ad certam diem. Decreta à Socijs eſt, & vna inter Dominicas. Probauit Pontifex Paulus, & illecebram addidit: Pœnarum quæ noxis debentur, laxationem. Iam anguſta ſunt Templa, Vrbes huc ad Synaxim totæ confluunt.

Communio Generalis menſtrua, 1620. 81. Per & trans Europam omnem differtur ea religio. Annus ſeculi huius vigeſimus, intra eandem lucem ac Templum, Capita quaterdecies mille recenſuit, Hiſpali myſteria tanta participantium. Ne oſcitanter atque imparatè, Romani cauerunt Patres. Celebritas toto antè menſe per Vrbem indicitur. Interea Præparationum ad illam multiplex genus & efficax. Adhortationes per Templa, & compita: Proceſſiones per vicos ſupplicantium ritu. Intereundum gemitus, ſuſpiria, lacrymæ, tunſiones pectorum. Denique diuerberationes corporum ſpontaneæ & horrendæ. Commodanda multitudini fuit Aula Romani Collegij maior. Mille nonnumquam ſimul auditi, flagrorum ſtrepitu mollire Numen iratum. Ita præparatis præbetur panis Angelicus die condictâ. Dominicas inter, poſtrema eſt Romæ quolibet menſe. Præbent autem Cardinales ſubinde ſeni in celeberrimis Templorum Vrbis: ac ſemel in S. Mariæ millibus hominum ſupra octodecim. In Profeſſæ autem Domus, ſedecim. Sacerdotes in eo ſubinde centum toto mane abſoluũt à noxis.

Abſolu-

Abſolutos,ſacrâ Hoſtiâ paſcunt continentér ſeni: comitantur Socij triginta, mappæ, vini, Numiſmatum miniſterio. Hinc velut ex fonte,ea longè conſuetudo fluxit,& progreſſu quoque augeſcens. Oliſſipone Hoſtiarum millia quinque & viginti vna celebritas aſſumpſit. Panormi, duo & triginta. In vtrâque Indiâ concurſus Barbarorum quoque ingens ad Epulum iſtud celeſte. Sub Vrbano præſertim Pontifice religio illa innaluit. Quippe ſub quo illius vtilitas altera, in Animas peccata igne purgantes, prolata eſt. Pro Euchariſtica Patientis Chriſti memoriâ inuentus, & feliciter inuectus hic mos eſt: at alius pro Patiente ipſo, nec ſaluber minùs. Stationum eius ſeptem monumenta, multæ iam Societatis habent Prouinciæ. Gallo-Belgica certè in totidem ferè Vrbibus, in quot ipſa cōſiſtit. Singula, funeſtæ mortis partes offerunt ſingulas. Diſtant autem eodem inter ſe, quo Ieroſolymis, interuallo. Illa obeuntium ingens Globus & ardor, nudo, vel cilicinis induto ſoccis pede incedentium. Hinc in alias quoque Terras, & in Auſtriam & Auſtriæ Matrem Viennam, ea patientis Chriſti repræſentatio penaſit. Mater autem IESV, vt Septem Doloris fontes, ſic & Stationes habet ſuas, operâ Sociorum. Sed has vnum ferè Societas Belgica extulit, reſtituitue dudum collapſas. Latiùs Vniuerſa de Filij Chriſti cruciatibus, contemplandi morem porrexit. Tradendæ palàm, Tempus ieiunij vernum aſſumptum eſt, quo ille ſuſtinuit; & veſpertinum, quo cepit & deſijt pati. Bis terue aut pluries quâque Hebdomade Populos cogimus in Templum. Contemplationis Capita dictas Eccleſiaſtes, adiuuant idonei Concentus, & Imagines coloratæ vel perlucidæ geſtarum rerum. His duabus alis euehitur mens ad ſpectandos, guſtandoſque dolores patientis Dei. Pacta nūc ſacra, Confœderationes, Sodalitia diuerſiſſimo reſpectu, ſed optimo: Singula ecquis recenſeat? Suggerenda fuere plurima. Optimarum quoque rerum frequentatio, faſtidij mater eſt. Illud nouitate adimitur. Quot propemodum vitæ Chriſti Partes, quot Deiparæ Tituli, quot Diuorum Ordines in Cœlo: tot Praxes ad eorum memoriam & cultum inuentæ. Vnus Ioannes Carlerius Gallo-Belga, ſingulis

Annus Chriſti. Societ.

32000. cum vno die & Templo participant.

Stationes ſeptem Chriſti Patientis.

1627. 88.

Item & Dolentis Deiparæ.

Veſpertinæ Meditationes de Chriſti Doloribus per Magni Ieiunij tempus.

Pacta ſacra, Confœderationes & Sodalitia &c.

Annus Mariæ appellationibus, totidem inſigniuit inſtitutos Agre-
Chriſti. Societ. ſtium Cœtus. Vrbani, vt in religionis officia cultiores, ſatis eò ferebantur. Quin mortuis quoque expiatorio carcere, & miſeris, ergaſtulorum, & improbis, lethiferæ noxæ vinculo attentis, ita quoque conſultum eſt. Solertiam excitabat ingenioſè fęcundus amor in alios. Nec mala depulſa tantùm ſunt, quæ inerant. Imminentibus quoque & longè adrepentibus, occurrêre Animorum Medici ſapientes. Vitandę lethali noxę, & infauſtę morti, ſua quoque præſcripta per Congregationum, Inſtructionum, Precationum inſtitutionem, remedia. Dramata ſacrarum rerum, propria ſunt Scholis. In his quàm induſtria ſpecioſa & multiplex! Diu eſt cùm Diſciplinę magnificentiùs fulsêre nunquam. Theatra,

Diſceptationes Theſium magnificæ.

Exedræ, quot machinis, picturis, verſa vel animata? Theologicæ & Philoſophicæ Poſitiones velut ſub Pontificum, Cæſarum, Regum Patrocinio & imagine, ita in ampliſſima luce & forma, & ſolerti celo Sculptoris. Nec dubitauêre Maximi Principes, eas honeſtare præſentiâ, & diſceptatione qui per ætatem Diſciplinis quoque genus illuſtrarant.

CAPVT XVI.

Bellum Sueco-Germanicum.

PErpetua felicitas nulla. Non Catholicorum, nedum Sociorum longa, inter Hæreticos. Talem conſecuti in Germania erant per victorias Cæſaris, qualem flores aut fructus ad Boream. Hinc Turbo vehementiâ terribilis, diuturnitate grauiſſimus. Suecici vim Belli Polona Societas in Liuonia, & Pruſſiâ nuper ſenſerat. Pòſt in Pomeraniam, per Guſtauum Adolphum Regem deportati, Germanica vel hodie ſentit. Anno pependit vno magna, & anceps eius fortuna. Proferebant interea Socij ſe per Weſtphaliam, Saxoniam, Haſſiam. Tirones quoque Goſlariæ

Sedium nouarum ſpes interuerſa.

conſtituendi iam erant imbelles arbuſculæ. Vetus ibi Pala-
1630. 91. tium Cæſarum inſidebant Patres. Commoda Probationi ædifica-

ædificatio, & exercitijs Catholicæ Religionis primarium Vrbis Templum. Perelegans hoc, & amplum Turribus editum tribus, Aris duabus & viginti. Octoginta plus Annis tenuerant Lutherani. Tradidêre Socijs, Legati Cęſaris Ferdinandi ex huius voluntatę, & Senatûs aſſenſu. Simul & dotem ex alterius, ſed ſuburbani, cenſibus Templi. Frumentum prima per initia Ferdinandus alter, Princeps Colonienſis, & Epiſcopus idem Hildeſij. Intra huius Diœceſin Goſlaria eſt. Nouæ Stationes aliæ ſperabantur. Reſtitui iam ceperant ſua Eccleſiæ Bona. Eapropter calumnias non ab Hæreticis modò Societas ſuſtinebat, eã tuebatur Cęſar. Infauſtus ad Lipſiam Conflictus omnia ſuccîdit. Et inundante celerrimè Regis victoriâ, propellimur in præceps velut arbores rapido torrente. Erfurto, Herbipoli, Fridzlariâ, Goſlaria, omni Saxonia atque Franconia cepit fuga vel violenta detruſio. Non mitiùs in Weſtphalienſes Socios Bremenſis, & Haſſus, aut in Bohemicos Saxo, aut in Sileſios Anglus atque Suecicus. Vndique exilia; rari per Germaniæ amplitudinem ac tuti receptus; proſequente ſemper hoſte. Exulibus perfugia, Auſtria, Styria, Oenipontum, Conſtantia, Treuiri, Duſſeldorpium, Colonia, Monaſterium. Nam alias Stationes omnes peruaſerat Regis inundatio. Auguſtam atque Neoburgum, citiſſimè. Simul Sueuiam, Palatinatum vtrumque, & Bauariam omnem, vnum pręter Ingolſtadium. Auſus quoque Monachienſis Collegij Rectori de Sacrificio Miſſę congredi Rex bellator Romano ſermone. In Tyrolim quoque viam inſtituerat victoriarum nondum ſatur. Sed Oenipontο, Ditionis Metropoli, Diuus è celo Ignatius auertit. Sub diem ei feſtiuam, Leopoldus Archidux Cæſaris frater eum prece aduocarat, & voto. Simul Rex Caſtris Fridlandi, & Bauari iunctis, pedem territus refert. Moguntię quidem Sociorum quoſdam patiebatur. Sed quę gratia, breui, & violentè pellendis? Iam Treuiri vt Suecis vacui, certè non Hoſtibus. Domicilia ibi duo, & Colonię, Duſſeldorpij, Monaſterij ſingula, profugis plena, nec alendis idonea. Itaque tranſitum magis, quàm habitationem

Veterum iactura. 1631. 92.

Germanica Societas tota vexatur. 1632. 93.

Annus Chriſti. Societ. prçſtabant. Adeo Germanica Societas propè omnis per finitima Imperij Collegia, velut per canales eluuio, in Prouincias Europç omnes digeſta eſt. Italicas aperuit Mutius, largi pectoris Pater, exulantibus fçdâ calamitate filijs. Gallicas, Hiſpanicas, Polonicas, Anglicanam, earum Præfecti.

Sed & Lotharingica. In Lotharingia, Prouinciæ Campaniæ Parte, quies Germanorum exulantium breuis. Nam & Indigenas Gallicum exinde Bellum in varia diſtraxit. Gallo-Belgica in hos, & illos beneuola, & Turmatim aduenientes complexa eſt. Herbipolenſi Metaphyſicorum Cœtui, Gymnaſium dedit Tornaci Flandro-Belgicç benignitátem in exteros, ſua quoque calamitas afflixit. Hiſpani Copiæ Regis detinebantur ad Spiram. Nudato illis Belgio, Hollandorum irruptioni patuit Venlona, Rurçmonda, Traiectum. Et per huius deditionem, via denique ad inferendam Socijs de perduellione calumniam. De ea accuſantur Ioannes Bodennius Rector, & Gerardus Paſmanbus Sacerdos; denique & Philippus

Et Flandro-Belgica. Nottinius Laicus. Accuſator aut veriùs Index, homo vilis,

1638. 99. illius flagitij reus, & damnatus. Iudicium de non militibus militare, & extra ordinem, quamquam intra vrbem. Tormenti genus Barbarum, à Braſilis vix hominibus, acceptum; lethali ſupplicio multò horridius eſt. Longa & lenta membrorum toſtio miſeri ſedentis in ſella. Ita probata trium innocentia, & virtus. Facinus inficiati, capite tamen multantur. Hoc in Socios odium Caluiniſta, Vrbis Pro-præfectus iudicij ſpecie texit. Sueci per Germaniam prompſerant ma-

Bauarica, Franconica, &c. nifeſtè. Bibürgi atque Eberſpergæ duos ſubitus irruentium

1632. 93. furor ferro peremit. Eiligëſtadij Gerardus Willichius çrumnis, & fame conficitur. Collegium hoſtes irruperant. Abreptis inde ad Erfurdianos Carceres quatuordecim reliquis, ſolus ille manſit ad lentum, ſed breuius tormentum. Nam illorum diuturna per viam, diuturnior Erfurdi calamitas. Ad extremos ſpiritus duratura credebatur. Redemptio interuênit, opportunâ Suecicorum per Papenkemium commutatione. In Bredinkium, citra mortem, vltra humanitatem fçdè actum eſt. Sulſbachio Norimbergam ignominioſiſſi-

mè

mè Eccleſiaſtes, & Sacerdos raptatur ad ludibrium, & iocos. Annus
In Ieremiam Fiſcerum rabies & prompta, Ruſticanæ Plebis *Chriſti.* *Societ.*
confidentiùs in Catholicos debacchantis per Suecorum vi- *Sileſitica.*
ctorias. Glogauiæ Collegium regebat. Inde ad Sileſię inte- 1635. 96.
riora profectum, Gens per viam furens occupat. Tum verò
agnitum nudat, etiam vitâ, Deo de genibus ſupplicantem.
Haud mitiùs ab Vrbanis habita Rubeaci trias Sociorum. *Alſatica.*
Oppidum Rhingranij ductu miles inuaſerat Argentinenſis. 1634. 95.
Suëcum palàm ſimulans, & erubeſcens, Germanicum nomen malefactorum ignominiâ notare. Ita alienæ Gentis odio crudelitatem libeтiùs ſtringit. Primus potientis Oppidọ Militis furor deferbuerat; ſed in Hęreticis pectoribus citò recaluit Sociorum aſpectu. Templi medium tres Deiparæ ſupplices tenebant, Iudocus Mayerius, Andreas Martini, Ioannes Achermannus. Tenebant & Sacerdotes ſeptem non Socij. Diſplicuit Caluiniſtis precantium ſitus, & Diua quam orabant. Mariam illis exprobrare, nullius iam opis in eos potentem. Tum vulnera ſecuturæ necis pręludio. Inde Ciuicam in Domum pertrahunt. Tum inhumanitatis augmento, omnes inter pocula machęris gladijſque configunt. Inchoandæ ſignum Laniena, SANCTA MARIA, ridiculè & crudeliter aſſumptum. Eam inuocarant qui iugulabantur. Et vitâ priuati quam ſpreuerant, impetrauêre teſtem infandæ necis. Cæterorum cadaueribus ſuberat Achermannus diuersè ſaucius. Illi mortuum rati, deſeruêre. At is beneficio noctis Bruntrutum elapſus, plagis & verbis oſtendit, quo in Catholicos & Socios animo Hæretici eſſent. Ante hæc Fridlandus Bohemiæ vrbes Cęſari, Collegia noſtris vindicarat. Cęterorum recuperatio Ferdinando III. debetur, auſpicijs Patris bellanti. Ratisbonenſis primùm Collegij ipſa cum vrbe. Mox celebri ad Nortlingam Victoriâ, Sedes fere iam reliquæ, Danubio, Rheno, Neccari, Meno adſtructæ, velut tempeſtate iam lapsâ, ſimul reſpirarunt ad huius ſideris exortum. Prouincia Rheni Superior ſolum iam nomen gerens, tota ferè reſtituitur & breui. Domicilia Inferioris firmantur, & Treuirenſe Collegium, cuius Gymna-

Reſtitutio Societatis Bohemicæ. 1632. 93.
Germanicæ Superioris & Rheni Superioris. 1634. 95.

Annus Chriſti. Societ.

Ferdinandi II. Obitus.

1637. 98. ſium inclinatio grauis terrebat. Societatem in Germanica reliquam beauit illa felicitas. Neque exſpirauit cum vitâ Ferdinandi Cæſaris, Beneuolentia eiuſdem in Socios. Pridem connatæ, vſu concreuerant: adeo vt Societatem Princeps dignaretur Matris appellatione. Paterno certè affectu, & tenerè forti fouebat ac tuebatur. Sed & munificè propagabat rei Catholicæ gratiâ, Domiciliorum propè Vicenorum Fundator. Et facilis cenſum ei conſecrare, cui Imperium ac vitam. Excelſa laus Cæſaris, & præcipua virtutum. Publicas fecit Socius, qui eas norat. Reſuſcitauit aut continuauit potiùs Proles Quaterna & Auguſta, in nos quoque animum Patris. Haud procul radice delabuntur arboris Poma. Auguſtiſſimi, & Sapientiſſimi iuxta Filij dictum eſt, & ab eo iam Cæſare, non vna in Socios amoris teſtificatione firmatum.

CAPVT XVII.

De Marcello Maſtrillo.

Alterum Franciſci nomen neſciens geſſit, Marcelli contentus. Illud aſſumpſit demum, Franciſci Xauerij Soſpitatoris reſpectu, quod tamen Infanti inter Baptiſmi ritus, impoſuerat qui ſuſcepit. Suſceptum Societati Pater addixit; ſed Indicæ Miſſioni, prodigioſa curatio vulneris. Illius ambiendæ votum pridem nuncupauerat; & ardore cum annis incrementa capiente, identidem inſtaurabat. Deſiderium, dilatione Vitelleſcus prudenter accendit. Ac demum ſpem fecit ſub idem ferè tempus, quo non Miſſionis modò, ſed nec vitæ ſpes vlla. Hanc infortunium & caſus oppreſſit: Mallei nimirum ferrei & bilibris ſuperne, & è manu Fabri delapſus in Marcelli caput, Aram Immaculatæ Virgini poſitam deſtituentis. Calamitas hæc Neapoli accidit Patri. Deſperatus à Medicis votum integrat ex more. Grauiſſimus dolor infirmi, expleri illud non poſſe. Potuit: expleuit, medente & capitis & animæ dolori Xauerio.

rio. Diuum implorauerat æger, in Icone cubili appenſa. *Annus Chriſti. Societ.*
Adfuit ipſemet de cęlo, & qualis in pictura, Peregrini habitu, Scipione, geſtu ad eundum expedito. Votum repetere eum iubet, & verba ipſemet præit. Obſecutū mox ſanat, Xaueriani officuli, & Crucis ſanctæ particulis, plagæ admotis. Eas in thecâ gerebat infirmus. Iam valens Maſtrillus liberat fidem. Sumptum Hiſpaniæ Rex; Comites ſe tres & triginta Socij, Itali, Luſitani, Germani dedêre. Oliſſipone ſoluerunt eodem Portu & die, quibus ipſe Xauerius annos abhinc duos & nonaginta. Nauigatio Cacodæmoni iniucunda. Et Tempeſtatibus, Erroribus, Spectris, Terriculis oppugnata. Sed Claſſem Xauerius fortior tuebatur. Idem ipſe Rector Patronuſque Prætoriæ. Eâ Marcellus vehebatur, Diui Iconem gerens. Ad hanc confidentior, quàm ad Sacram Anchoram recurſus, & opitulatio in periculis certior. Nam occultè inſidiantia detegebat, propulſabatque detecta, ventos quoq; conuertens. Retardare tantùm Claſſem Genius malus tot vexationibus potuit. Goam illa octauo tenuit menſe. Appulſûs eadem dies, quæ Immaculatæ Conceptionis Deiparæ. Illum mox nobilitauêre prodigia. Chriſti è Cruce pendentis Imagines duæ oculos Goanis è Templis totidem, in Iaponiam vertere ſunt viſæ. Vidit: & mirata eſt ingens Hominum vis. At Meliapore Crux S. Thomæ lapidea & ingens, ſub idem tempus largum mittere ſudorem cępit. Fertilitatis vetus argumentum. Quotannis olim referebat ſe die Apoſtolo Sacrâ. Appulſis primùm in Indiam Hollandis, deſijt. Nunc mos ille aducto Goam Maſtrillo reuiuiſcit. Sed Iaponiam Marcellus magis curabat. Eò properat conciliato tantùm Xauerio. Aureos ter mille conflauit ad augendam incorrupti corporis Thecam. Tota ex argento eſt. Ipſe cum Socijs modo tribus nauigat: an Amacao, an Manilâ pergeret incertus. Manilam flexit felix & improuidus error Nauarchi. Ad Mindanaenſis Inſulæ expugnationem Maſtrillum Xauerius vocabat. Olim per eum Chriſto Domino partam, inuaſerat ſenſim Mahometes. Nunc Corallatus nefandis Pſeudo-Prophetæ ſacris tenebat, & damnoſa Orienti

Infirmus à S. Xauerio ſanatur ad Indicam Miſſionem.

1634. 95.

Sanus eam aggreditur cum Socijs 33.

1635. 96.

Goâ in Iaponiam pergit.

1636. 97.

Tyrannide.

Annus Chriſti. Societ. Rerum.

Tyrannide. Hîc Hæreticarum quoque ex Europâ Nationum colluuies. Hinc frequens inundatio Piratarum in Eoa latè Maria, & finitimas Inſulas. Philippinas incommodant præcipuè. Harum Prætor Sebaſtianus Corquera: & in Hoſtes arduam Expeditionem ſuſcepit aduentante & adhortante Maſtrillo. Auertere eum Manilâ conatus erat Dæmon. Hollandicas tres in procedentis nauim ſecundo impulerat vento. Illas Marcellus Xaucrianæ Imaginis obiectu detorſit. Sed Stygius Hoſtis, iterum ac iterum, ac diuerſiſſimè Dæmon: Tempeſtatis quaternæ impetu, tum malaciæ tarditate repugnat. Stuporem maris diceres, Remorum motu torpentis. Dein & ſpecie & voce in Maſtrillum horridâ. Quid ipſi cum Mindaninſibus Populis; quid ſecum vetere Inſulæ Poſſeſſore? Omnia hic ſuperauit Xauerio nixus. Simul ferè appulit, cum Diui Icone in Corallatum proceſſit. Alteram addidit Prorex, Crucifixi IESV, barbarè ab Mindanaenſibus Apoſtatis laceram. Vtramque & lineam gerebat Maſtrillus è Lanceę cuſpide pendentes. Hæc vna præeuntis arma: & gerentem texit in Tormentorum volantes globos. Vnus, illius veſtem modò confixit, corporis abſtinês. Socij cum eo aliquot, & Auguſtiniani Patres pauci. Cum Sebaſtiano Prorege milites quadringenti trifariè diuiſi. Quantula multitudo in innumerabiles aduerſarios, plurimis in montium iugis & validiſſimè munitos. Decies centena Hiſpanorum millia prouocare ſunt auſi, locorum fiduciâ. Debellabantur à pauculis Xauerij ductu, auſpicio Deiparæ. Signum ad irruptionem, Sancta Maria: Plerique eorum cæſi: Hiſpanorum quinque, incautos inter acceſſus. Vulnerati octoginta. Sed velut armatis veneno globis appetiti, ſic aquâ Xauerianis oſſibus contactâ ſanantur. Inſula omnis expugnata eſt, & vicinorum Regum tergiuerſatio. Sibugnęus & Iolenſis Chriſto ſeſe: Bugaius, Mindanai Dominus, ſed exul, Hiſpano etiam Regi ſe ſubdit. Societatem ſinguli ſuas in terras euocant ad figendas Sedes: Supererat Xogunus in Iaponia: impietatis & ſęuitiæ pertinax. Sed ęger, ſtantis adhuc Chriſtianæ rei dolore inſaturabilis ſanguiſuga. Sociorum quatuor & viginti eodem nuper anno ſurrexerat & lentè. Vitam ſingulis fortitudo animi ſolito diutius tenuit arentem in ſcrobem, genuum tenus

Inſulæ Mindanaenſis Expugnatio.

1636

In Iaponiam appulſus Socij 24. ibi per annum occiſi.

pro-

prono capite infoſſis: Duobus ad nonum penitus diem, neque tunc omnino extinctis. Nam conuecta ad Rogum corpora, ſalutem inter ſe dixere, ſimul & gratulationē præclaræ necis. Audiêre qui torſerant. At Nicolao Ticunaugæ ſuam, ad decimum vſque, accedens Deipara protraxit, oblatâ ad potum aquâ. Scyphus deinde prodigioſô plenus liquore, iuuentus eſt in Scrobe. Sed tanto cruore, Iaponica illa ſitudo rumpetur; & vitam Bruchus breuî in vulneribus ponet. Piluli è Xauerianorū oſſium puluere confectis ſanare eū voluit, aut velle ſimulauit Marcellus. Eâ Merce tranſitum à Portu in Regiam mercaturus, Cuſo, Maritimę vrbi appellitur. Simul agnitus declinat in Syluam. Fugit eôdem Andreas vectorum vnus. Cæteri vndecim pariter agniti ad tormenta Nangazachij & carceres, damnantur. Maſtrillum ne milites comprehendant, prohibuit ſplendida eius facies Deum precantis. Sinit ipſe, vltrò ſe eis permittens. Sed quaſi innocētis captiuitate ingemiſceret, Tellus cōtremuit. Crudelitatis quoque execratio erat hic motus Elementi. Aquâ mox torquetur, dupliciter Marcellus atq; per biduum. Primùm demiſſo in dolium aquæ plenum, capite; pendentibus interim ſupernè è palo pedibus. Tum in os ſurſum in Scalas erecti, infuſis aquæ Scyphis Quadringentos cōtinuatè immiſère. Succeſſit Ignis per adminicula candentium laminarum. At quia in partibus quas natura texit, Tortores Marcellus increpuit non dolore; ſed pudoris vindictâ, cęteras corporis promptè ad ſupplicia offerens. Inde ad carcerem. Hîc tertio mox elemento ſuperior apparet, altè inter precationis diuinæ æſtum, eleuatus à terrâ. Spectauêre etiam Iudices; qui tamen eâ finire vitam iubent. Loris igitur corpus adſtrictum, profundè demittitur in Scrobem genuum tenus. Pedes iterum è palo pendebant. Spectabat ingens Iaponum multitudo in Sancto ad Nangazachium Monte. Primorum ibi Martyrum & deinceps aliorum mors, nomen hoc dedit. At veritatis firmamento quam profitebatur, quatriduum Maſtrillus ita permanſit. Præter morem ea vitæ prorogatio. Cęteris per os & nares eo in ſupplicio effluit Sanguis. Iam Terræ adeo victor leuatur in aëra ad nobilius lethi genus, Victor & hîc futurus. Acinacem Lictor bis in eius ceruicem incuſſit, abſtrahi pondum ſinentis. Ictus vani fuêre: & ferrum manu exiliit. At

Marcelli Tormenta diuerſa & longa.

Annus Chriſti. Societ.

Marcellus conuerſo ad eum vultu, tertium audere eum iubet. Auſus, caput abſtulit IESVM & MARIAM inclamanti. Terra iterum, & grauiùs quàm antè commota eſt, & vicina circùm Maria. Sol quoque ſubitâ per mediam diem caligine obſcuratus. Andream eius comitem, foſſæ tormentum antè extinxerat. Marcelli mors illuſtrior. Nimirum cui vni quaterna elementa fortitudinis materiam dedêre.

CAPVT XVIII.

De Miſſionibus vltimis.

Hinc cepit; hinc & deſijt Sęculum Societatis primum, Americanis auibus ſimillimæ. A Paradiſo nomen accepêre, quòd in Celum perpetuis agantur motibus, quieſcendi penitus ignaræ, immò indociles. Numquam interruptis, per Orbem agitata eſt ab ſuo dudum ortu Societas. Nunc ſub primæ ætatis ſuæ exitum, longè celerrimis, & quales extremi Horologiorum ſunt. Nec eos procùl proferri oportuit, vt glorioſè finirentur. Eandem, in Bohemia Ioannes Meackius, & Socij duo; eandem in Iaponia Thomas Nicephori, decoram necem inuenêre. Mortis omnibus eadem cauſa, religio; non genus, non author.

Io. Meach. & aliorum duorum cædes. 1639. 40.

Illis, Agreſtes ad Kuttenbergam Hæretici, ferro; Thomæ, Ethnici Iapones flammâ intulerunt. Trita Socijs pridem in Iaponia per ignis elementum, ad Celi Orbes ſemita. Rarus inter viginti poſtremos annus, eâ non notâ illuſtris. Sequentes fortè côſignabuntur ſanguine Sociorum, quos Nauis nouiſſimè vexit in Indiam. Illa, perſimilis erat teti, Piſcibus, & vitioſis, vt integris, pleno. Vectores ibi non omnes optimi.

Expeditio in Indiam. 1637. 98.

Vnus longè improbiſſimus, aduocatâ impurum ad facinus ope puriſſimæ Virginis Matris. Perueneraut ad Bonæ Spei Promontoriû, inauſpicatam modò Stationem. Nam delapſo in morbum alicui Sociorum, mortem pronuntiabant Medici; Vectoribus autem naufragium æternus Iudex peccatis offenſus. Ita audiuit Socius ille æger, ad huius Tribunal mente ſublatus. Sed Ignatius hinc, Xauerius inde iudicanti aſſidere ſunt viſi, & omnibus incolumitatem impe-

trare

trare. Xauerius quoque infirmum iam, reualeſcentem ad- Annus
hortari ad ſalutem Ethnicorum. Haud ita Cornelio Syluio, *Chriſti.* *Societ.*
& periclitantibus cum eo Belgis, incolumitas diuinitus con- *Nauali in Hollandos.*
ceſſa eſt. Optabilior præſens mors erat, ad eam ſtrenuè per 1638. 99.
Syluium comparatis. Bellicæ naues Dunkerkanæ ſoluerant
aduersùs Piſcatorias plurimas Hollandorum. In illis Sacer-
dos hic noſter; & alij itidem ſex. Claſſi in Homines pugna-
turæ, certamen in procellas, & mortem offertur. Nam tem-
peſtate naues diſtractæ omnes. Syluiana ad Vlielandiam,
tecto aquis Scopulo incautè alliſa, luxatur. Pallere & diſcri-
minis indicio, & conſcientiarum memoriâ Vectores. Sin-
gulos Cornelius ritè expiat; atq; animos erigit labentes cum
naui, infundentium ſe vorticum pondere. Exſtimulat ad
Catholicè ſuſtinendam magis necem, quàm ad validè re-
pellendam. Imminebat quippe hæc inſuperabili aquarum
mole. Et eminebant miſeri, à poplitibus primò; pòſt & ſen-
ſim vmbilico tantùm; demum pectore, & axillis. Animo in-
ſuper ac magis, Cornelius; brachijs quoq; pendentis è Cru-
ce Chriſti ſignum attollens. Neque is cum Naui frangitur
conciditue. Demum & ſimul pleriſque Vectorum abſorptis
Cornelius fortè in tabula reſtitit; eadem ad extremum
ſpirans, dum exſpiraret. IESV & MARIÆ nomina repe-
tentem fluctus occupat, & altè demergit imperitum natan-
di. Periti pauculi euasêre ad Hollandiæ Littora. Fauſta nec
longa Nauigatio Syluij, Palmam, haud Patriâ procul inuê-
nit, glorioſæ mortis. In alterutram alij Indiam quærunt. In
Paraquariam Sociorum multi nouiſſimè. Calêbat id ſingu- *In Paraquariam.*
lorum pectoribus recens Chriſtophori Mendozæ memoria. 1639. 40.
Redibat is diues meſſe animarum è Paraquariæ, ad Braſi-
liam, finibus. Inuasêre ſecurum necis, haud timidum, Idolo-
rum cultores Arioli atque Venefici. Mortem ei dudum de-
cretam, nunc ſagittis inferunt grandinis ritu. Indigenas &
Neophytos habebat ſecum paucos. Petiti etiam ſunt. Ipſe
puſillum Gregem, prouidus Paſtor, ſubire in Syluam iubet,
& rudi clypeo aduerſa excipit tela. Sed auerſo traiectus con-
cidit. Alia item duo adiguntur in dorſum: & totidem in Cra-
nium vulnera. Mortuum Barbari credidêre. Itaque deſe-

 runt,

Annus Chriſti. Societ.

runt, ereptâ è iacentis manibus Chriſti pendentis Icone, at Chriſtophoro præcisâ aurium alterâ. Arrha hæc fuit poſtridianæ maioriſque ſæuitiæ. Obliti ventrem findere proſtrato, primâ redeunt luce. Etiamnum ſpirabat in ſuo ſanguine. Indignati ſunt, velut imbecillitate ſuâ, Barbari. Tum illam exprobrant Deo, Chriſtophorum adiuuare nihil valenti. Sed moribundus, impios, collectâ ad ſermonem animâ & voce, redarguit. Silere juſſus perſeuerauit tamen increpando, damnosâ nempe conſtantiâ. Nam furentes, labrum vtrumque primò, tum dentes ac mentum; linguam deinde, naſum, aurem alteram reſecant. Ventris aperiendi gratiâ venerant, nimirum ne ſuus cuique ipſorum intumeſceret. Pœnam hanc, minùs ſæuientibus perſuadet ſupremæ crudelitatis author, Cacodæmon. Ne eueniat, pectus quoque diſcidêre iam perempto, & odium protulêre in exangues artus. Sed pœnam ſenſêre grauiorem; & probroſam à Neophytis paucis; quos, quia multi, ſpernebant. Exigua numero turma; magiſtrum vindicatura prodierat cum armis. Circumſepta Hoſtium globo concluditur, & ſagittis tegitur. Concluſis audacia periculo, & prodigij indicio creuit. Nam vt ſagittas membris infixas, Ieſus quiſque educebat manu, ſimul eæ ſequebantur ſine ſenſu doloris, ſine plagæ veſtigio. Ita concitati, pleroſque Hoſtium inuadunt atque obtruncant. Tum collecta Magiſtri membra vnum in tumulum comportant. Cæteræ per Orbem Miſſiones adhuc feruent. Et Caſtrenſes in Germaniâ, Belgio, Galliâ, certo ſuo fructu, exitu Bellorum incerto.

Chriſtoph. Mendozæ cædes ſæuiſſima.

1636. 97.

CAPVT XIX.

Anacephalæoſis.

Societatem Ignatius in Partes Orbis quatuor conſtituit.

PRogreſſum adhuc Societas habuit quantum, & qualem Exercitus nondum vllus. Seculo perrexit toto: & Orbem commenſa eſt, ſui diffuſione. Haud alium ei finem præſtituerat Ignatius Conditor. Inductam ipſemet vidit in Partes illius Quaternas. Promouit Lainius, per Europam

Promouit præſertim per Europam Lainius.

Europam præſertim, vbi fama eius potior, maior Authoritas. At per Americam Borgia: per Aſiam Mercurianus; Septemtrionis quoq; diuersè tētati nomine, celebris. Sed ibi aditus ad Miſſiones tunc tantùm apertos, etiamnum ad Sedes Hæreſis obſtruit. Promotam, vbique ſtabiliuit ac defendit Aquauiuæ Præfectura, præterquam in Africa. Huius facti gloria Mutio debebatur. Atque vtinam in Abaſſia, & Romana religio, & Societas Iesv perpetua conſiſtant. Diuturnior ſub Vitelleſci auſpicijs, Aſiaticæ cum Americanâ per Iezi Regnum, & Aniani Fretum coniunctio. Tum Europææ ſecuritas, & ſperabilis quies, agitatæ bellis vndique. Ita maximè, & Supremi Ducis præſens induſtria, & Militiæ huic inditum à Diuo Imperatore Ignatio robur, apparuit. Omnes eius Partes datis ab illo legibus ſtetêre. Neque diffluxêre externâ vi, vel locorum ſeiunctione, vel mole periculosâ corporibus. Nullus Ordo nexûs proprios non habet. Etiã Tirones, vt adſcribendi, vt probãdi. Quemadmodum pòſt, & ſerò cooptandi veteranis, experimentum ſanè multiplex. Huius diſtracti Exercitûs decor, & firmitas ita poſtulât, vt totus, quaſi ex vna Gēte, & verò animâ. Locis diuulſum, ſimilitudo morũ adſtrinxit. Ea concordiæ Mater eſt. Et Ducibus Gregarios arctè copulauit, illis omnia pares, præterquam onus dignitatis. Habitatio, veſtitus, victus, eadem omnium. Magnum quoque ad proceſſiones ſubſidium, Vota quæ religionis vocant, fuêre. Nec ea dumtaxat nuda, ſed idoneis ſuccincta legibus, atque documentis. Leues ad pergendum reddidit Paupertas, & rerum non defectus tantùm, ſed & contemptio; fortes, blandientium interim horror voluptatum, & animos quoque mollientium; Promptos denique, & ad deſtinata erectos facinora, parendi voluntas, & quâ Exercitus conſtant, Obedientia. Audaces in ardua, multorum inter ſe coniuncta virtus, perſeuerantes autem familiaritas cum Deô perpetua, & ei ſincerè placendi ſtudium. Illius Pars magna, conſcientiarum Examina, & quotidiana, quæ mente cõſtat, precatio. Iam quantum vigoris Exercitia Spiritûs annua contulêre Veteranis, & Iunioribus ſemeſtris votorũ, ceu militaris inſtauratio Sacramenti? Ita Impietati ac Errori mundum

Per Americam Borgia.
Per Aſiam Mercurianus.
Vbique defendit Aquauiua.
Africanã promouit, & Aſiaticam cum Americana iunxit Vitelleſcus.
Inſtitutum proprium.
Experimenta.
Similitudo morum.
Æqualitas plurima.
Vota.
Precatio. Intentio para.
Exercitia Spiritualia.
Votorum Inſtauratio.

Annus Chriſti. Societ.

late inſidentibus, inſuperabiles ſunt viſi. Terribiles quoque accedente omnium Diſciplinarum præſidio. His condita paſſim Propugnacula Collegiorum : & primo quidem Conſilio plu-

Diſciplinarum traditio. ra. Maior eorum neceſſitas teneræ præſertim ætati. Immo & in prouectiorem vtilitas, quando illuc Profeſſorum quoque Domuum permiſſa officia ſunt. In impietatem ea eriguntur præ-

Sodalitia. cipuè : in Errorem Collegia. Vtrorumque laboribus, Sedes, Seminaria, Sodalitia exurgunt; exemplis autem, ingenuus aliorum quoque Ordinum decor. Vno certè Seculi huius Decennio po-

Domicilia poſtremo hoc Decennio condita 170. Socij pro Fide occiſi 200. vniuersè. ſtremo, Domicilia propè centum & ſeptuaginta condita ſunt. Nec ſine ſanguine tanta fecunditas. Religionis causâ occiſos facilè ducentos colligas.

CAPVT XX.

Secularis Anni Celebritas.

NEque hæc ſine multiplici & cõtinuato auxilio Numinis Gratiam Societas parem debebat Et habitura erat, vel quòd ſubſidij in poſterũ cęleſtis indiga. Habendæ Annum hunc Mutius totum addixit, ex viſitato Eccleſiæ ritu. Solicitatus ſuo etiam ipſius reſpectu, Annum nunc in Præfectura quintum & vigeſimum agitantis. Et hunc Catholici Iubileum

Iubileum agi ceptum. 1639. 40. 27. Septembris. appellant. Tres intra eum dies decreti præcipuè. Geminus Diuorum Coſmæ & Damiani, & idem Confirmatæ olim Societatis. Eo vno Secularis hic Annus exoritur atque occidit. Tertius & potiſſimè, qui S. Ignatio Patriarchæ ſacer eſt. Romæ Celebritas cepta, vbi & Societas. Dierum primũ, auſpicatâ dudum luce ſignarant Medici fratres. Indicium haud futile, Sociorum corrupti vitijs Orbis Medicorũ. Simul & fraternè amantium inter ſe. Illam pridiano veſpere clangores prænuntiauêre Tubarum

Quomodo tunc Romæ. Hebræo more. Simul Militię huius, velut ſpolia Deo reportantis, expoſitum Profeſſorum in Templo Vexillum. Illuſtrauêre autem collucentes plurimâ ſerie faces. At Noctem, Ignium ſplendores totâ vrbe feſtiui. Debitas noxis pęnas, ſacrorum porrectione Numiſmatum, relaxari ſinebat ſummus Antiſtes, Myſteria in Templo Diuina participantibus. Relaxationem autem

Socijs

Annus *Chriſti.* *Societ.*

Socijs vniuerſis, proprio iure conceſſit. Ea Religionem communi lætitię, addidit gratia. Splendorem, ſuprema Maieſtas Pontificis Vrbani, & Purpuratorum Patrum Cœtus. Famam verò, perennemque memoriam, cuſi ex auro, argento, ærę Nummi. Neque excluſi ea felicitate, miſeri ſunt. Centum carcere detentis, data libertas: veſtis, inopibus totidem; prandium vnâ die ter centum, alterâ plùs mille. Amici autem & viuentes, proximè. Inſtitutę mox Precationes ad Deum publicæ eorum gratiâ, & continuatæ per horas quadraginta. Vitâ autem functorum leuamento, litatum eſt rite per triduum ineunte Nouembri. Primam diem ſacer Pontificum atque Antiſtitum Ordo: Alteram, Imperatorum, Regum, Procerum: Tertiam cæterorum multiplex, nactus eſt. Ignatianæ iam Lucis feſtiuitas nouò Collegij Romani Templo & Scholis præſertim illuxit. Harum apparatus longè ameniſſimus atq; diuerſus. Auguſtiſſima eius Pars, Ingentes in Impluuio, Vrbani VIII. Gregorij XV. & XIII. ſtatuæ. Hic Collegij conditor; ille, prima Diſciplinarum ibi acceptarum gloria. Earum Imagines diuerſę ſedecim. Hinc atque hinc, Diſcipulorum in eo quondam Gymnaſio, dignitate, genere, eruditione illuſtrium: Purpuratorum Patrum, ſex & leptuaginta: Electorum Imperij trium: Cæterorum innumerabiles. Spectatum venêre & qui repræſentabantur Principes. Nec dedignatus eſt Pontifex ipſe viuum ſe ſimulacro ſui comparādum, in Gymnaſio præbere. Pridie ad Templum Senatus ierat Romanus. Diuo Ignatio pridem extruere cepit Ludouiſius Cardinalis. Fecit in eo propè abſolutiſſimo Vitelleſcus: Nulluſdum antea. Calicem ex argento Senatus, & faces ad Myſteria & multas obtulit. A meridie, Iudęorum familiam Socij ad Baptiſmum. Expiatam ſuſcepere Franciſcus Cardinalis Barberinus, & Ludouiſiæ Principes duæ. Anniuerſaria Coſmæ & Damiano dies feſtiua quidem, ſed minùs, & occidenti ſimilis Soli diluxit. Celebritati finem dabat, & initium Seculo Societatis alteri. Tempus Anni reliquum, diuerſis religionis officijs, & ingeniorum monimentis inſperſum eſt. Hæc foris omnia. Sed domi, Iubilei maior vtilitas: noua ad virtutem incitamenta. Socijs Vitelleſcus admonuit efficaci ad vniuerſos Epiſtolâ. Supremam hanc ſuſpicabatur ipſe Dux ad milites vocem. Octiduana

Quomodo 31. Iulij ſequente, S. Ignatio ſacrâ.

Annus *Chriſti.* *Societ.*

duana per eam mẽtis Exercitia, & quieta à Munijs vacatio cuiq; indicta eſt, velut ad repolienda in humanæ ſalutis Hoſtes arma. Eò feruorem inſueta Celebritas contulit. Et viciſſim ad hanc aliquid per Prouincias animus cuiuſque, eâ Spiritûs collectione vegetior. Aliarũ Inuentis quidpiam addendi poteſtas, ſpes erat ſaltem aſſequendi. Induſtrias antè irrepertas, obſeruatione extuderant ingenia. Honeſta contentio. Et Gallo-Belgę Hoſtilibus per Artheſiam & Flandriã Exercitibus conſtricti, extulêre tamen ſe, quam quã cis vota. Liberior impetus aliorum. Stimulabât viri Principes & amici, velut ſibi ac ſuis iret ea Celebritas. *Viennæ.* Viennæ Cæſar. Et Auguſtæ Eleonora & Maria, Singulas ſuſcepêre ornandas Aulæis, Monilibus, gemmis Aras. Suam & ibi Dux Lotharingicæ; cæteras Principes aliæ Socij per vrbem proceſsêre ducenti. Proceres Auſtrię circùm plerique. At per Græcenſem, Suburbanorum Parochiæ, Sodalitia Iuuenum, Ciuium Tribus omnes. Templi Muſica in Theatris quinque. Hieroglyphica, ſtatuæ, ſęræ Pyrobolis Machinæ, in Arcubus totidem. Vnus pedes altus ſeptuagintà, duodenas ſuper Columnas. Cæſaris Viennæ donum, S. Ignatij ſtatua virili magnitudine, Markis, vt aiunt, ducentis. Opus, argento ſolidum, lentum arte; *Madriti.* nondum adeo perfectum. At Madriti Rex, Regina, Filius Princeps, Celebritatis ſe teſtes noſtro in Templo dedêre. Socij verò ſe Pompam, per Regiæ vrbis vicos, quingenti. Spectaculum mortalibus iucundum: ſed & Cęlicolis, maledicentiam contumaciter pro ſuggeſtu obſtrepentis, ſubitâ morte mulctantibus. Alia alibi & longè geſta, per Bellorum interſtitium fama nondum accepit. Pòſt, per Pacis quietem, & Temporis magiſterium doctior, voce, ſtylo vulgatura eſt.

FINIS.

Ad Maiorem Dei Gloriam.

INDEX

INDEX CAPITVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

		Societatis IESV Confirmatio.	Pag. 1
Cap. II.		Præpoſitus Generalis Ignatius creatur.	2
Cap. III.		De Miſsionibus Generatim.	3
Cap. IV.		De Miſsionibus Primis Speciatim.	6
	Paragr. 1.	De Italicis.	ibid.
	Paragr. 2.	De Germanicis.	7
	Paragr. 3.	De Belgicis.	10
	Paragr. 4.	De Gallicana.	12
	Paragr. 5.	De Ibernica.	ibid.
	Paragr. 6.	De Hiſpanica.	13
	Paragr. 7.	De Luſitanica.	17
	Paragr. 8.	Indicæ.	19
Cap. V.		Expeditio Tridentinum ad Concilium Prima.	22
Cap. VI.		De Libello Exercitiorum Spiritualium.	24
Cap. VII.		De Conſtitutionibus.	ibid.
Cap. VIII.		Expeditio ad Concilium Trident. Secunda.	25
Cap. IX.		De Miſsionibus Secundis Vniuersè.	26
Cap. X.		De Iiſdem Speciatim.	28
	Paragr. 1.	Italica.	ibid.
	Paragr. 2.	Sicilia.	33

Paragr. 3. *Africanæ.* 36
Paragr. 4. *Corſicæ.* 37
Paragr. 5. *Germanicæ.* 38
Paragr. 6. *Belgicæ.* 44
Paragr. 7. *Gallicanæ.* 48
Paragr. 8. *Hiſpanicæ.* 50
Paragr. 9. *Luſitanicæ.* 58
Paragr. 10. *Mauritanicæ.* 63
Paragr. 11. *Congenſes.* 64
Paragr. 12. *Braſilicæ.* 66
Paragr. 13. *Indicæ.* 72
Cap. XI. *Xauerius Iaponiæ Apoſtolus.* 79
Cap. XII. *Eiuſdem ad Sinas Profectio & Mors.* 85
Cap. XIII. *De Gaſpare Barzæo.* 89
Cap. XIV. *De Æthiopiæ Patriarcha.* 95
Cap. XV. *Ignatij Obitus.* 97
Cap. XVI. *Status Societatis.* 98

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

I*Nterregnum.* 103
Cap. II. *Congregatio Generalis Prima.* 107
Cap. III. *Præpoſitus Generalis Lainius.* 108
Cap. IV. *Colloquium Poſſiacenſe.* 110
Cap. V. *Expeditio ad Concilium Trident. Tertia.* 112
Cap. VI. *Expeditiones Diuerſæ.* 114
Cap. VII. *De Societatis Progreſſionibus Generatim.* 117
Cap. VIII. *De iiſdem Speciatim.* 122
Paragr. 1. *Progreſſiones per Europam.* ibid.
Paragr. 2. *Progreſſiones per Aſiam.* 136
Paragr. 3. *Progreſſiones per Africam.* 147
Paragr. 4. *Progreſſiones per Americam.* 153
Cap. IX. *Laini Obitus.* 155
Cap. X. *Societatis ſub Laino, Status.* 156

LIBER

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Congregatio Generalis Secunda.		159
Cap. II.	*Miſsio Melitenſis.*	160
Cap. III.	*Præpoſitus Generalis Borgia.*	161
Cap. IV.	*Societas in Polonia.*	ibid.
Cap. V.	*Octo in Florida occiſi.*	162
Cap. VI.	*Expeditio Peruana.*	163
Cap. VII.	*De B. Staniſlao Koska.*	ibid.
Cap. VIII.	*In Oriente quatuor pro Religione occiſi.*	165
Cap. IX.	*In Occidente duo & quinquaginta.*	ibid.
Cap. X.	*Miſsiones Mexicana & Philippinenſis.*	168
Cap. XI.	*Expeditio Caſtrenſis in Turcas.*	ibid.
Cap. XII.	*Borgia in Hiſpaniam, Luſitan. Gall. Profectio.*	169
Cap. XIII.	*Borgia obitus.*	171
Cap. XIV.	*Societatis Status ſub Borgia.*	ibid.

LIBER QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

Congregatio Generalis Tertia.		183
Cap. II.	*Præpoſitus Generalis Mercurianus.*	185
Cap. III.	*Expeditiones in Orientem.*	186
Cap. IV.	*Expeditiones in Meridiem.*	190
Cap. V.	*Expeditiones in Septentrionem.*	193
Cap. VI.	*Belgicæ Societatis Officia atq; Proſcriptiones.*	196
Cap. VII.	*De cætera Societate.*	200
Cap. VIII.	*Obitus Mercuriani.*	206
Cap. IX.	*Societatis ſub eo Status.*	ibid.

LIBER QVINTVS.

CAPVT PRIMVM.

CONGREGATIO *Generalis Quarta.* 209
Cap. II. *Præpoſitus Generalis Claudius Aquauiua.* 210
Cap. III. *Edmundi Campiani Cædes.* 212
Cap. IV. *Legatio Moſcouitica.* 213
Cap. V. *Societatis Angrenſis vexatio.* 215
Cap. VI. *Domicilium ad Conſtantinopolim.* ibid.
Cap. VII. *Rudolphus Aquauiua cũ Socijs quatuor occiſus.* 216
Cap. VIII. *Reſtitutio Belgicæ Societatis.* 218
Cap. IX. *Miſsio Caſtrenſis Belgica.* 220
Cap. X. *De Societate Romana.* 221
Cap. XI. *Congregationes ſub Patrocinio Deiparæ.* 223
Cap. XII. *Iapones Legati Romam.* 224
Cap. XIII. *Sedes in China ſtabilis.* 226
Cap. XIV. *Expeditiones in Scotiam.* 230
Cap. XV. *Expeditiones diuerſæ.* 235
Cap. XVI. *Miſsio Hollandica.* 241
Cap. XVII. *Obitus B. Aloiſij Gonzagæ.* 243
Cap. XVIII. *Congregatio Generalis Quinta.* 244
Cap. XIX. *Franc. Toletus & Rob. Bellarminus Cardd.* 245
Cap. XX. *Societatis Proſcriptiones.* 246
Paragr. 1. *Anglicana.* ibid.
Paragr. 2. *Suecica, Rigenſis, Tranſiluanica.* 247
Paragr. 3. *Gallicana.* 248
Paragr. 4. *Iaponica.* 250
Cap. XXI. *Tres in Iaponia Martyres.* 254
Cap. XXII. *De Societatis Abaſsinæ Reliquijs.* 257
Cap. XXIII. *Obitus Ioſephi Anchietæ.* 259
Cap. XXIV. *Vexationes Belgicæ.* 262
Cap. XXV. *Reſtitutio Gallicanæ Societatis.* 264
Cap. XXVI. *Vexationes Nouæ.* 266
Cap. XXVII. *Congregatio Generalis Sexta.* 274

Cap.

Cap. XXVIII. *Ignatius inter Beatos.* 275
Cap. XXIX. *Cor Henrici IV. Regis, Flexiæ.* 276
Cap. XXX. *De Expeditionibus ſub Claudio reliquis.* 278
Paragr. 1. *Intra Europam, aliquæ.* ibid.
Paragr. 2. *Extra Europam, plurimæ.* 282
Cap. XXXI. *Claudij Aquauiuæ Obitus.* 290
Cap. XXXII. *Status Societatis.* 291

LIBER SEXTVS.

CAPVT PRIMVM.

Congregatio Generalis Septima. 295
Cap. II. *Præpoſitus Generalis Mutius Vitelleſcus.* 296
Cap. III. *Expeditiones.* 298
Cap. IV. *Cultus Deiparæ.* 302
Cap. V. *Bellum Bohemicum.* 305
Cap. VI. *Mors Card. Bellarmini, & Ioânis Berkmanni.* 307
Cap. VII. *Ignatius & Xauerius, Sancti.* 309
Cap. VIII. *Beati è Societate cæteri.* 310
Cap. IX. *Societatis in Cælo Triumphantis Miracula.* 311
Cap. X. *Militantis vniuerſæ Status iam florens.* 312
Cap. XI. *Idem Europææ.* 315
Cap. XII. *Idem & Aſiaticæ.* 324
Cap. XIII. *Africanæ Efflorescens.* 336
Cap. XIV. *Americanæ ſat Florens.* 340
Cap. XV. *Nouo-Inuenta.* 344
Cap. XVI. *Bellum Sueco-Germanicum.* 346
Cap. XVII. *De Marcello Maſtrillo.* 350
Cap. XVIII. *De Miſſionibus vltimis.* 354
Cap. XIX. *Anacephalæoſis.* 356
Cap. XX. *Secularis Anni Celebritas.* 358

FINIS.

ERRATA.

Pag. 9. lin. 5. Satisburgenſis leg. Salis[illegible]. Pag. 29. lin. 16. congreſſus l. congreſſu. Pag. 47. lin. 5. Roberto l. Carolo. Pag. [illegible] Parnormi l. Panormi. Pag. 158. lin. 26. [illegible]

Facultas R. P. Præpoſiti Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Gallo-Belgica.

EGo infraſcriptus, Societatis IESV in Gallo-Belgicâ Prouincialis, iuxta Priuilegium eidem Societati cõceſſum, quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne Libros ab eiuſdem Societatis hominibus compoſitos, abſque Superiorum permiſſione imprimant, facultatem do ADRIANO QVINQVE Typographo Tornacenſi, vt Librum, cui titulus eſt, *Synopſis præcipuarum rerum à Societate* IESV *geſtarum Seculo eius primo, à* P. IACOBO DAMIANO eiuſdem Societatis compoſitum, ad ſex annos proximos imprimere, & liberè diſtrahere poſſit. Datum Tornaci 12. Anni 1641.

FLORENTIVS DE MONTMORENCY.

APPROBATIO.

QVòd totius Societatis IESV, *imò Eccleſiæ vniuerſæ intereſt, vt quæ ab eius Alumnis de ipſorum Actis & totius Inſtituti progreſſu ſcripta ſunt, innoteſcant: quæque ab ipſis diligentiſſimè conquiſita ſunt; nihil non modò quod Fidei aut moribus obſit, verùm etiam quod non ad vtriuſque ædificationem proſit, contineant. Id etiam, quia à Reuerendo ipſorum in* Gallo-Belgio *Prouinciali, per eos, qui ab ipſo ad id commiſſi ſunt, diligenter prouiſum expenſumque confido, meam quoque probationem hîc adiungendam, dignamque Synopſim hanc, quæ ſecurè legatur, cenſui. Tornaci die 18 Anni 1641.*

IOANNES BOVCHER S. Theol. Doct. Canonic. & Archid. Tornacen.

XXXXIX
2
7

A011470759